[s] Non extante. aliàs non existente. alias nō extante. illa enim possunt alienari, cū non inueniatur prohibita alienatio i talibus, vt diximus. ī. de non alienan. §. nō igitur. Accur.
[t] Soluerent. volentes, scilicet vendere, repete, &c.
[u] Permisimus. s. in rescriptis. quæ nō habemus in corpore iuris, & ideo ignoramus, q̃ fuit illa subtilitas: hodie ienimus post hanc legē, vt ī. de alien. & emphy. §. hinc insuper collatione nona. Accur.
[x] Sicut neque. s. tali modo quo palam. i. specialiter priore nō permittebatur lege: sed generalis permittebatur hypotheca, vt ī. de nō alie. §. fin autem creditor. Azo. vel dic, permisimus in scriptis fieri donationem in solutum, sed non permisimus palam, idest indistincte, sed quibusdā tantū per illa nostra rescripta, quę legem appellant. i. specialem: vt instit. de iure nat. §. sed & quod princi. & nota. quia dicit se permisisse donationē in solutum pp debitum priuatū: sed pp fiscale, & donationē in solutum, & etiam alienationem, vt subijcit, & etiā statuendo dixit postea proxime, &c.
[y] Perspeximus. s. in illis nostris concessionibus, & idem ét statim dicam generaliter statuendo.
[z] Eloquijs. sic ī. cō sti. q̃ ex adscr. p. §. fi. sic ī. de alien. & emphyteu. §. sed etiam. colla. ix.

† Cōcor. in proœ. lib 6 post princi.

† Imminet.

eis esse snia a tali procedente, & decreto celebrato apud prouinciç iudicem, b ēt possessiones immobiles contingere, & eas alienare ad solutionē debiti: ementibus quidem in fiscum c soluentib⁹, & de suscepta de pcipientibus & subeuntibus d fiscale debitum, & cautelam inde habentib. & nihil metuentibus primitus positam legem. e cōstitutis ēt fiscalibus de susceptis insinuatis iter monumēta gestorum, deponentibus f ijs qui fecerūt ea, vt & apud sāctissimas ecclesias saluentur data desuscepta, g eo q̄ fiscalia soluta sint tributa, & omnia s̄m nostram legē gesta sint: non potentibus h aliquibus i fingere fiscale debitum, & ita ad alienationes immobiliū rerum accedere. Ideo.n. & decreti factionem permisimus: vt & fiscale debitum testimonio pandatur, & ex quantis descēdit temporibus, & q̄m nō pecunijs solutum est, sed in necessitatem alienationis venit, vt veritas vndiq; protestata sit: omnibus coram sacris euangelijs agendis, scientibus & episcopis & clericis & alijs omnib⁹, quia Deus respiciet, quæ geruntur ab eis & si quid egerint per dolum aut lucrum, aut machinationem. hoc in suis recipient animab. viuentes ac morientes. Si vero priuatus aliquis creditor fuerit, possit s̄m pro soluto schema k accipere immobiles possessiones: hic quoque decreto faciendo: pro mēsura verò eorum debitorum assignandis eis possessionibus. Si verò fiscale debitum fuerit, potentibus eis ad alienationem l immobilium accedere s̄m priorem obseruationem: vt nihil desit neq; subtilitatis, neq; cōis vtilitatis. His autem m vniuersis sanctissimā maiorem ecclesiam felicissimæ huius vrbis, & eius cōfinia, & orationū domos, quarum ipsa curam suscepit, omnibus excipimus modis: quæ iam de hoc n sancita sunt à nobis, in sua virtute durantibus. Si autem & aliqua monasteria sub eadē sanctissima maiore ecclesia sint: nec ea sub præsentem facimus legem, forinsecis in prouincijs eam o constituentes solum, in quib. multa quidem est inopia pecuniarum, per quam sanctissimæ ecclesiæ soluere per pecunias debita non valuerunt. Tua igitur celsitudo quæ placuerunt nobis cognoscens, secundum hæc procedere super sacris rebus alienationes custodiat. Dat. XIIII. Calen. Septemb. Constantinop. post consulatum Belisarij V.C. anno secundo.

Hæc Nouel. sequitur sequentem in editione Haloandri & Scrimgeri. Contius.

a Sententia. interloquutoria.
b Apud prouinciç iudicē. hoc dicit pp impensam scripturæ, q̄ ibi remittetur, vt j. de alien & emphy. §. hoc etiam. Acc.
c In fiscum. i. fisco.
d Subeuntibus. i. soluentibus.
e Legem. ī. de non alie. §. nos igitur.
f Deponentibus. sic ff. de in rē verso. l. 3. §. in rem. sic ff. de te. cor. l. magis. §. nec tñ.
g Desuscepta. desusceptum dr̄ professio censualis, qua profitebatur possessor ipsi fisco se tale prædium à fisco suscipere, & tantum cēsus eo nomine se debere, vt C. sine censu, vel reli. l. fi. & ff. de censib. l. forma. & plene dixi sup. de man. principum. §. coges aūt &c. colla. 3. fac. j. vt hi q ob. §. t. col. 6. & C. de colla. fun. pa. l. placuit. & j. de his qui ingred. ad app. §. illud. in fine.
h Potentibus. i. non valentibus.
i Aliquib. s. clericis.
k Schema. i. titu. pro soluto. Al.
l Ad alienationem. Et ita not. q pro debito fiscali permittitur alienatio, & in solutū datio, sed p priuato sola datio in solutum p hāc cōstitutionem. sed hodie gn̄aliter pmittit alienatio pp debitū vel fiscale, vel priuatum: cum solennitate tñ, vt j. de ali. & emph. §. hoc etiam super.
m His autem. ablatiui casus. & subaudi ab.
n De hoc. i. de reb. ecclesiarum Constantinopol. ciuitatis: statuimus. n. recitando legē Leonis, & confirmādo eā. vt ī. de non alie. §. vult. n. illa. nā d. l. Leonis tm̄ in reb. ecclesiarū Constanti. ciuitatis loq̄r, vt C. d̄ sac. sa. ec. l. iubem⁹.
o Eam. i. hanc constitutionem.

DE IVREIVRANDO à moriente &c.


Emper. Esse firmas. vt ī de here. & falci. §. 1. & §. exhæredatus. Accur.
q Illi. s. legi. & fac. ff. de leg. 1. l. nemo pōt.
r Cum iureiurando. i. verbotenus, vt j. i. l nouellis. co. ti.
s Omnem dixit. puta sciatis, quia centū habeo in bonis.
t Faciētes. nō iuste dico, q̄a substātiæ &c.
u Acquiescunt. s. vt

TITVLVS II. Nouel. 48.

DE IVREIVRANDO A MOriente prestito propter mensuram suæ substantiæ.

Iusiurandum à moriente præstitum, in quo substantiæ suæ mensuram facit manifestam, inter suos hæredes diuidendo ab hærede seruandum est, creditoribus tamen nullum præiudicium generatur. Bar.

Imper. Iustin. A. Ioanni præfecto prætorio iterum excōsule & patricio.


Emper hanc vnam habemus intentionem, dispositiones morientium esse firmas, p nisi resultent legi, & apertæ contrariæ sint ijs, quæ illi q placent. Scimus igitur motum & annunciatum nobis: quia cum testaretur quidam, cum iureiurando r suam substantiam oēm dixit, s & quia hanc solam reliquit suis hēdibus: aliqui verò eorum heredum ad hoc resultant: non iustè facientes, t quia substantiæ quidem illius hæredes fiunt, & in hoc acquiescunt u ijs, quæ ab eo dispoſita sunt:

quæ verò dixit cum iureiurãdo, nequaquam hęc rata manere, neq; custodire ea ſm cõpetentẽ modũ volunt: cũ vtriq; vñ legibus vnã quodam mõ ª esse personã hr̃dis, & eius, qui in eum transmitit hæreditatem: ideoque nullus ᵇ eidem sibimet ᶜ edicit reluctari, & qđ dixit ᵈ atq; iurauit ratũ esse, hoc nolle valere, sed contra proprios reluctari sermones. ᵉ

CAP. I. Sancimus igitur si quis descriptionem faciens, siue propria manu siue per alterius quidem scripturam, a se autẽ sub scriptam: aut in suis testamentis ᶠ substantiæ suæ mensuram faciat manifestam, hæredib. fortè aliis quidem præsentibus, aliis verò absentibus. aut etiã omnibus præsentibus nõ licere hæredibus contra hoc resultare, neque dicere, quia aliquis hæredum celauerit res extra ea, q̃ dicta sunt a defuncto. Sed si quidem † iusiurandũ moriens præbuerit, & iurauerit ᵍ secundùm sua testamenta, quia nihil est aliud ei præter hęc: hoc amplectã hæredes, siue filij, siue etiã extranei sint, & neque tergiuersari, neque calumniari suos cohęredes; ʰ neque ob hoc seruos quærere ad tormenta deducere, & alia similia discutere & perscrutari, quæ solius sunt ⁱ contentionis, alterius autem penitus nullius: ᵏ vtpote dum substantia videatur esse tanta, quantam testator iurans, hanc solã apud hęredes ˡ inueniri voluit. Sed hæc ᵐ quidem inter hæredes, qui curiosi ⁿ videntur in defuncti esse substantia, valere volumus: non tamen hoc ratum esse & inter creditores: ᵒ eo, q̃ nostris declaratum est legibus, ᵖ quæcunque quilibet pro se dixerit, aut scripserit, hæc nihil ei prodesse, neque creditoribus præiudicare, sed illis ᑫ liceat iam si: omnia ʳ perscrutari, quo volunt modo: hæredes autem contentos ˢ esse iis, quæ a testatore dicta sunt. Sitque pœna negotiis ᵗ inter hæredes, vt qui aduersatur iis, quæ relicta sunt, eis non possit omnino frui: ᵘ necessitate imminente aut obedire omnibus, ˣ aut vniuersa contemnere, & nõ hæc quidem eligere, his verò resultare: sed defuncti volũtatem ab eius successoribus ita serua-

vt sint hæredes sicut testator disposuit, non autẽ vt stent diuisioni vel assignationi ipsius: quod facere non debent: vt ſ. eo §. sed hæc quidem. in fi. §.

ª Vnam quodammodo Nota vnã fingi psonam testatoris & hæredis. vt hic, & C. de vsu & ha. l. antiquitas. & l fi. de hær. insti. & l. hęres. ff. de vsuca sit no. modum per quem probat supradicta non debere fieri ab hærede. nam probando q; sit vna personæ heredis & testatoris. ergo hæres hoc dixisse & iurasse videtur. iam ergo nõ ſ alterius dictum venit. sed ſ suum, & ita est sibi contrarius: ergo repellendus. vt ff. quando ap. sit l. pen. §. sed si alius. Ité fa. C. de non nu. pecu. l. generaliter. & C. de tut. l. j. & ſ. de his q ingre. ad ap. §. illud quoque. collat. v. Accursius.

ᵇ Nullus. s. hæres.

ᶜ Sibimet. nam si dicam reluctari testatori. per consequens dicetem reluctari sibi: quia per verba quæ dixit testator, ipse videtur dixisse cum sit cũ eo eadẽ persona.

ᵈ Dixit. s. testator.

ᵉ Sermones. nullus hęres edicit contra sermones suos & nullus hæres dicit nolle valere quod dixit atque iurauit ratum esse. Accur.

ᶠ Aut in suis testamentis. i. scriptis vel non scriptis, vel etiã in non testamento, in nouel. eo. titu.

ᵍ Et iurauerit. s. corporaliter. planum est si vero verbotenus, & tunc idem dico, vt in nouel eo. tit. & hoc probatur in eo quod dicit per sua testamenta, nam adiuratio quæsi est, sed non testum iuramẽtum: quia illud est tantum per Deum secundũm Io. & facit ad hoc C si in. se mu. dixe. l. pe. Si autem nullo modo iurauit, & tunc dicit præcipiendo eos esse contentos partibus assignatis, & tunc standum est. vt ſ. de legat. a. l. pe to. in prin. aut affirmando: & tunc non tecit inter eos præiudicium: quia magis errando quàm volendo dixisse videt. vt ſſ. de lega. 2. l. Titia. §. Ca?ut in fi. & l. cum pater qui filio. & l. fi. §. j. & ff de l. j. l. eum quis decedens. §. nuptura. & §. codicillis. & C. cõmunia vetiu (que iudici) leg. scriptura quæ omnes ll. huic possunt signari contra. Sed sic solue. quia ibi nõ iurauit, vt dictum est.

† Ille. §. seruatus est. C. in tit de probas. super l. rationes & incipit, Quod obtinet. & concor. cũ hoc tex. c. cum dilectus, iuncta gl. sup verbo, cõsitentem. extra de successio. ab intest.

ʰ Suos coheredes. quid in extraneis aliquid de bonis defuncti habentibus? Rñ. contra vt per litterã istam. & hoc dicit quidam. sed hæc dicas idẽ. vt heredes ab illis extraneis non possint repetere: quod hic in cohæredibus dicitur, grat ia exempli dictũ intellige.

ⁱ Solius sunt. i. quæ solam cõtentionem continent, nõ autem quæstiõné seruorũ.

ᵏ Nullius. s. contentionis.

ˡ Apud hæredes. s. iuramento.

ᵐ Sed hæc. s. vt fiat præiudicium ex verbis defuncti.

ⁿ Curiosi i. studiosi in adipiscendis osbus bonis testatoris non curantes de iuramento eiusdem.

ᵒ Inter creditores. i. præiudicium crediterum. Accur.

ᵖ Declaratum est legibus vt ff. de lega. j l. filiusfamilias. §. diui. & ff. de libe legat. l. Aurelius. §. cum qui & C. de pbatio. l. rationes & l. exemplo. & C. de testi l. ofbus & ff. de interroga l x. act. l. de ætate. Licet autem præiudicare non possit creditoribus. potest tamen prodesse, si iurarer tanquam se daturum: quia licet non habeat creditor aliã probationem, hoc tamen sufficit, vt ff. de lega. iij. l. cum quis. §. antepe. & econtra si est creditor, & iurer sibi debeti tantum x. cum. xx deberet: quare non prodest extraneo debito ri. Certe prodest. imò & sine iuraméto sim pliciter dicendo videtur velle remittere per pactum, vt ff. de pact. l. sale pactũ. licet quidam dixerint hanc constitutionem habere locum inter cohæredes tantum.

ᑫ Illis. s. creditoribus.

ʳ Omnia, scilicet bona defuncti, & quæ dixit se habere.

ˢ Contentos. s. volumus.

ᵗ Negotijs. vt cadat a causa. Accur.

ᵘ Non possit frui. sic C. de fideicommiss. lege fin. in fi. sic supra, de hæredibus & Falcidia. §. si quis autem.

ˣ Aut obedire omnibus. hic reprobatur particula eis approbatio. sic ff. de adimnt. su o. l. cum quęritur & C. de omni agro deserto l. qui vulla. lib. i i. & ff. de acqui. hæte. l. j. & 2.

Seruari

ri,[a] vt in nullo ei contradici præsumatur. His valẽtibus in reliquo tpe vniuerso, & in oĩ negotio nondum moto in iudicio neq; iudiciali sñia aut interuẽtione amicabili trãsacto.[b] Tua igit̃ eminẽtia, q̃ placuerũt nobis, & p hac sacram declarata sunt legẽ, cognoscẽs, solẽniter p programmata, ꝓpria manifesta faciat vniuersis. Da. X.† Calen. Septem. Cõstãtinop. post consulatum Belisarij V. C. anno secundo.

TITVLVS III.

Nouel. 47.

VT PRAEPONAtur[c] nomen imperatoris documentis, & vt Latinis[d] literis apertius tempora inscribantur.

In omnibus instrumentis iudicialibus, quæ ad temporis memoriam conseruandam aguntur, vel etiam in extraiudicialibus nomen principis et cõsulis, indictio, mensis; & dies sunt apponenda: & etiã apponi debet aliud, si est de consuetudine. Angelus.

Imp. Iustini. A Ioanne præfect. præto. iterũ exconsuli & patricio.

ILlud omnium honestius esse putandum documentũ,[e] & gesta:[f] & qdẽ omnino pro tpis memoria hoĩbus adinuentum est, qđ ipsa quoq; cõmemoratione ornatur imperij,[g] consulis[h] etenim, & indictionis[i] & quod[k] indicium[l] temporum omnino est, & apud nos sunt quidem forsan, & hęc significatiua horum, quæ volunt: non tamen nos aliquod horum perimimus, sed maiorem adiectionem eis imponimus: vt ex maioribus & perfectioribus eis temporum designetur cursus. Si quis enim respexerit ad vetustissima[m] hominum & antiqua reipublicæ: Aeneas nobis Troianus rex reipublicæ princeps:[n] & nos quidem Aeneadæ ab illo vocamur. siue quis etiam ad secunda principia respexerit, ex quo[o] purè Romanorum nomen apud homines coruscauit, reges eam[p] constituerũt Romulus[q] & Numa. ille[r] quidem ciuitatem ædificãs, hic autem eam legibus ordinans & exornans siue etiam tertia principia sumat[s] quilibet[t] Imperij, Cæsarem maximum, & Augustum pium,[u] & ita rempublicã nobis inueniet hanc, quæ nunc est valentem,[x] sicq;[y] immortalis[z] ab illis[a] procedens. erit[b] ergo absurdum in documẽtis & ijs quæ in iudicijs aguntur, & absoluiè[c] in omnib. in quibus memoria quædam fit temporum, non imperium his præponi.

CAP. I. Vnde sancimus eos, qcunq; gestis ministrãt, siue in iudicijs, siue vbicunq; cõficiunt acta: & tabelliones, qui omnino qualibet forma documẽtã ꝯscribũt in hac magna ciuitate, siue in alijs gentibus omnibus, quibus nos præsidere dedit Deus, hoc modo incipere in documentis, Imperij[d] illius sacratissimi Augusti Imperatoris anno tertio & post illa inferre consulis appel-

[a] Seruari .s. voluimus.
[b] Transacto. & ista locum habet ẽt in p̃teritis factis, vt hic dicitur, & in nouell. e. titu. nec mirum: qa hoc expresse hic dicitur. aliàs ad futura tantum trahitur, vt C. de legib & con l. leges & cõstitutiões.

[c] VT PRÆPOnatur[c] nomen &c.

Hoc expenditur. ī. eod vsq; ad §. illud.
[d] Et vt Latinis hæc dicuntur ī. eod. § fi.
[e] Llud. Putandum documẽtũ. aliàs deest documentum, & tamẽ subauditur.
[f] Et gesta s. sunt honesta putanda aliàs autem sunt gesta. q in iudicijs geruntur, & in scriptis rediguntur, & eedem dicuntur acta.
[g] Imperij. No. dari plurimam auctoritatem instrumento ex memoria principis. & facit, C. de testa. l. omnium.
[h] Consulis. commemoratione.
[i] Indictionis. Est enĩ indictio cursus. xv. an. vt dr̃, indictione prima & secũda. prout est in hoc cursu xv annorũ. vltre autem non catenditur. sed a prima incipit. Et inde habet quòd antiquitus Romani singulis xv an. recipiebant tributũ de toto mundo. & erat in primo quinquennio ferrum, vt inde fieret arma militibus Romanis. secundo quinquennio argẽtum, vt inde haberent stipendia milites. tertio quinquẽnio aurũ, qđ in ẽrario ponebatur, vt tẽpore necessario pro republica Romanorum expenderetur. vnde adhuc hodie seruemus cursum illorum trium lustrorum s. horum xv. anno. & indictionẽ appellemus: quia sic tributa indicebantur antiquitus. Si autem velis eam indictionẽ colligere, accipe annos domini qui sunt M. ccxx. & eis addas. iij. an. quia tertius annus erat tpe natiuitatis Christi, s. tertiue indictionis, & diuide per xv. & semp abijcias illa xv. & cum habeas numerum cõpletum, s. xv. inuenies te habere indictionem. viij. & de hoc not C. de iusti. codi. confir in fio.
[k] Et quod. Hic incipit toto ista, & ista dicit q̃ si qua alia indicia sunt tandẽ memoriæ tpum vel apud nos, vel apud alios. vt si forte fiat mentio ciuitatis, vt ī. e §. si qua vero vel quæstoris, vt ī de ea. § fi. hoc nõ tollamus sed eis ista adijciamus. vt ī. eodem. §. si qua vero ibi, nos enim &c.
[l] Indicium. aliàs indiciũ. & hęc est mala litera aliàs: insignia: & hæc est bona.
[m] Ad vetustissima. principia.
[n] Princeps. subaudi, iussit nomen apponi in documentis & gestis.
[o] Ex quo. s. tempore.
[p] Eam. Romam.
[q] Romulus. sub. s.
[r] Ille. i. Romulus.
[s] Sumat. respuenda.
[t] Quilibet. s. aliqs.
[u] Augustum Pium. s. inuenire, vt subijcit. Accur.
[x] Valentem q. d eadem quæ tunc erat. sic. ff. de iudi. l. proponebatur.
[y] Sic in futuro.
[z] Immortalis. respublica. Accur.
[a] Ab illis. imperatoribus.
[b] Erit. cum sic post imperatorum nomina talia facta antiqua inueniebantur, vt dicit ab illo §. si quis enim vsq; huc, ergo erit absurdum.
Absolute. indistincte. Accur.
Imperij. sub. tempore.

[a] Cõcor. eđ euth. inter dilectos cũ gl. sup verbo indictionis. extra de fi. instru. vbi recitat tenor istius cõstitutionis.

[b] aliàs xv. in Scrimgeriana editione.

[c] De indictione vide bo. gl in c inter dilectos. sup verbo indictionis. extra de fide insti. vbi late de indictione tractatur.

[d] quotquot indicia.

[e] toto.

Hæc.

pellationē qui in illo anno est: & tertio loco indictionē, mensem, & diē. sic.n. per oia tps seruabitur, & pro imperij memoria, atque consulatus ordine, & reliqua obseruatione interposita documentis, inadulterata hęc a valde constituuntur. Si qua vero apud Orientis habitatores aut alios homines obseruatio custodiatur in ciuitatū temporibus, b neq; huic inuidemus: sed pręscribat quidem imperiū: sequat vero (sicut dictum est) cōsul & indictio atque mensis & dies, s̄m quā c gerūtur & conscribuntur quę agūtur: & tunc inseratur ēt ciuitatis omnibus modis annus. d Nos.n. auferimus quidem priorū nihil, e imperiali f vero additamento causam augemus. Et inchoetur g mox h auctore i Deo à præcedēte prima indictione: k ita quodammodo eis scribentibus: Imperij Iustiniani sacratissimi Augusti Imperatoris anno xj. & post consulatum Flauij Belisarij clarissimi viri anno 2. 9. Calē. Iunij, sicq; in omnibus nominentur imperij anni, & nostri, l inquantum eos Deus elongauerit, & decætero imperatorum. palam nanq; est, quia nunc m quidē annum xj. n nostri scribunt imperij: inchoante verò Aprili mense, & prima die in qua nos Deus Romanorum superposuit rebus, xij. annum scribent: & ita decætero o donec nostrum Deus imperium extenderit: vt nobis ēt hæc causa super leges & harum p celebrationem cōtinuē maneat immortalis, dum memoria imperij omnibus simul interfuerit causis atque temporibus.

CAP. II. Vt tempora quę Latinis litteris designantur, apertius scribant.

Illud quoque adijcimus, q̄m hi qui tps in iudicijs q designant, cū incertis illis r & antiquis litteris hæc declarât, obseruetur in omni iudicio vt post illas litteras antiquitatis alias subdant.i. has cōes & omnib⁹ notas, & quæ legi ab omnibus s facilè possint, & significare gestorū tps, vt nō fatigentur requirentes id tēpus: deinde errantes expectēt, donec hoiem quēcunq; cōperiant literas t illas p veritate lecturū. sed si qdē x reliqua y ēt post præscriptionē incertarum literarum, si Græcæ sint vocis, Græcis litteris subdi tempus. Si vero Latinus quidē totius chartæ constat ordo, Latinis quidem perscribat tps interpositis illis certis elementis, clariorē tñ ordinē habētibus litteris, quas liceat omnibus legere oino syllabarū Latinarum ignaris. Tua igitur eminentia, q̄ placuerunt nobis, & per hāc sacram declarata sunt legē, & in hac maxima ciuitate, & in prouincijs vniuersis, quibus præs, manifesta constituat: vt nullus præsumat aliter numerare tēpus, aut aliud agere, sed ita sicut dudum z decreuimus. Da. Calen. Septem. Iul. A. C. Beli. vir. C. ann. xj.

Desideratur constitutio de appellationib. ex quinque prouincijs (sed eam non reperi) & Nouel. de reis qui ingrediuntur ad expediendam appellationem, quæ est collat. 5. titu. 1.

TITVLVS IIII. Nouella XV.

SCENICAS NON SOLVM SI fideiussores præstent, a sed etiam si iusiurandum dent, sine periculo discedere.

a Fixę s. documenta.
b Ciuitatum temporibus. puta x annor à cōpositione ciuitatis, vt de imperio mō dixit. & fac. C. de fer. l. omnes. ibi, his adijcimus, natalitios &c.
c Quam. s. diem, in qua die geruntur.
d Annus. s. quot anni sunt q̄ illa ciuitas facta fuit.
e Nihil, ī. e. in prin. ibi, & quotquot iudicia &c.
f Imperiali. s. note.
g Inchoetur. s. documentum.
h Mox. priusquam alia ponatur. Acc.
i Auctore. puta in noīe dñi & facit ī. de q̄sture. l. prin & de armis, in pri. coll. 6. Sed nūquid anni domini ex incarnatiōis apponēdi sunt? Rñ. hac l. vel alia nō cauetū sed tñ dico, q̄ apponendi sunt, 1 & aliàs non valet istēm: qa est de cōsuetudine, q̄ apponant: ergo apponēdi sunt, & aliàs non valet qd agit, vt ī. p̄x. §. si qua vero. & ī eo. in prine. ibi, & quotquot &c. & est ēt consuetudo gñalis. vñ ēt si lex diceret cōtra, tñ deuinceret eam cōsuetudo, vt ff. de le. & senatu'c. l. de quib⁹. in fi. lex ēt si iprobat, imò p̄bat. l. ista, q̄ qd de talib fuerit, vt dcm̄ ē.
k Prima indictione. forte currebat prima indictio tpe quo fuit facta hęc lex & ita Iustin. regnabat tpe Natiuitatis Chri, cū illo tpe fuit Idictio inuēta: vt ī. in prin. huius ti. no. & iō non dicit forte de annis dñi ponendis, cū pauci erāt eo tempore. Acc.
l Nostri. s. imperij.
m Nunc. s. qñ hęc cōstitutio facta fuit.
n Annum. xj. No. q̄ tpe huius cōstitutionis Iusti. regnauerat xj. ann. Itē qa in Cal. Apri. p̄ximis incidīt xij. vnde in Cal. Apr. sortitus fuit imperium.
o Decętero. s. scribāt.
p Harum. s. legum.
q In iudicijs. i. in sententijs, vt dicūt. Vel dic. i. in scripturis q̄ fiunt in iudicio, siue snię, siue acta vel gesta sunt, vt hic subijcit. nam & his talia sunt apponenda. vt ī. a §. vnde sancim⁹.
r Incertis illis. quędā litterę erant q̄ nō poterāt ab oibus intelligi, q̄ apponebant in qualibet snia, vñ hic eas nō remouet: sed præcipit, vt iuxta eas interpretatio apponatur, vt subijcit.
s Ab olb. sic ff. de isti. l. sed si pupill⁹. §. p̄s. sic ī. de nō a'ie. §. alienatiōis. sic ī. in med. h §. vt autem. coll. 8.
t Deinde in hac constitutione Acc.
u Literas. s. Latinas.
x Si quidem. pro certe. & ita cōsti. sed certe si reliqua Græcę vocis sunt, Grę cis litteris subdi tēpus, & post p̄scriptionē incertarū literarū, puta Latinarum. i. iuxta Latinas, q̄ sunt incertæ Græcis, apud quos fuit factū instrm, ponat interpretatio in Græco.
y Reliqua. vt tenor instrumenti.
z Dudum. in hac cōstitutione.

SCENICAS &c.
a Præstent. subaudi

Cōcor. gl in c. i. set dilectos. ex̄ de fi. instru. Anno dominicæ incarnationis anponendi sint istrumentis.

Pro inclusis, die ante Cal. illas &c. Contius.

In edi. noua. pd. Cal. Sep. Imper. DN. iust. PP. Aug. anno post Belisa. V. C. Cons. secundo.

di non. nec enim hanc vel aliam securitatem præstare habent, vt in prin huius constitutionis. vel legas sic Fideiussores etiam subaudi, solum non præstent, vt ita hac dictio non, ponatur iuxta verbum, præstent.

pa.ren. §. fi. col. x. Itē & aliar l. vt libertus post manu missionē iurat se operas pstare: vt ff. de li. cau. l. fi. de op. lib l. vt intsiu. vbicūq; tñ dico nō teneri quē de facto licito solo. pōt dici esse verū iure ordinario & ciuiliter: sed extra ordinē pōt accusari in crimine stellionatus, vt extra ordinem puniat, vt ff. de crimi. stel l. fi. licet non poster dici q; dicta lex loquatur quando iurauit in talem cām, vbi & aliās sine iuro eodē crimine pōt plecti, vt ff. de pign. ac. l. r. Primum puto verius: qa vbicunq; titulus crimini deficit, locum habet hæc accusatio: vt ff. de crimi. stel. l. 3.

Iusiurandum à scenica præstitum non tenet, nec fideiussoris datio, quæ expetens, pœnis multatur: & iudex in illarum extorsione negligens punitur.

Imper. Iustin. A. I. præfecto prætor. exconsuli & patricio

NOuimus pridē facientes legē [a] interdicentem [b] nulli licentiam esse in scena [c] detentas mulieres fideiussores exigere, [d] quia obseruabunt [e] & impiam complebunt operationem pœnitentiæ tempus non habentes: & pœnas interminantem [f] nouissimas [g] his, qui tales fideiussores exigunt: insuper & ipsos fideiussores sine obligatione recedere, & nullam inferri eis necessitatem personarum harum [h] præsentationis. Sed in præsenti cōperimus [i] crudelem quandam & importabilē calumniam contra studendam à nobis fieri castitatem. Quia enim eos [k] fideiussores accipere prohibuimus, [l] inuenisse [m] illos aliam viam ad impietatem deducentem maiorem: iusiurādū enim eas exigere, [n] qa nunquam ab impia illa & turpi operatione cessabunt: mulieres [o] autem existentes miseras, & sic male seductas, pie agere se putare, si impie egerit: & vt custodiant iusiurandū, propterea suam prostituere castitatem: cum oporteret agnoscere, [p] quia hmōi transgressiones magis placent Deo, [q] quàm iurisiurandi obseruationes. Non enim si quis ab aliquo iusiurandum acceperit, quia occidet forsitan, aut adulterabitur, aut aliqd aget tale illicitū, oportet seruari iusiurandum: vtpote cum sit ita turpe & illicitum, & ad perditionem ducens. Ideoq; liceat mulieri, licet huiusmodi iusiurandum iurauerit, recedere à iurisiurandi huius amaritudine, & castè viuere sine periculo periurij: [r] magis autem Deo amabiliter pœna periurij (si qua omnino est [s] pœna) contra eū, qui iusiurandum exigit conuertenda. Vnde etiam nos repente inferimus decem librarum auri pœnam, exigentes eum, qui præsumpserit omnino tale iusiurandum accipere: & hanc scilicet quantitatem ipsi infelici dari mulieri sancimus ad reliquā bonæ figuræ vitam, [t] exigendam [u] per administrationem prouincialem, & dandam ei: sciente iudice, quia si neglexerit, tenebitur [x] ab ea deponens administrationē,

[a] Nouimus. Legem. vt ℥. de lenonibus. Accu.
[b] Interdicentem. subaudi legem.
[c] Scena. i. loco turpi, vt prostibulo. Alias dicitur scena, locus, vbi consueuerunt homines conuenire: & erat locus inubratus cortinis: vt ff. de infa. l. ij. & inde scenæ dicunt, vel scenicę mulieres.
[d] Exigere. Nota verbum quod regit duos diuersos accusatiuos: vt supra de leno. §. quasdam vero earum. exigere dico: quia obseruabunt &c.
[e] Obseruabunt. prædictæ mulieres.
[f] Interminantem. s. dictam legem.
[g] Nouissimas. nouissimæ pœnæ dicuntur, vltra quas nulla est ita magna. nam debet occidi talis leno, vt ff. de pœ. l. vltimum. & ℥. de leno. §. præconizamus. similis expositio ℥. de ecc. rerum immob. ali. § occurrit.
[h] Personarum harū. s. mulierum.
[i] Comperimus. vnde & præsenti consilio indigemus, vt ff. de vē. inspi. l. j. §. j. in prin.
[k] Eos s. lenones.
[l] Prohibuimus. vt §. proxi. diximus.
[m] Inuenisse. s. comperimus.
[n] Exigere. s. inuenimus. & statim subijcit formam sacramenti.
[o] Muliere. subaudi comperimus.
[p] Agnoscere. mulieres istas.
[q] Deo. certè & legi humanæ, vt subijcit. q; facit ff. de leg. t. l. si quis inquilinos. §. fi & C. de leg & cō. l. non dubium. in fi & ff. de pa. l. iurisgentium. §. si paciscar. & ff. ad muni. l. fi. j rñ. & ℥. de iu. §. quia verò. vbi verò est licitū factū. est seruādū. nō tñ punit nō seruās, nisi quātū ad Deū. vt ff. de do l. nā sufficit. & superiori l. & C. d reb. cred. l. s. in casu tñ ēt quò ad mundū valet, & firmat qd agitur vt si fiat à minore xxv. ann. sup aliquo ɔ̄tu: vt ℥. de

[r] Periurij. subaudi est.
[s] Si qua oīno est. Sed quare dicit, si qua oino est, cū nulla sit, vt modo diximus p l ff de dolo. l. nam sufficit? Rñ. interdū est non per se solū, vt dictū est sed ex adiūcto, vt quia est infamis. si vētar ɔ̄ factū, & ɔ̄ pactū, quod ɔfirmauerat facto, vt C. de transac. l. si ex falsis. aliàs non est infamis, vt ff. de infa l Lucius: tñ repellit à testimonio: quia præsumit male dicere, q aliqñ male dixit. ff. d acc. l. si cui. §. ijsdē. Periurus à testimonio repellitur.
[t] Vitā. quā vitā perinde habebit & quo ad mrimonia & quo ad alia, ac si nunquā in tali praua cōuersatione fuisset. vt C. de nup. l. imperialis. §. j. Sed nungd hodie habent necesse petere rescriptū, vt dicit dicta lex imperialis? Vr q; sic: cū illa non inueniat correcta. vt ℥. de admi. offic. § j. & C. de appe. l. præcipimus. in fi. Sed ɔ̄ puto pp generalia verba huius cōstitutionis, quę dicunt ipso iure eam nō teneri. vnde quantum est in petitione rescripti, dico illam legem correctam per istam. Acc.
[u] Exigendam. pœnam prædictam subaudi.
[x] Tenebitur ab ea. i. ipsa habebit eum iudicē obligatum ad tantam pœnam & facit ad hoc supra, de mo. § fin. & ℥. de man. prin § neq; in fi. col. iij & C. de iu. l. sancimus. in fi. & ℥ de col. §. si verò ēm prædictū modum col. ix. & ℥. de eccle. ti. §. si autem qui hoc. & ℥. vt in priua. domi. in fi. u. ea. col. Accu.

Hære-

hæredesque [a] eius [b] & successores & eius substantia, eo quòd actionē piam [c] agere neglexerit. Si autem ipse prouinciæ præses iusiurandum exegerit, [d] ipse etiā me moratam [e] decem librarum auri pœnam exigatur: siquidem militaris [f] iudex sit in illa prouincia, per illum [g] danda, sicut dictum est, mulieri. Si verò non habeat militarem [h] iudicem, metropoleos illius prouinciæ episcopus hoc prouideat, causam etiam ad nos, si probauerit, referens: & insuper ex vicinis maioribus [i] cingulis: [k] & vndiq; hoc agentem, [l] siue iudex, siue priuatus sit, memorata castigari [m] pœna, & dari hāc ei, quæ quātum ad illum neq; castè viuere valeat vlterius: vt non videatur quasi peteraſſe. Quæ igitur placuerunt nobis, & per præsentem sacrā declarata sunt legem: tua celsitudo præceptionibus proprijs omnibus faciat manifesta: vt cognoscant nostri Imperij circa castitatem studium. Dat. Calen. Sept. Dn. Iustin. PP. A. anno. * post Belis. V. C. Conf. anno. xj.

TITVLVS V.
Nouella 52.

VT NON FIANT [n] pignorationes pro alijs personis: [†] & vt sicut [o] principum donationes non egent gestis monumentorum, sic nec à priuatis Imperatoribus factæ donatiões indigeāt.

Nulli licitum est secundum formam pignorationis exigere aliū pro alio. Item sicut donatio facta à principe priuato insinuatione non eget: ita nec econtra. Bartolus.

Imper. Iust. A. Io. gloriosiss. sacrorum per Orientem pretor. pręfec. iterū exconsuli & patricio.

INhonestas pignorationes, & odibiles super his exactiones, plurimæ quidem & aliæ leges [p] odio habēt: præcipuè autem à nobis positæ: [q] sed nescimus quemadmodum causa [r] licet tantis castigata legislationibus, [s] adhuc p̄sumitur, [t] & in republica est, & maiorem sui præbet virtutem, quām legum [u] necessitas.

CAP. I. Propterea sancimus nullam omnino pignorationem in nostra republica præualere, [x] neque in mercatis (hoc quod maximè ibi præsumptum inuenimus) neque in agris, neque in ciuitatibus, neque in vicis, neque in ciuibus, [y] neque in vicaneis, [z] neque in agricolis, neq; alio omnino quocunque modo vel tempore: sed præsumentem alium pro alio s m pignorationis formam, [a] aurum, aut aliqd aliud exigere, hoc reddere in quadruplum violentiam passo: & cadere etiam ab actione quam habuit aduersus eum pro quo exactionem fecit. Non enim habet rationem, alium quidem esse debitorem, alium verò exigi: sed nec alteri molestum esse pro altero quodam, tanquam inuasionem, aut iniuriam committentem, & alium quasi vicaneum existentem cędi, aut iniuriam sustinere, & aliquid pati, quod omnino non competit, [b] pro alio: & absque legitima occasione quamliber perferre calumniam: & supplicia [c] sustinere in corpore: præsidibus gentium scientibus, [d] quia si non hæc egerint, sed in prouincijs, quibus p̄sunt,

a Hæredes. s. lite contestata. vt qđ dicit. Al. vt C. ex deli. de. l. 1. & facit ff. sol. le. lu. pec. l. fi. & ff. de accu. l. ex iudiciorum. Accu.
b Eius. s. tenebant.
c Actionē piā. i. actiō. piā. j. de non alie. §. & hoc valere 1 2 col.
d Exegerit. ab aliqua puella. vt ipsa nō debeat à turpi & impia conuersatione cessare. vt j. eo. §. sed in p̄senti.
e Memoratam. j. eo. §. vnde.
f Militaris. s. aliquis maior præside.
g Per illum. s. militarem iudicem nam ip se exigerā præside. & dabit mulieri.
h Militarem. illius prouinciæ.
i Maiorib. i. hītibus maiores honores. Al.
k Cingulis. aīs cingulo. & dic. & insup. i. si nō sit i illa prouincia iudex militaris, nec et metropoleos epī, exigat ille p̄ses dictā pęnā ex vicinis maioribus cingulis, i. à magistratib. q sūt i vicina puincia. maioribus cingulis i. qui sunt maiores p cingulos dictus præses.
l Hoc agentē. s. faciētē mulieres sic uiuere.
m Castigari. s. volumus.

n VT NON fiant &c.
Expeditur hæc pars j. eo. vsq. ad §. illud.
o Et vt sicut. hoc dī eo. §. illud.
p Leges. vers. qđ met. cau. l. extat. & ff. ad leg. Iul. de vi pri. l. pe. & ff. de off. pīi. l. illicitas. & C. vnde vi. l. si quis in tantam. & l. si quando.
q A nobis positæ. vt C. vnde vi. l. fin. & C. locati. l. fi. & aliæ extrauagantes.
r Causa. i. turpis pignoratio & exactio.
s Legislationib. vt s. ptor. alitimus.
t Præsumitur. i. obseruatur. Accur.

† Lege Draconis pmittebā tur, & eā pitié vocat ἀνδρολήψιας Hermolaus Barbatus, cetert clarigatione. hoc perti net l. 1. C. vt nullus ex vicaneijs.

u Quām legum. i. maiorem efficaciam iuſ, quitas, q̄ æquitas habet, quæ est ex necessitate iuris, vt C. de iud. l. placuit. qđ sit esse non debet.
x Præualere. sic C. de ol agro dese. l. hac definitione. sic j. vt nul li iudi. §. quia vero. colla. 9.
y Ciuib. i. hoībus.
z Neq; i vicaneis. s. qui morātur in vicis.
a Formam. puta qui tecum in alio regione hoc acto iter nos, vt si dic statuta non soluerentur, liceat tibi homines meæ p. tuneæ pignorare sua auctoritate, siue tes eorum intromittere. & probatur hæc electio * ex eo. g. dicit firmam i. pactum sic matum verbis, vt liceat sic capere. & probatur. ff. de arb. l. arbiter i ncta certā. Sed quid si hoc in pacto actum non fuerit? Rň. idem multo magis. item quid si acce pi non in pignus, sed in solutum? Respon. idem secundum Io. quare subaudi etiā, vt est ex istæ duę op positiones.
b Competit. i. nō est conueniens. sic sup. de ecc. re. immobi. §. si vero non priuatus.
c Et supplicia. nam & ipsos homines capiebant. & supplicia eis imponebant: qđ fieri non debet.
d Scientibus & alias scientium. & facit j. ut.

* Lectio.

& facit. T. ti. prox. §. fi.
a Gestis monumentorum. i. vt fiant coram iudice ordinatio praebente authoritatem huic donationi: q̃a sufficit ipsius Imperatoris praesentia: vt & aliàs C. de testa. l. omnium.
b Nisi tantummodo. q. d. fiant huiusmodi donationes in rei veritate, & scribantur per tabellionem & alia fiant, quae hic dicuntur non autem in p̃sentia iudicis ordinarij est necessaria, quãtacunq; sit quantitas, quae auctoritas alias esset necessaria, vt I. de defen. ciui. §. nulla. colla. 3. & facit ad hoc. C. de don. l. donatio. §. in conscribendis. & l. sanci mus. Quid si est quãtitas infra. 500. soli. R̃n. nec scriptura est necessaria: quia nec in priuata donatione est necesse, sed simplex & nudum pactũ sufficit: vt C. de do. l. si quis argẽtum § sin autem hoc minime scriptum. Accur.
c Non. n. consequens est. Non eandem debere esse rationem contrarium, vt hic, & ff. si vsusfr. pe. l. pen. §. fi. & C. de cadu. tol. §. sed vt manifestet. & J. vt li. ma & auiç. §. illud ff. de ret. din. l. pen. & C. de sac. san. eccl. l. ante nup. & infra de fide instrumẽ. §. si quis.
d Nec his. priuilegijs. s. vt non sit necessaria insinuatio.
e Imperium. i. quando priuatus ei donat.
f Praebentur. cum Imperator donat.
g Inaequalitas. quae erat ante legem istã.
h Constitutio. vt C. de quadr. praescrip. l. fin §. quia igitur. Accursius.
i Ex vtroq;. s. laterẽ.
k Et pro. s. Accur.

l DE EXHIbendis & introducendis reis &c.

Rei à re quia rem debent: non à reatu vt

sunt, pignorationes praesumi patiantur: nihil erit tale quod à nostris eos eripiat manibus.

CAP. II. Vt donationes Imperatori à priuato homine factae non egeant insinuatione.

Illud quoq; perspeximus huic adijcere legi, vt sicut ab imperio in alios factae donationes non egent gestis monumentorum, [a] sed ex hoc ipso habent virtutẽ, ita neque à priuatis, imperatoribus factae (nisi tantummodo [b] pro veritate fiant in publico à tabellionibus cõpletae, susceptionem habẽtes & eius qui fecit, & testiũ, & aliã donationũ obseruationem) non egebunt gestis monumentorũ, cuiuscunq; quãtitatis sint. Non. n. consequens est, [c] vt nec his [d] fruatur imperium [e] à priuatis, quae ab eo praebentur [f] illis. Haec aũt inaequalitas [g] facta ẽ ex nouitate quã Zenonis piae memoriç introduxit constitutio, [h] vt imperiales donationes non egeant monumentis. Quia igitur imperfectius causa prius apparuit: ppea nos perfectionem imponentes ei, ex vtroq; [i] tenere hoc volumus, & [k] in his donationibus, quae ab imperatoribus in priuatos fiunt, & q̃ à priuatis i ĩperatorẽ, vt ex aequalitate iustitia causae adijciatur. Tua igitur excellentia, quae per hanc diuinã nostrã constitutionẽ sancita sunt, p̃ceptis proprijs solẽniter manifesta facere studeat vniuersis. D. XV. Cal. Sept. Impe. Dn. Iustin. P. P. A. ann. XI. post Cons Belis. V. C. anno secundo.

TITVLVS VII. No. 53.

DE EXHIBENDIS & introducendis reis: [l] & vt hi qui conueniunt, [m] post vicesimũ diẽ, praesentent iudicib', & de ijs qui iuratoriã [n] cautionẽ exponunt, & ante litis contestationem absentes fiunt: & de hypothecis [o] quae appellantur ex casu: & quae personae & quãdo hoc ius habent: & de indotatis vxoribus, [p] vt habeãt quartam partem in substantia viri, & ipse vir in substantia vxoris, quando inops est cui relinquitur.

Reus non est exhibendus in iudicio de vna prouincia ad aliã, nisi prius actor fideiussoriam praestiterit cautionem certam quantitatem promittẽs, si litẽ nõ exequatur, aut exequens non vincat. & reo comparente si actor intra x. dies non comparuerit, reus absoluendus est à iudicio eo exacto, quod ab actore promissum est: & si quid amplius reus expendisset. Bartolus.

Imper. Iustin. A. Ioanni gloriosiss. pretoriorũ per Orientem praefecto, iterũ exconsuli & patricio.

Plurimi adeuntes [q] nostrã docent potestatẽ, quia [r] exhibentur [s] ab aliquibus aut ẽt in alias pertrahuntur [t] prouincias ex sacra nostra iussione aut decretis iudicialibus, & ad miseriam quidẽ per hoc aguntur: [u] coacti vero iussionibus [x] aut decretis [y] exhibentur. Proinde qui [z] eos [a] exhibent, [b] ẽt cautiones exigentes [c] quia intra certũ tempus venient ad determinatum iudiciũ ij, qui ab eis conuenti sunt: ipsi [d] remaneãt [e] in prouincia

ff. de duobus reis. l. 1. et hac pars expeditur infra, eo. §. vsque ad §. illud quoque.

m Et vt ij qui conueniuntur. hoc expeditur. J. eo. §. illud. vsq; ad §. si vero.
n Et de ijs qui iuratoriam. & hoc dicitur. J. eo. §. si vero & quidam. vsque ad illum. §. optimum quoque.
o Et de hypothecis. s. militiarum. & hoc dicitur J. eod. §. optimum. & expone haec verba, vt ibi.
p Et de indotatis vxoribus. quod dic. vt J. eod §. quoniam vero & §. si vero quasdam. vsq; in fin. constitutionis. Accur.

q Plurimi adeuntes, scilicet; nos.
r Qui. aliàs quia. Acc.
s Exhibentur. i. exhiberi postulãtur de vna prouincia ad Cõstãtinopolitanam ciuitatem: vt J. eod. §. quia vero.
t Pertrahuntur. dico aut &c.
u Aguntur. i. deducuntur. quae miseria ex inopia contingit & inopia ex peregrinatione: vt hic, & I. vt iudi. sine quoquo suffrag. §. illud. circa prin. col. 2.
x Iussionibus. s. nostris.
y Decretis. s. iudicialibus. & sic redde singula singulis.
z Qui. s. actores.
a Eos. s. reos.
b Exhibent. i. postulant exhiberi.
c Exigentes. s. coram eo à quo petitur rescriptum.
d Ipsi. s. actores.
e Remaneant. s. qui conuenerunt.

Affi-

uicia, affligi a ĩ pegrinatiõe sũptib. exhibitũ aut p̃sentatum relinquerẽtres.

CA. I. De reis ab alio loco in alium rep̃sentãdis.

Hoc igitur miserantes, sãcim᷒, siqd fiat tale, b & tp̃s ipleaĩ, qđ in cautiõe exhibitiõis aut p̃sentationis ipse actor c cõstituit: deide ille d qdẽ obseruet e ĩ iudicio, actor aũt desit, & ñ itra.x. dies f post quã re᷒ venerit in ꝓuinciã, actor occurrerit: reũ qdẽ ingrediẽtẽ apud iudicẽ, & hoc docẽtẽ, repẽte dimitti. g iureiurando aũt ei᷒ h iudiceĩ de oib. expensis quas ꝓtulit circa viã & circa pegrinam habitationẽ: & his i iudices addicãt k actorẽ cõueniẽtẽ frustra. Et qm̃ nõs est nõ aliter fieri exhibitiões aut p̃sentationes, l nisi actores fideiussores ad certã quãtitatẽ dederint, m qa exsequenẽ cãm, & suscipiẽt sñiam: n hãc qdẽ quãtitatẽ oĩno eos o exigi, p & dari frustra calũniã passo. Si vero ꝓ iusiurãdũ ẽt pl᷒ q aliqd declar. uerit r (certa tñ quãtitate definita à iudice, quã leges taxationẽ vocãt) ẽt hoc supexigi, s vt cognoscat ñ illudere t vitas alienas, u sed ĩ ꝓuĩciã x eligeĩ iudices, & ibi ꝯ suos aduersar. litigare.

CA. II. De cautione præstanda ab his, qui de proprio territorio sibi obnoxios abstrahunt.

Quia verò ab actorib. fideiussiões plerũq; nouimus hic datas y tãquã z in exhibẽdis personis: si verò in aliã deducanĩ a ꝓuĩciã, forte declinaĩ b hãc obsuationẽ c sãcim᷒ hic d iudicẽ aut gl̃iosissimũ q̃storẽ e nr̃um sacris nr̃is ministrãtẽ literis, si qd tale f agere iubeaĩ, ñ aliter ad aliã exhibere ꝓuinciã reũ, g ante q̃ fideiussorẽ p̃beat actor in iudicio, in qđ futur᷒ est reũ deducere, qa dabit s̃m locorum spatiũ aurũ h quãtũcunq; decretũ i fuerit fugiẽti, k si non exequaĩ aut exequens nõ vincat causam: l & ibi m oĩa agi q̃cunq; in exhibitiõe n decreuim᷒ o definitũ p verò aurũ, à fideiussoribus exigẽdũ, & dandũ ei, q deductus est: p̃bendo quoq; ab illo q etiã iureiurãdo vsq; ad taxatio-

a Affligi i. vt affligantur conuenti.

b Tale. quod rescriptũ ad extraneũ iud. eẽ fit petitũ & cautio sit facta de exhibendo reo: vt ŝ dixi.

c Ipse actor. nã hmõi tpa iudicia alia actoris maxime & iudicis arbitrio statuuntur: vt inc. & ff. qui sa usda coga. l. de die. t. respon.

d Ille s. reus.

e Obseruet i. stet in iudicio, & sic exponitur. j. e §. si vero eum quidem.

f Decem dies. Sed nunquid à tempora petiti rescripti currunt hi decem dies, vel à tempore ex quo ad eum extraneum iudicẽ venire potuerit? Rñ. ex neutro horum tpum cõputari: sed à tpe finito qđ fuerat p iudicẽ constitutum & actorem. aliter enim fine initia actoris siue stipulatoris dicere nõ possumus. cui insistiari in talibus non debemus, vt ff. de ver. obli. l. stipulationum. §. fi. Accursius.

g Repente dimitti. i. elapsis. x. dieb. nec ob. C. de iud. l. properandum. in prin. vbi dr causam ciuilem triennio, criminalẽ biennio durare. at hic. x diebus: quia hoc iudicium non erat inchoatum, quare à iudicij obseruatione absoluitur & dimittitur: non aũt definitiue: tum quia lis non est cõtestata, tũ qa nõ est liquidũ. vt C. de temp. ap. l. fi. § j. & C. de iud. l. properandum. §. & si quidem. nec enim dico esse ibi contestatam, vbi fuit rescriptum petitum: licet vtcunque ibi fuerit: quia iam ibi deberet iudiciũ finiri: vt ff. de indi. l. vbi. & l. de qua re in prin. licet decretistæ aliter sentiant.

h Eius. scilicet rei.

i Et his. idest eo actore condemnato in expensis ꝓ ferãt iudices actorem calumniosè litẽ instituisse, s̃m quosdam. & facit pro eis. ff. ad Turp. l. 1. §. j & ff. de suspec. tut. l. hoc enim j. rñ. Vel dic, & his. s. expensis.

k Addicant. i. supponant. s. actorem dico frustra.

l Præsentationes. s. reorum ad hanc ciuitatem.

m Dederunt. s. coram iudice extraordinario, corã quo vocati sunt ex sacra iussione, aut decretis iudicialibus.

n Et suscipiunt sententiam. i. vincunt, vt statim dicitur prox. §.

o Eos. s. actores vt promittant eam ipsi reo. Sed coram quo iudice fiet hæc promissio? Item quanta erit ant quãtitas? Rñ. coram iudice extraordinario, & eius arbitrio definietur, vt ĩ. prox. §. sequitur.

p Exigi. s. sancimus.

q Plus. s. quàm fuerit promissa quantitas ab actore.

r Declarauerit s. reus.

s Superexigi. s. ab actoribus.

t Illudere. i. deridere.

u Vitas alienas. sic ŝ. de ta. §. j. ibi, & nõ propter suam.

x in prouincia. vbi reus habet domicilium.

y Datas. i. in hac regia vrbe, quando de prouincia aliena trahitur ad hanc ciuitatem. sed econtra non sic seruabitur, vt hic subijcit.

z Tanquam. expressiuum veritatis, s. qñ volunt exhiberi reos, vt ŝ. eod. § & quoniam.

a Deducant. s. rei.

b Declinare. s. actores.

c Obseruationem. s. nouimus.

d Hic i. in hac ciuitate Constantinopol.

e Quæstorem. i. cancellarium.

f Si quid tale. s. qđ faciat p̃ceptũ actori da vocandi reo ad extraordinariũ iudicẽ.

g Reum valet autẽ rescriptum. licet ante satisdationẽ vti eo non possit. vnde hæc authen. male continuatur cum lege. C. de dila. l. fi. quando. Accursius.

h Aurum. vel quantitatẽ aliquam arbitrio iudicis illius, vt subijcit.

i Decretum. Sed à quo? Rñ. à delegato: quia ei causa est commissa, vnde & hoc ꝑ cõsequẽs, vt ff. de iuris. omnium iud. l. 2.

k Fugienti. s. reo: sic dicto quia fugere consueuit, vt C. de iura. cal. l. 2. in prin.

l Causam. si enim vincit, non videtur calumniose fecisse. vbi aũt perdit: tunc etiam iure cõmuni debere reddere impensas. C. de indi. l. properandum. §. fin autẽ alteruter. Quid ergo facit plus hæc constitutio? Rñ. quia aliàs non damnaĩ in expẽsis nisi iudici videaĩ. sed hic semper videtur sibi: vnde semper debet cõdẽnare, vt ĩ. de indi. §. oportet. colla. vj. Item grauaĩ ĩ alio hic actor. qa nõ petit dilationẽ, sed aduersari᷒ sic, vt C. de dila. l. fi qñ. si tñ aduersarius petat, & ipse vult, vt C. de tẽp. in integ. resti. l. petẽdæ. in fi.

m Et ibi. quando de vna prouincia vocatur ad aliã.

n In exhibitione. i. in hac ciuitate.

o Decreuimus. ŝ. eo. l. quoniam.

p Definitum. s. à delegato, vt dictum est.

q Ab illo. s. reo.

q Facit ad hunc tex. c. vlt. cũ gl. sup verbo, taxatione. extra, de his quę vi metusve cau. fi. vbi dicitur, q ultra taxationẽ non licet iurare. & vide in illa glo. cõcor. iur. c. no. & ci us.

z Vide in ca. solicitæ. in gl sup verbo, et quã extra de maior. & obe.

[a] Taxationem. No. tria, taxatio, iusiu. & sñia. Taxatio ante sacrm pstať. non post, vt ī. de iudic. §. oportet. iusiu vero ante sñiam. vt C. de reb. cre. l. gñalr. §. oẽ igiť. sed hęc oĩa, q dicta sunt de vocatiõe ad extraneũ iudicẽ, videnť nõ habere locũ, cũ quilibet in sua debeat conueniri prouincia, vt ī. vt oẽs obedi. iu. §. si igitur. colla. v. sed dic, vt ibi dicimus.

litig. §. ad excludendas. ibi, causa vero &c. quia non excipit ibi de arbitrio, vt ibi dicemus.

[u] Offerri. Sed à quo? Respon. à iudice ſm consuetudinem: lege tamen non distinguitur ista, verum à iudice, vel actore præcepto iudicis, vnde nec nos distinguere debemus: vt ff. de offic. præfi. l. §. Aceur.

nem: [a] vt si iurauerit se etiam amplius expendisse, † & hoc recipiat: vt vndiq; videatur perfectæ nostræ legislationes.

CAP. III. Vt reo in ius vocato post libelli dationem viginti dierum induciæ dentur.

Reo ad iudicium vocato debet libellus offerri, & viginti dierum spacium indulgeri: & ab eo debet fideiussor dari, et sportula solenniter: & medio tempore poterit iudex recusari, vel alius associari, nisi ille quem petit, ab alio sit recusatus, et viginti diebus elapsis litis contestatio fieri debet: & aliter facta non valet. Bartol.

Illud quoq; † antiquitas quidem bene faciens disposuit: núc autem studio machinantur, [b] nrãrũ legum clemẽtiam occasionẽ faciẽtes suarum calumniarum. [c] vetustate nanq; volente conuentionis factæ libellum [d] suscipientem, [e] diebus æque [f] decem deliberationẽ habere, quo [g] possit discutere cãm, & forte ẽt recognoscere, [h] & liberari: [i] post decem aũt dierũ inducias tunc & subscribere misso libello, & iudiciales implere cautiones. [k] Quidam vero respicientes ad nostras leges, [l] quæ post litis contestationem neq; refutare iudicem, neque alium petere iudicem pmittunt, cãm arte [m] machinãtur, & maximè exsecutorib. talia dolosè adinuenientibus: [n] & mox vt oblata fuerit quælibet admonitio, forte neq; libello dato, neq; iudiciali vlla cautione, deducunt hominẽ inuitũ ad iudicẽ datum: [o] & nihil scientem [p] compellunt facere litis contestationẽ: vt semel sub litis cõtestatione cõstitutus, obligeť, & nullam habeat licentiam neq; refutare iudicem, [q] neq; aliũ iudicem petere cum forte suspectus iudex sit: & sic agunt [r] quę volunt: & sub suis artib. hoĩem statuẽtes, quo volunt modo de eo agunt. Sãcimus igitur, dũ admonitio [s] oblata [t] fuerit alicui, modis oĩbus offerri [u] libellum, [x] & non secundum antiquitatem, x. solummodo dierum habere eum, qui admone-

[b] Machinantur. s. homines quidam.
[c] Calumniatũ volebant. n. q clementia legũ sit calumniæ occasio. vnde illud: Oĩa mala exempla sunt orta à bonis rebus.
[d] Libellum. quia ex voluntate dabať. nõ ex necessitate, vt ff. de eden. l. i. §. edere aũt.
[e] Suscipientẽ. s. reũ.
[f] Aequè decem. q. d. vt hodie viginti dantur, ita olim decẽ dabantur. vt ī. proxi. §.
[g] Quo. s. tempore.
[h] Recognoscere. s. debitum.
[i] Et liberari. s. si nõ uẽdo. vt ī. proxi. §. ibi, aut forte &c.
[k] Cautiões. sunt aũt iudiciales, q iudiciũ firmant: vt iudicio sisti, & iudicatũ solui, & similes, vt ff. de præto. stipul. l. i. §. iudiciales. ex quo ergo sic cauebat ab hoc iudice recedere non poterat, vt hic dicitur.
[l] Nostras leges. vt C. de iudi. l. apertissimi. & l. fin.
[m] Arte. i. deceptione vel fraude. vñ Cato: Qui simulat verbis, nec corde est fidus amicus. Tu quoque fac simile: sic ars deluditur arte.
[n] Adinuenientibus. nã vbi intenderis, ingeniũ valet. ipsi aũt exsecutores, vel viatores maximè in hmõi conuersantur: vnde nihil erit quod adinuenire non possint: vt ī. vt ij qui ob. §. 1. & ī. de nup. §. igitur. ibi, multo nanque.
[o] Datum. i. delegatum.
[p] Scientem. scilicet reum.
[q] Iudicem. Sed hodie potest etiàm lite cœpta alius associari: vt ī. in me. li. non fie. sa for. §. super hoc in fi. §. col. 8. vnde quod hic dicitur, per illam corrigitur in hoc capitulo.
[r] Agunt. s. exactores.
Si verò moriantur oēs testes, aut forsan absint, e aut aliter non facile sit fidem ex testium subscriptionibus inuenire, f neque tabellio superest, qui compleuit (si quidē publicè sit confectum) quatenus testimoniū perhibeat pro se, g aut non est in ciuitate: h sed necesse est oīno collationē literarū suppletiones eorū, i qui subscripserint, assumere: k tūc competens est pperare qdē ad cōparationes (neq. n. eas modis oibus interdicimus) p oēm aūt l subtilitatem procedere. m & oīno si putauerit eis n iudex oportere credi, ēt iusiurandū inijcere proferenti: o quia nihil maligni conscius in eo qd' à se proferē, nec quandam artē circa collationē fieri præparans, sic vtiē eo: quatenus neq; perimaē qcquā p oīno, & p oīa munitio in rebus q fiat.

Ex hoc §. habes qūo & qualiter & quo ordine procedatur ad comparationem instrumenti publici scripti per discipulum tabellionis, vel ipsum tabellionem. Ang.

In his verò, q̄ cōficiuntur publicè documentis, si tabellio venerit, & testimonium perhibuerit cū iureiurando, si quidē nō per se scripserit, r sed p aliū s ministrantē sibi, & ille si viuit, t si quidē possibile oīno est eū venire, & nulla cā prohibet eius aduentū, ægritudo forte valida, aut quęlibet aliarum necessita-

& ff. de repu. l. nullum. Alij dicunt, q in obligationibus factis in scriptis exiguntur rogati, non aliàs: vt ex prædicto §. & licet. Alij dicunt, q semper hodie debent rogari, per dictum §.

a Sicut dictum est. s. de præsentia circa priuatā scripturam tantum, vt s. §. proxi. & §. sed & si qs. & §. sed si. Acc.

b Oportet. posset hic §. intelligi in priuata scriptura: sed verius est, vt i publica loquatur, vt sit conuncta materia. & qd' dicit, signa, i. dicere menu tabellionis: vt i nouellis, vel aliud simile signū, vt crucis: vt j. de testi §. t. Vel dic quasdam notas quas faciunt quidam tabelliones, quæ tamen nihil significant, sed ad comparationes faciunt, vt hic. & quod dicit legera huiusmodi signa: dic idest colligere & notare. Vnde versus, Fur aurum, virgo flores, mare nautas, libros Clericus, æquecè singula qsque legit. Et nota. q ineptè transit ad comparationem.

c Aliarū. aliàs alienarum. s. per huiusmodi figuras.

d Dictas. vt s. eo tit. §. t. ibi, non n lia.

e Absint. ita q non possunt inueniri.

f Inuenire. quia infirmi sunt testes.

g Pro se aliàs per se, idest sine instrumento. aliàs pro te sine testibus viuentibus. qd' exponunt quidā in publico instrumēto, dicētes q priuato nō haberut fides, nisi fuerit approbatū, etiam si appereat nō vitiatum in sua figura: vt hic colligunt à contrario sensu. sed secus in publico: quia illud per se patet & probat. Alij dicunt, q etiam priuato credi nt hebēti subscriptionem trium testiū, sicut publico. & qd' hic dicit, ordinant ita: si quidem publicè sit confectum, neq; tabellio superest quatenus testimonium perhibeat pro se. idest pro instrumento, vel p tabellionem, vel testes nec ob. C. de testi. l. omnibus. quia hic subauditur, quasi testimoniū: vt C. de fideic. l. fi. Tu dic tenenta secunde opinione non subaudici quasi: & dic, pro se, idest pro facto suo. nam quilibet testis fert testimonium pro facto suo, idest pro visu vel auditu suo. sic tabellio. vt C. de falsis. l si qs decurio, vt j. a. §. in his. non autem in causa cuius pfectum & damnum ad eum pertinet: vt ff. qñ epp.

fit. l. t. §. in propria.

h In ciuitate. s. tabellio: vt qa est deportatus. vt insti. de capi. demi. §. quia dr sine ciuitate, vt ff. de leg. j. l. hi qui. Vel dic, abest cā testimonij ferēdi, vel simili causa, vt ff. de indi. l. 2. §. legatis.

i Eorū. s. notariorū, vel cōtentium si subscripserint. vel dic testiumvt s. dicit.

k Assumere. i. dare fidem subscriptionibus ad sumēdū alia instrumenta. vbi ijdem testes subscripserint: & sic habet locum qñ testes sunt literati, & propria subscripserūt manu in charta cōfessionis.

l Autem. pro sed.

m Procedere. s. iudices volum⁹. & sic summa subtilitas approbaē sic ff. de iu do. l. si mulier. §. ex asse, & j. eo. §. oporter, in fi. q aliàs reprobatur. ff. de iniusto resta l. posthumus. & insti. de fideicō. hęre. § sed quia. & ff. quib. mo. pig. vel hyp sol. l. sicut. §. si debitori.

n Eis. s. cōparatiōib.

o Proferenti. i. deferenti ei, q profert instrumentū ad probādū, ad quod fit cōparatio: & ēt eduersarius iurebit: vt j. eo. §. si vero nihil. Item no. hic ex forma iurisiurādi quē de conscientia debeat satisfacere. sic C. eo. l. fi. & de ijs. qui ad eccl cōfu. l. præsenti §. sicubi. & de in. deli. l. fi. §. licentiam. Sed nōne sufficit semel iurasse. vt s. de ijs, q in gre ad app. §. fi. Quidā sic: & dicūt illam post istā cōpositā: licet sit i ordine prior. nā añ illā pluries iurabant: vt ff. de dem. infec. l. qui bona. §. si quis stipula. vel dic hoc speciale, vt de non iuretur: quia plus solet timeri quod specialiter dr, quā qd generaliter. ff. de iureiu. l. itē apud. §. hoc edictū. aliàs incipit ait ptor. & hoc ideo, quia meior solennitas in comperatione exigitur, quem alibi: vt hoc ti. & maximè j. eo. §. si verò nullus.

p Quicquam omnino. s. veritatis.

q In rebus. i. in veritatibus. nā res. i. veritas: vt ff de fal. l. j. §. qui in rationibus. & ff. de iureiu. l. quoties.

r Scripserit. s. totum documentum, sed solūmodo comprobauit. Accur.

s Sed per alium. i. discipulum: ipse tū interfuit cōparationi: vt s. de tabel. §. pen.

t Si viuit. s. veniat.

† signa, notas vetus epitomator Iulianus te&e verti. Contius.

Iureiur& do c onf ligatus.

Acci-

tum, quæ hominibus accidunt: a Quod si etiã adnumeratorem b habuerit instrumentum, & ipse adueniat: vt tres sint c testificantes, & non vnus. Si verò neque ad numerator assumptus est, & instrumentum ipse tabellio totum per se conscripsit, d atque suppleuit: e aut si etiam qui hoc conscripsit, non est, aut aliter ipse venire non valet: f tamen cum iureiurando propriæ completioni attestetur, g vt comparationi non fiat locus, h sint etiam sic credibilia documenta. Testimonium enim & ex voce complentis factũ, i & iusiurãdũ habens adiectũ, p̃buit quod dãcaæ monimentũ. k† Quod si tabellio defunctus est, l & testimoniũ p̃hibeat suppletioni m ex alia collatione: si quidẽ est sic habeat eũ, q cõscripsit instrũm, viuentem, n & adnumeratorem: adueniant & illi, siquidem præsentes sunt: & habeat ex collatione adimpletionum o & ex testibus causa fidem. Si verò nullus p horum sit, tunc fiat quidem completionum q collatio: non autem sola hæc ad hoc sufficiat, sed & aliorum subscribentium forte aut contrahentium scripturæ examinentur; vt ex plurimis comparationibus tam completionis r quàm subscribẽtium forte, aut etiam contrahentium, vna s quædam colligatur vndique & efficiatur fides. Si vero nihil t aliud inueniatur præter collationem instrumentorum: quod hactenus valuit, fiat: u vt qui profert ad collationes documentum, iuret & solenniter. x Vt autem aliquod omnino causa sumat augmentum ad maiorem negotij fidem, & ipse, qui hoc petit fieri, iuret y quia non aliam idoneam habens fidem ad collationem instrumentorum venit: nec qcquam circa eam egit, aut machinatus est, quod possit forte veritatem abscondere. z de quibus a licebit sese liberare contrahentes, si consenserint b vtrique ad hoc venire, vt insinuẽt c instrumenta, & profiteantur ea sub gestis monumentorum ipsi con-

a Accidunt. quæ nec dici nec enumerari possunt: vt C. de tem. ap. l. fi. § & eum. Accur.

Adnumerator quis sit.

b Adnumeratorem. adnumeratorem dicunt quidã mediatorẽ siue proxeneta, qui fert testimoniũ, volente sc. vtraque parte, non aliàs: vt j. de test. §. quia vero legem. Alij dicũt eum esse, qui pecuniam pro publico instrumento dedit. Alij dicunt esse procuratorem actoris, p quem numerauit: & hanc approbant. Sed prima vera mihi vr.

c Tres sint. s. tabellio, & ille per quem scripsit documentũ & adnumerator. Al.

d Cõscripsit. s. vt minister tabularij.

e Suppleuit. i. subscripsit.

f Non valet. s. discipulus.

g Attestetur. solus tabellio.

h Non fiat locus. s. ex necessitate: vt in nouellis eo. & est rõ: quia veritas per ipsũ declaratur auctorẽ: vt C. ad l. Cor. de falsis. l. si quis decurio.

i Factum. quia dicit se fecisse, &c.

† Aliàs momentũ. aliàs documentum, &c.

k Monimentum. i. pbationem. Sed qd si testes non fuerint appositi in instrumẽto: nunquid habet locum quod hic dicitur? Rñ. nõ. nam in prin. exigo testes: vt s. e. §. sed si instrumẽta. sed s. testificatione nõ, vt hic.

l Defunctus est. naturaliter. vel ciuiliter: vt quia deportatus est. quo casu pro mortuo habet. ff. de cõtrahen. l. j. in fi. maximè quo ad ferẽdũ testimoniũ, vt si postea eũ publico iudicio damnatũ, & per hoc infamem: vt ff. de pub. iu. l. infamẽ. iõ si pt eẽ testis: vt ff. de testi. l. 3. § le. Iul.

Publ. iudicio damnatus infamis est.

m Suppletioni. i. completioni: non à testibus: quia mortui sunt. sed ex alia &c.

n Viuentem. i. ministrantem tabellioni.

o Adimpletionum. i. signorum & notarũ. quæ implent. i. complent instrumentum: nõ autẽ subscribẽtium, sed quando nullus superest, etiam subscriptionum fit comparatio: vt j. proxi. §.

p Si vero nullus. s. neque tabellio neque numerator neque minister. Accur.

q Completionum. s. tabellionis Accur.

r Tam completionis. i. inducantur instrumẽta alia eiusdem tabellionis, qui hoc cõpleuit: & alia instrumenta, quibus ijdem testes subscripserunt: alia quibus ijdem contrahentes.

s Vna quędam. i. vna qualisqualis. nec enim pro veritate omnino habetur, licet ei stetur. non enim ita scribit &c. vt s. eo §. j.

t Si verò nihil. repetit eundem casum, vt addat.

u Fiat qd erit hoc? Rñ quod sequitur, vt eq. liber iurer: vt C eo. l. comparationes. §. oẽs autem, &c.

x Solenniter. i. tactis euangelijs: vt s. iusiurã quod piç. in prin. Sed qualiter iterum iurabit: cum semel iam de calum. iuratum est? Rñd. vt s. eod. § si vero mo- tiatur.

y Iuret. s. quod sequitur & aliquid addit in forma huiusfacramenti quod dicit. C eodem l. comparationes. §. omnes autem. & propterea hic dicit. vt autem aliquod &c.

z Abscondere qualiter iudex comparationẽ faciet? Rñ. quidam q committetur cuidam scriptori perito: & eius renunciationi stabitur, siue denunciationi: vt C. de re milita. l. semel. libro xij & ff. de ven tre inspic. l. j. in pri. & supra de non alie. § quod autẽ dictum est. Sed tu dic cõtra. s. quod ipse iudex debeat hoc inspicere, vt patẽter dicitur. s. eo. §. oportet. & cũ ipse de eis literis cognoscat nec enim est iudex qui literas non cognoscit: vt j. de iudi. §. j. col. vi. item facit ff. finium reg. l. si irruptione. § fin. sed poterit secum adhibere scriptorem peritum. Acc.

Iudex nõ est, qui literas nescit.

a De quibus. s. litibus, vel difficultatibus comparationũ Accur.

b Consenserint tempore contractus.

c Insinuẽt. q. d. si dubiũ est de fide chartæ, fiat prędicta comparatio si autem cõsentiant ambæ partes in principio contractus, vt instrumentũ insinuaret ad æternã rei memoriam. & abinde chartæ fides est indubitata, & in tali publicatione non est opus testibus: vt C. de donat. l. in donationibus Sed an etiam post litem contesta. possit fieri talis insinuatio? Rñ. sic tribus rationibus. Prima, quia sic est in testamẽti publicatione, vt etiam postea fiat, idest, post testamentum factum: vt C. de testamẽt. l. publicari. & in dona. propter nuptias: vt j. vt fratrũ filij. § j. col. ix. Item quia iudicia sunt omnia absolutoria: vt instit.

de

de perpe. & temp. act. §. fi. Sed ad quid fieret tunc in sinuatio: cũ nil fieri debeat nisi q reus soluat? Rñd. pôt esse q annua pstatio facienda est ex illo instrumento: & licet rõne presentis anni assentiret, nõ ita faceret in futuris. item quia tractaret de indebito soluto nisi insinuaretur hæc scriptura.

a Et quæcunque. supple, & quibuscũque alijs malis quæcunque &c. Sed quæ sunt hæc alia mala? Rñ. perfidia & negatio: vt ℥.eo.§. si tñ quisquam.

b Ijs quæ dudum. duo dicit hic. §. primum, q ea quæ dicta sunt de collatione priuatæ scripturæ contrahentium, sunt firma s. vt fiat collatio, si illa scriptura habeat præsentiam & subscriptionem testium, vt C. eod. l. cõparationes. & ℥ eo §. sed is & §. sed & si quis. Itẽ q fiat si quis ea vtatur vt ℥. de ijs qui regre. ad appella. §. illud. & fin q ea quę olim valent in iudicijs, suam habent firmitatẽ, & in his. s. q literas nesciunt, qñ acceperant formam talia competẽtem. i. talibus conuenientem. & hæc antiqua forma narratur statim proxi. §. oportet vero &c. & hæc dictio pculdubio, pôt cum præcedentibus vel cum sequ. legi. & sic in nullo est defectiua hæc littera. Alij supplent hic, & in his &c. q. d. & hīt in sua virtute manentibus. quę sancita sunt in his &c. Accurs.

trahẽtes, quatenus priuẽtur neqtia & corruptiõe & falsitatib. & q̃cunq; [a] alia mala corrigentes, p̃sentẽ pmulgamus legẽ: ijs q̃ dudũ [b] à nobis in collationib. litterarum factarũ p scripturã ppriæ manus sancita sũt in sua virtute manentibus proculdubio & in ijs q litteras nesciũt, quæ olim valent in iudicijs, suam habentibus firmitatem: qm̃ quidem ex iudiciali forma acceperunt examinationem hæc talia competentem.

CAP. VIII. Imperiti litterarum quomodo caute contrahant.

Contractus supra librã auri celebratus in scriptis ab imperito litterarũ, quinque testiũ eget solennitate, inter quos connumeratur tabellio. si autem sine scriptis sit contractũ testibus autẽ interuenientibus causa deciditur. Bartolus.

Oportet [c] verò ĩ ijs, q lr̃as nesciunt, & testes & oĩno tabularios [d] adhiberi, ĩ qb. locis sunt tabularij, maximè [e] autẽ testes non ignotos ꝯhendentibus, vt qdã scribãt pro illiterato, aut paucas literas sciente, alij verò attestent, [f] qa ẽt præsentibus eis hæc gesta sunt, & scierunt eum, [g] & ita talium instrumentorum suscipiatur fides, manifestum existẽs, quia non minus, quàm quinque [h] testes in his talibus adhibendi sunt: inter quos [i] erit & qui scribit pro contrahente, aut totum, aut post [†] ea, quæ post paucas literas illius posita sunt: quatenus nihil omittatˀ de summa subtilitate. Et hæc dicimus [k] super instr̃is ex scripto confectis. Nã si qs facere quemlibet ꝯ̃tractum ex non scripto voluerit: hoc manifestum est, quia aut per testes, [l] aut per iusiurãdũ fidem percipiet: [m] actore quidem testes deducente, pulsato autem iurante aut referente, sicut iudex negotium disposuerit. Vt autem nihil [n] sit neq; horum in emen-

c Oportet. Si vis q fides habeatˀ instrumento. non sit imponit necessitatem. sic ff de iusti. & iur. l j. nã hęc constitutio consulit tñ: vt ℥.e § si tñ quisquã. aliàs imponit necessitatem. vt C. de legi. & con. i. t.

d Tabularios. plurale pro singulari. sic ℥. de hær. & Fal. §. si vero. & C. de iu. delib. l. si. § si autem dubius est. Vel dic. q respicit multus contractus, vbi singulariter multi debent esse tabularij.

e Maxime hoc maxime abundat. vt & aliàs. C. de testa. ma. l. si § j nam omnino debẽt esse noti, vt dixi ℥ eo. § sed is. vel potest cum præcedentibus cõiungi hæc dictio maxime. quasi dicat, maxime vbi sunt tabularij: & tunc similiter abundat.

f Attestentur. i. propriam scripturam profi eantur: quia ẽt &c. vt sum jel. i. nam omnes testes debent subscribere, vt dicitur in nouellis eo. Acc.

g Scierunt eum. i. cognouerunt eum esse imperitũ.

h Quinque. Sed quare plures exiguntur testes ab imperito quàm perito, vt hic innuitur? Quidam dicunt, in fauorẽ imperiti, ne decipiatˀ cũ p̃sentia tot bonorum virorũ adhibeatˀ. Tu dic q in eorum odiũ quia aliàs inconuincibiles essent, nisi tanta solennitas adhiberetˀ. vt ℥. de tabel. §. j. coll. iiij. Item quia se grauauit, vt in scriptis contraheret, cũ erat imperitus. vnde quasi se arctauerit. non succurritˀ ei: vt ff. qui satisda. cogã. l. si fideiussor. §. si necessaria. Item nota hic quinque testium numerum adhiberi: vt & aliàs in testamento rustici: vt C. de test. l. si. quandoque exiguntur plures: vt C. de prox. sacro. scrin. l. vnicuique. lib. xij.

i Inter quos. s. de numero eorũ erit q scribit pro contrahente, hoc est tabellio. & sic tabellio est de numero testiũ: vt hic, & ff. de testa. l. Domitius. & C. qui testa. face. possunt. l. hac consultissima. Alij dicunt, q tabellio non est de numero testium: & quod hic dicit, q est de numero q scribit pro contrahente tantum ille & nullus alius videtur scribere totum instrumentum, nisi tabellio: quod est contra istorum opinionem qui ex-ponunt, q quidam ex testibus scribit totum pro contrahente, i. caput & finem, non ad totum instrumentum: iam enim nihil seruaretur tabellioni. vel dic totum quod erat scriptur. s. contrahẽs hoc est confirmationem contractus. itẽ tunc scribit totum quod erat scripturus, qũ est oĩno illiteratus, aliàs parum scribere debet postea testis pro eo, vt subijcitur. i. aut postea. vnde pôt hic notari q nihil sciens & parũ sciens est æqualis conditio quo ad numerum testium. nam in vtroque casu adhibentur quinque: vt in hoc. §. sed non quo ad scripturã: q a vnus nihil scribit, alius parũ, forte signũ crucis, quod debet præponi: vt dicitur in nouellis.

k Et hæc dicimus. quæ proxi dicta sunt.

l Per testes. s. duos, imò tres, vt statim patebit in distinctione. sed dicas q hic tantum defuit scriptura, sed fuit vltra librã auri: sed & si esset īfra libra auri, duo sufficerent, vt eadem distinctione patebit.

m Percipiet. s. intentio actoris: & quod dicit de iureiurando. s. delato à iudice, vel à parte, quod debet suscipi, vel referri, vel iuste recusari. in quibus omnibus erit iudicialis dispositio, vt subijcit. & ff de iure iur. l. iusiurãdum. §. si de qualitate. & C. de re. cred. l. penul. §. pe. & § si autem.

n Vt autẽ nihil. abundat vna negatio. vel dic vnã refer-

† Et post quã īperitus sanctã crucẽ fecerit, sic Iulianus hic hẽt. quod in editiõib. Græcis deest. Cõ. Tabellio an sit de numero testium.

† Qñ notarius gerat vicem vnius duorum vel testiũ, vide in c. qm̃ contra, in gl. fin. vbi ẽt p doc. extra de proba.

ferri ad superiora, aliam ad sequẽtia: sic ₰. de her. & Falci. §. inordinatum.

a Huiusmodi obseruationem. s. quinque testium.

b Custodiri: siue peritus, siue imperitus, siue in scriptis, siue sine scriptis contrahat.

c Actum est. inter contrahentes.

Res exigua vsque ad libram auri dicitur.

d Attritiones. aliàs afflictiones: & alias attritiones: & aliàs adstrictiones: Et nota dici rem exiguam vsq; ad libra auri. aliàs dr parua vsque ad x. lib. auri, vt ₰. de appella. §. ſ.

e Nam in agris. i. in villis sic ff qui satisda cogan. l. sciendum § j.

f Firma. vt numerus duntaxat testium sufficiat. vt ff. de testib. l. vbi. nisi contractus excedat vnã libram auri: vt C. si cer. pet. l. fi.

† Conco. cum hoc tex. i. c. cũ vniuersorum. post me. cum glo. super verbo, simplicitati, extra de rerum permu.

g Sancitum est. vt quinque testes sufficiant: vt C. de testa. l. si alias septem exiguntur: vt C. de testa. l. hæc consultissima. in princ. Et vt prædicta plene accipias, distingue: aut contrahitur vltra vnam libram auri: aut infra, si inf. nõ distingue de perito vel nõ, siue in scriptis, siue non, siue in ciuitate, siue non. Nam semper duo sufficiunt: vt ff. de testi. l. vbi. & ₰. eod. §. vt autem nihil. & si §. si autem fiat ₰. libram auri, & in scriptis, & ab imperito litterarũ & in ciuitate: necessarius est omnino tabellio, si haberi põt, & quinque testes: inter quos erit q pro contrahente scribet: vt ₰. eodem. § oportet. Si autẽ ponat, quòd vnus eorum deliueret, vt quia à perito contrahitur, vel ab imperito, sed non in ciuitate, vel non vltra libram auri: tũc distingue, aut cõtrahitur publicè, aut priuatè, si priuatà tres sunt testes necessarij: vt ₰. eod. §. si quis igit. & §. sed & si quis. licet olim duo sufficerent: nisi contractus excede-

datũ: illđ quoq; adijcere legi bonũ est, vt si vsq, ad vnã auri librã fuerit contractus: hmõi obseruationẽ [a] i hoc minimè custodiri. [b] sed ẽm hoc qđ tũc actũ est, [c] cãm fieri, vt nõ de reb. exiguis maximas attritiones [d] homines sustineant.

CA. I X. De cõtractib. sine scripto compositis.

Hæc autem oia tenere i ciuitatib. volumus. nã in agris [e] (vbi multa simplicitas est, & neq; scribẽtiũ auttestiũ multorũ copia est) q hactenus apud eos valuerũt, & nũc sint ẽt firma. [f] hoc. n. & in ipsis testamẽtis qb. maximè studemus, iã à nobis sancitũ est. [g] Valeat itaq; lex in oib. q post hæc facienda sunt instrumẽtis & cõtractib. qđ. n. iã trãsiuit, cur qspiã sanciat? [h] Hanc autem legem peperit cõtentionum multitudo factarũ qdem in litib. apud nos autem introductarũ. quatenus quotidie inter sese contẽdere homines compescamus, præauferẽtes eis altercationes p legislationis [i] subtilitatẽ Quapropter cõuenit tuã eminentiã hæc cognoscẽtẽ, manifesta oib. facere subiectis. & qui hic sunt, & q in gentib. etenim ad alios gloriosissimos præfectos, qui in Hesperia [k] sunt, & in Libya, & qui i Septẽtrionalib. [l] (dicimus aũt in Illyrico, [m]) scripsimus, [n] vt ois nobis respublica plena [o] fiat hac lege subiectorũ medẽte [p] cõcussionib. Da. Frid. No. Iunij. CP. Imp.

ret i. libras auri: vt C. si certum peta l. fin. si aũt publicè: tunc similiter tres sunt necessarij: vel forte sufficient duo cum tabellione: vt ₰. e. §. & hæc dicimus. & ₰. eo §. sed & si instrumenta. & dr fieri in scriptis, quandocunq; sit inde scriptura, & inter eos agit' vt fiat: vt C. e. l. contractus. licet, alij dicãt tunc demum, qñ agitur, vt non aliter valeat contractus, & inducunt ₰. eo. §. & hæc dicimus. & hoc in ciuitate. in villa aũt serua iura vetera quod dic va hoc §. hęc it omnia.

Dn. Iustinia. PP. A. anno xij. Ioanne V. C. Cons.

TITVLVS IIII.

Nouel. 75.

HAEC CONSTITUTIO interpretatur priorem constitutionem, [q] de ijs qui ingrediuntur monasterium, & de substantijs eorum, & ex quo tpe oporteat eã valere.

Qui monasterium intrare voluerit, post ingressũ de suis bonis nullo modo disponere põt. qđ habet locum in illis qui post legem de monachis monasterium ingrediuntur: nõ i illis qui ante ingressi fuerunt: quia bene possũt de suis bonis disponere ẽt post illam. Angel.

Idem Imper. A. Ioã. gloriosis. Orientalium prętoriorum præfecto, iterum exconsuli & patritio.

CAusa talis ad nos peruenit, quam existimauimus oportere competẽti vti à nobis interpretatione, [r] simul & adiutorio. Cognouimus etenim, quia mulier quædam habens filium sibi ex nuptijs legitimis procreatum, voluit quidem segregare se à cõi ista conuersatione, & in quodam mulierũ monasterio cõmanere, plurima bona faciens mulieribus reuerẽdissimis ibidem congregatis. Et qm̃ nostræ pietatis lex [t] vult eos qui se monasterijs dederint, seu viros seu mulieres, antequã ingrediantur monasterium, eo quo voluerint modo,

h Sanciat. essent enim magnæ tergiuersationes, vt C. de sum. trini. leg. iij. in princip.

i Legislationis. i. istius.

k In Hesperia. i. in Hispania.

l Septentrionalibus. s. partibus, idem i Illirico, vt sequit.

m Illyrico. i. Sclauonia. Al.

n Scripsim⁹. s. quòd facile manifesta omnibus suis subditis. Accursius.

o Plena. i. omnes sciant eam. vel dic plena. i. abundans. nam prius per falsitates homines depauperabantur & cõcutiebant': vt subijcit. amodo non tñt & sic respublica erit plena habens locupletes subiectos: vt ₰. vt iudi. sine quoquo suffra. §. cogitatio. & institu. de ijs, q sunt sui vel alie. iur. § expedit enim.

p Medente. s. hac lege.

HÆC CONSTItutio interpretatur constitutio &c.

q Constitutionem. s. illam ₰. de monachis. §. illud.

r CAusa talis. Interpretatione. cũ nos soli hoc possimus: vt C. de legi & constitu. l. vltima. & l. j. Accursius.

t Lex vt supra de monach. §. illud quoque.

Nec

quæ sunt disponere, nec posse [a] postquam ingrediuntur monasterium, vlterius agere quicquam de ,pprijs, [b] vtpote dñi rerum non existentes vlterius, eo ꝙ sanciuerim⁹ nos hmôi viros & mulieres cum corpore & anima ipso ingressu ad monasterium dedicare [c] se suasque substantias, & siquidẽ discesserint, manere ẽt sic eorũ substantias in monasterium, eo ꝙ domini harum vlteri⁹ non existunt: hinc autem metuere, [d] ne forte quãuis nostra cõstitutio multo posterior [e] sit, q̃ ꝙ in prædictam venerabilem domum ingressa est, aliqui prohiberent eam prospicere suo filio: & oportere [f] propter prędictũ metum hæc [g] interpretari, & lege nostra fieri manifesta, [h] quia [i] nihil læsa sit aut ipsa, aut filius eius circa eius successionem ex memorata constitutione: [k] propterea sancimus, si quis monasterium habitauerit [l] vir aut mulier ante prędictam nostrã constitutionẽ, aut hactenus [m] habitat, & maximè filijs existentibus, nullam habere necessitatem nũc eorum substãtiam in monasterium, [n] sed filio aut filiæ transmittere, aut totam, aut etiam partem suæ substantiæ, aut etiam quo voluerit modo res suas disponere: [o] vtpote primam illam legem [p] alia nostra hac constitutione interpretãte (eos enim qui semel ante memoratam dudum nostrã legem monasteria intrauerint,† in nullo postea posita lex contristatura est, aut ablatura eorum, quæ prius [q] eis vt liceat, [r] data sunt) neq; prius nostræ legi [s] impedimẽtum penitus faciente, eo ꝙ neq; possibile [t] sit hoc fieri, [u] vt oportuisset [x] prius disponere, & ita ingredi in monasterium. Si verò [y] nulla tũc tali lege [z] posita, in monasteriũ ingressa est: quõ fieri potuerit conuerti ordinẽ legis, & exigere eos, qui prius ingressi sunt in monasteriũ, illa facere, q̃ pri⁹ ignorata, postea per sacrã nostrã constitutionẽ sunt innouata? Sed vnumquenq; competit ſm sua tpa expectare, & ea quidẽ q̃ post legem sunt ita querere fieri sicut lex vult: si quid aũt ante legẽ subsecutum est: hoc non cõmouere neq; perscrutari, sed in priori figura relinquere. [a] Hæc igitur lex ,p interpretatione vtili posita sic prioris nostræ illius constõnis: vt illa in posterioribus tpibus ex quo facta est, locũ habeat; & ijs, qui postea côuenient, viris ac mulieribus posita sit: sibique pṙãtẽ in illis custodiat: nihil horũ, q̃ antea fuerint, perscrutãdo: cũ licentia sit prioribus viris ac mulierib⁹, qui habitauerũt, aut ẽt hactenus habitãt in monasterijs, & maximè filijs existentib⁹ suas res quo volunt disponere [b] modo. Tua igit̃ eminentia, quæ placuerunt nobis, & p hanc sacram declarata sunt legem, solenniter per programmata sua omnibus facere manifesta festinet. Dat. Idibus Octob. Imper. Dn. Iustin. P P. A. ann. xij. Ioanne V. C. cons. indict. II.

Deest hic constitutio, περὶ τῶν ἐκκλήτων συμμαχίας quæ & in editionibus Græcis deest, vt suo loco in colla x. admonebo. Contius.

TITVLVS V. Nouella 77.

VT NON LVXVRIENTVR HOmines contra naturam, nec iurent per capillos Dei, aut aliquid huiusmodi: neque blasphemetur in Deum.

Luxurians contra naturam, iurans per aliquod mẽbrum Dei, aut per capillos aut blasphemãs Deũ, vltimo dãnatur supplicio. An.

Imper. Iustin. August. Constantinopol.

[a] OMnibus hominibus, qui rectè sapiunt, manifestum esse putamus, quia omne nobis est studium† & oratio, vt crediti [c] nobis à domino

---

[a] Nec posse. hoc innouatur: quia & postea pôt: vt ĩ. de san. epis. §. si qua mulier. coll. 9. Accur.
[b] De proprijs. quondam.
[c] Dedicare. i. ad ecclesiã transferre. impropriè n. ponit̃, & hoc itellige, cũ seculo abrenũciauerit, vt s. de mo. §. si qs. co. j.
[d] Metuere. se dicebat mulier.
[e] Posterior. q̃ ẽ s. de mon. §. illud quoq;.
[f] Oportere. supple, & id sacim⁹ oportere.
[g] Hæc. s. dicta in d. l. de mona.
[h] Manifesta. s. hoc quia &c.
[i] Quia i. ꝙ Azo.
[k] Cõstitutione s. de mo. §. illud quoq;. & facit s. vt fac. no. ꝯsti. col. 5 & ĩ. vt nulli iudi. lic. habere lo. ser. §. si qs. coll. 9.
[l] Habitauerit. licet hodie non habitet, quia decessit testatus ante constitutionem de monachis.
[m] Hactenus. i. adhuc.
[n] Monasteriũ. s. transmittere. q̃d est ĩ. Ac.
[o] Disponere. ita. n. erat ante p̃dictã l. de mona. vt C. de sac. sa. eccl. l. generaliter.
[p] Legem. s. de monachis.
[q] Pri⁹ aliàs prioris.
[r] Liceat. i. licitum fuerit. Acc.
[s] Nostrę legi. i. nra lege. vt ita ablatiuũ ꝯueniat alteri. s. faciente: q. d. nec lex posterior p̃iudicabit ingressis ante legẽ in ijs. q̃ primo licebãt, vt hic: nec prio licita p̃iudicabit sequẽti legi ꝯ e ꝯ q postea igrediunt̃ vt s. pxi.
[t] Possibile. i. conueniens.
[u] Hoc fieri. i. statui.
[x] Oportuisset. i. ingredientes. q̃d n. peccauit antiquitas. vt C. de testa. l. testamẽta.
[y] Si verò. pro enim. sic s. de hære. & Falci. §. si verò ablata n.
[z] Lege cum teltibils sed postea Azo.
[a] Relinquere. Not. legẽ ad futura trahi: vt C. de leg. & consti. l. leges. & s. vt factæ nouæ cõsti. coll. v. & ĩ. vt liber. dece. § s. in si nisi caueat̃ expresse, vt ad pręterita trahatur: vt C. de vsur. l. eos.
[b] Disponere. hæc cõstitutio est inutilis. s. cũ nulla de illis psonis viuat. q̃ ingressæ fuerant ante legẽ de monachis.

Lex ad futura trahitur.

† Inhabitauerint.

VT NON LVxurient̃ hoies ꝯ naturã &c.

[a] Omib⁹. Crediti. .i. subiecti. Pla-

† Aliàs. studiũ vt oĩno crediti &c.

no Deo, bñ viuāt & eius inueniant placationem: [a] q̃m & Dei misericordia non perditionem, sed cõuersionem & salutem vult: [b] & delinquentes, qui corriguntur, suscipit Deus. Propter quod nos omnes inuitamus Dei timorem in sensibus accipere, & inuocare ei' placationem. & nouimus, quia omnes, qui dominum diligunt, & misericordiam eius sustinent, hoc faciunt. Igitur quoniam quidam diabolica instigatione comprehensi, & grauissimis [c] luxurijs semetipsos inserunt, & ipsi naturæ [d] contraria agunt: istis iniungimus, in sensibus accipere Dei timorem, & futurum iudicium, & abstinere ab huiusmodi diabolicis & illicitis luxurijs, vt non propter huiusmodi impios actus ab ira Dei iusta inueniantur, & ciuitates [e] cum habitatoribus earum pereant. Docemur em̃ à diuinis scripturis, quia huiusmodi impijs actibus & ciuitates cum hominibus pariter perierunt. Et quoniã quidam ad hæc, [f] quæ diximus, & blasphema verba, & sacramenta de Deo iurant, [g] Deum ad iracundiam prouocãtes: istis iniungimus abstinere ab huiusmodi, & alijs blasphemis verbis, & non iurare [h] per capillos [i] † & caput, & his proxima verba. Si enim [k] † contra homines factæ blasphemiæ impunitæ non relinquuntur: multo magis qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere. Propterea igitur omnibus hominibus huiusmodi pręcipimus à prędictis delictis abstinere, & Dei timorem in corde accipere, & sequi eos, qui bene viuunt. Propter talia enim delicta, & fames, & terræmotus, & pestilentiæ fiunt: & propterea admonemus abstinere ab huiusmodi prædictis illicitis, vt non suas perdant animas. Sin autem & post huiusmodi nostram admonitionem inueniantur aliqui in talibus permanentes delictis: primum quidem indignos † semetipsos faciunt Dei misericordia, posthæc autem & legibus [l] constitutis subijciuntur tormentis. Præcipimus enim gloriosissimo præfecto regiæ ciuitatis permanentes in prædictis illicitis & impijs actibus post hanc admonitionem nostram comprehendere, & vltimis subdere supplicijs: [m] vt non ex contemptu talium inueniatur & ciuitas & respublica per hos impios actus lædi. Si enim & post hanc nostram suasionem quidam tales inuenientes, hos subtercelauerint: similiter à domino Deo condemnabuntur. Ipse enim gloriosissimus præfectus si inuenerit quosdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit secundum nostras leges: primum quidem obligatus erit Dei iudicio: post hæc autem & nostram indignationem sustinebit. *

TITVLVS VI.

Nouella 78.

VT LIBERTI [a] DECAETERO aureo non indigeant annulo: & vt pristinis restituantur natalibus: & de celebratione [b] dotalium instrumentorum in libertis mulieribus facta, & hoc ipso etiam nuptias legitimas fieri, & filios suos: si nuper etiam ancilla fuerit, & ipsam liberam esse celebratione dotis, & nuptias legitimas: & qui ex ea processerint filios suos.

Imperator Iustinianus August. Ioanni gloriosissimo per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli & patricio.

Perfectis [p] omnibus bonis à magno Deo datis, existimauimus oportere & ipsas seruorum libertates, cum à priore conditione à dominis liberantur, eis omnino puras & infucatas & perfectas efficere: & propterea etiam deditiorum iniuria liberauimus [q] libertates: & latinitates velut imperfectas exclusi-

---

[a] Placationẽ i. pietatem vel misericordiam.
[b] Vult. non n. vult Deus mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Al. nam & ecclesia nulli gremium suũ claudit, vt C. de sum. tri. & fi. cath. l. Inter claras in fi. et ff.
[c] Grauissimis. i. Sodomiticis. Al.
[d] Et ipsi naturæ. C. de sum. tri. & fi. cath. in epist.
[e] Et ciuitates s. Sodoma & Gomortha. q̃d dicit vt I historijs. Ac.
[f] Ad hæc. i. iuxta.
[g] Iurant. i. iurantes abstinete. & post redeunt ad vomitum, qd̃ grauius est curare, vt de infinitum dr̃ qui recidiuat.
[h] Et nõ iurare s. abstinere, repete.
[i] Capillos. s. Dei.
[k] Si enim. hic est ff. de mun. §. hinc aũt. in fi. § coll. t. Ioan.
[l] Legibus. C. ad l. Iul. de adul. l. cum vir. & instit. de pub. iud. §. item lex Iul.
[m] Supplicijs. vltimũ supplicium solam mortẽ interpretamur: vt ff. de pę. l. vltimũ.

[a] VT LIBERTI decętero aureo &c.

Hæc prima pars expeditur insi eo. vsque ad § si quis autem.
[b] Celebratione. In hac secũda parte duo dicuntur, vnũ de libera, & aliud de ancilla. & hæc expedit̃ i. eo §. hoc similiter.
[p] Perfectis. pro lepidatione & ablatiue.
[q] Liberauimus. vt C. de dedi. liber. tol. Accur.
Exclusi-

Ezec. 18.

Ecclesia nulli gremiũ claudit.

Mors vltimum supplicium dr̃.

† Cõe. c. & si Christus. post prin. cum gin. super verbo creaturã, ex. de iureiu. vbi prohibet iurare per creaturam.

† Facit ad hoc c. vergentis. ex. de hæret.

† Cõe. c. vt clerico rũ mores. cũ gl. 2. ex de vita & ho. cler.

* Nusquã dies aut cõsul extat huius legis. Contius.

exclusimus: a & iterationes superfluas demonstrauimus: & Iuliam legem & Largianum b odiuimus senatusconsultum, vtpote in initio inaniter introductum & rectè postmodum reprobatum: solamque valere Romanam ciuitatem in libertatibus volumus: non locis, non ætatibus, c non alio quodam causam discernentes. Quoniam autem semper aliqd melius de nostris subiectis tractam[a]: etiam ipsum quod perfectius d datum est à maioribus, existimauimus oportere adiectionibus ampliare.

CAP. I. De iure annulorum aureorum omnibus libertis generaliter concesso.

Propterea sancimus, si quis manumittens seruum, aut ancillam suam ciues denunciauerit Romanos (neque enim e aliter licet) sciat ex hac lege, quia qui libertatem acceperit, habebit subsequens f mox & aureorum annulorum, g & regenerationis h ius, & non iam ex necessitate hoc à principib' postulabit: neque indigebit omnino vlla scrupulositate: sed libertatis virtute hæc omnia subsequentur: hac nostra lege ex præsenti die inchoante. Non enim aliquid horum, quæ prius facta sunt perscrutamur. i Firmamus igitur omnia præcedentia: vt valeant secundum eos per quos facta sunt modos, sed hæc quidem sic habere sancimus.

CAP. II. De reuerentia & obsequio prõnis à libertis præstãdis &c.

Libertus licet liber efficiatur ex manumissione & ciuis Romanus: tamẽ manumittens ius patronatus habet, nisi ei remiserit: & debet libertus patrono reuerẽtiã exhibere & iniuriã non inferre, ne possit in seruitutem reuocari. nam ex ingratitudine libertas reuocatur, sicut donatio. Ang.

Illud vero adijcimus, k vt nihil neque post hanc l legem nostram lædanť patronatus iura. Illa verò, q̃ nos sãcimus in quibuscũq; oĩno hæc personis seruabimus: nisi tñ etiã ab his m libertũ, q libertatem donauit, absoluerit, aut per fideicõmissũ hoc relinquens, aut in ipsa libertate hoc adijciens. nam si hoc ille dederit: oĩno qui manumittiť, absoluetur n etiã à patronatus iure, eo q̃ ille hoc expresserit. Habeant itaq; hęc oĩa, qui libertatẽ meruerunt: verun tamen seruẽt ẽt post hanc nr̃am ↄstõnem eis, q ad talẽ eos pduxerit honorẽ, oẽm reuerẽtiã, o & hoc quod vocať obsequium, & reuerentiã rectè legibus introductã: quinetiam abstineant p aut manibus, aut insidijs, aut alijs ex quibus liberti tale aliqd agentes rursus † & seruitutẽ sustineñt sm̃ de his scriptas leges, q & restituunť priori conditioni. Nã si nullum penitus ingratum esse circa donatorẽ pmisimus, licet fuerit bene natus, sed donationes infirmas pronũciauimus in ijs, quæ dudũ à nobis scriptæ sunt legibus r & in ijs q̃ à nobis quotidie pręcipiunť: q̃uo patiemur manumissorem, qui æqualis patri s circa libertum factus est, ab eo aliquid pati malignum, aut iniurias forsitan asperas & indecentes, t† seu plagas, u aut maximè intolerabilia sustinere dispẽdia? Sed si quid horum legitimis probationib. cõuicerit x passum se, q libertatẽ dedit, vel ei' filios: y post pdictas probationes libertum in priori restituimus z.

a Exclusimus. vt C. de Lat. liber. tol.

b Largianũ. q̃d tractabat circa legẽ Iuniã: vt instit. de suc. lib. § penul. & q̃ erat differẽtia inter Latinos & dedititios & plene liberos, dic vt instit. de lib. §. fi. Ac.

c Aetatib. manumissi, vel manumissoris vt instit. de libert. in fi. nisi sit minor. xv. an. olim, hodie xvij. vt instit. qui ma. nõ pos. §. cum autem.

d Perfectius. i. libertas plena. q. d. non solũ circa minores libertates correxim': sed etiã circa plenã.

e Neque enim. interpositum est.

f Subsequens. i. subsequenter statim.

g Annulorum. qd̃ ideo hic dr̃. quia olim nõ poterant liberti sm̃ quosdam ferre annulos. Sed nos ↄ: qa l. cautum nõ inuenit: sed bene ferebant ex necessitate: & erat imago libertinitatis vt C. de iur. aur. an. l. vltimã. & habet patronus ẽt bon. pos. ↄ tabu. vt ff de bonis libert. l. etiam.

h Regenerationis. vt igenui nati videantur: non est tñ oĩno idẽ si p principem vi uentem restituti essent natalib', qa tũc vt igenui accusari nõ possunt: vt C. de bo. lib. l. vltimã. sed hic possunt: vt ĩ. proxi. §. ergo quantũ ad dignitates, vel mrimonia est hic sm̃ Azo. non aũt quo ad patronũ est ingenuus: vt ĩ. §. illud. ité no. hic. q cũ aliquid cõceditur, & ea quæ illud faciunt, ad plenũ cõcedi videnť: vt C. de bo. vacã. l. si qñ, lib. x & ff. de ↄst. pri. l. fi.

i Perscrutamur. dubitauimus.

k Illud vero adijcimus in Gręca ↄstõne de iure patronatus: de qua est mentio in Instit. de succe. lib. §. ij.

l Post hanc. i. post remissionem iuris patronatus.

m Ab his. iuribus patronatus. Accursi.

n Absoluetur. s. libertus.

o Reuerentiam. s. vt ei assurgat & ne temere in ius eũ vocet. hoc ẽt si fuerit remissũ pronatus ius: vt C. de libet. & eorũ lib. l. fi. & C. de bon. liber. l. fi.

p Abstineant. etiam post remissionẽ iuris patronatus.

q Scriptas leges. vt C. de lib. & eorũ lib. l. pen. & antepen. & l. fi. & ff. de lib. agnu. l. alimenta. §. j.

r Legibus. vt instit. de donat. §. sciendũ. & C. de reuoc. donat. l. vlti. Accur.

s Patri. dicatur enim eũ vt pr̃ manumittẽdo: succedit ei vt pr̃ filio ab intestato: vt instit. quib. mo. ius pat. pote. solu. §. prętetea. Accur.

t Indecenter. aliàs indigẽtes. aliàs indecentes.

u Plagas. s. verberũ.

x Conuicerit. i. probauerit.

y Filios. Nota de filiis: quia non sic de extraneo hærede, vt ff. de verb. sig. l. sciendum. & C. de ope. liber l. j. & de liber. & eorum libe. l. liberti.

z Restituimus. etiã si

Libertus quas operas pronn præstet.

Concessio aliquo cõcedit & illud &c.

† Facit. c. ij. i gl. vl. in me. ex. de postula. pia. & gl. i c. vlt. post prin. de dona. extra.

† Aut indigentias

Auth. o habitu-

habitu: nominum a quidem perscrutatione, & propter hoc dispendijs, oēs eripientes: iustitiam autem vbiq; & æquitatē, & qđ legislatorem decet, & quod placet Deo, & liberto, & dudum dño cō seruantes. Quapropter b sint quidem & liberti & ingenui, c siue ij, qui dudum d manumissi sunt, & euidenter eis hoc largitum est: siue illi, qui post hanc legem nostram ad ingenuitatē venientes, tanquam bene nati iam facti viuant, & debitum honorem ma numissoribus reddant: vt non denuo & libertate, & bene natione cadant, tanquam indeuoti ingratique conuicti, & à lege damnati. Eruntnan que ita perpetuè liberi & ingenui, si manumissoribus eorumque filijs incōfusam & liberam suā venerationem & reuerētiam deuotionemq; seruauerint: quibus videlicet conseruatis, nunquā ad priorē relabentur fortunam. e

CAP. III. Si libertam suam patronus vxorem habere maluerit.

Nulla dignitas prohibet cum libera nuptias contrahi: cum ancilla autem contrahens matrimonium, liberam eam facit, & natos ex ea productos. Bartol.

SI quis autem libertam f ducere voluerit, aut g legitimam facere coniugem, cuiuslibet dignitatis existens: h nuptialia conficiat documenta (hanc enim solam post manumissionē obseruationem i adijcimus k) & sint etiam præcedentes l filij, sicut & qui post dotalia nati sunt, liberi & ingenui & sui, & patris successores: & à postulatione annulorum aureorū, & pristinum m nataliū liberati, nullamque penitus habentes differentiā ad cętera ingenuorū matrimonia. Libertas enim matris, insuper & documentum nuptiale, sobolem liberam & ingenuā & patri succedentem demonstrabunt: & ita rebus & veritate n toti efficiuntur, vt si cui o ēt ex seruiente muliere pro creentur filij, & voluerit ille postea mulierem manumittere, & dotalia conficere documenta: mox p cum ipsa dotis inscriptione & filijs com petet q libertatis simul & suorum iusnon requi rētibus nobis specialem libertatem in filijs fieri, & simul manumitti cum matre, aut postea, vel ante eam forte libertatem accipere: sed conscriptio ne sola nuptialium documentorum mox eis r etiam libertatem donamus. Quod enim maius vtique ostensurus est pater libertatis filiorum indicium, s quàm vxo rem t ostendere liberamque simul & legitimam nuptialium documentorum conscriptione? u Si enim mi les relinquens legatum alicui suarum ancillarum, ipsa donatione legati & libertatem dare videatur: x quomodo non multo magis pater si documentum nuptiale cōscripserit, habebit proprios filios ex hoc solo & liberos & legitimos successores? Neque enim quilibet eum putaturus erit voluisse filiorū quidem matrem legitimam y esse, & hoc tam magnum ei donasse opus libidinis: proprios autem filios ex suo natos semine, adhuc relinquere seruituros. Hoc similiter z quidē pro manumissoribus, similiter autem, & pro manu-

---

a Si patron' remisit patronatū: vt ī.s.n p ī. hui' §. dī. & C de bo. libe. l. vlt. & tunc te oocatur i seruitutē: satte ēt ex his causis, ex qbus reuocat' donatio: vt hic in nnit. si aūt nō remiserit: ēt pro leui culpa reuocabit, q cōsilter in faciēdo, vt C. de lib. & eorū libe. l si manumissi, nō autem si in non faciēdo, vt C. de libe cau. l. solo.

a Nominum. quia nō dicunt' hodie dedititij vel Latini. nā & nomine sublato effectus tollitur: vt C. de fet. l. à nullo.

b Quapropter. breuiter oīa repetit, quę dixerat à pri. ɔstēnis.

c Et ingenui. quantū ad oia pręterquam respectu pfoni. Acc.

d Qui dudum. i. ante hanc legem.

e Fortunam. s. seruitutis.

f Si quis autem libertam. s. suam.

g Aut pro idest.

h Existent. olim nāc licebat patrono libertā accipere: nisi esset pfon' senator, vel senatoris fili', vel simili dignitate positus: vt C. de nupt. l. vxoré. & ff. de ri. nu. l. lege Iulia. & l. oratione. & idē in sponsalibus: vt ff de spon sa. l. oratio. hodie vero id distinctē hetī: p ēt ab ijs, q sunt in dignitate, dūmodo scriptura intercedat: vt hic. & idē puto eē, vt libertus patronā accipere possit: licet olim esset ɔ: vt C. de nup. l. 3.

i Obseruationem. s. vt interueniat scriptura.

k Adicim'. de nouo.

l Præcedentes. s. ante dotalia instsa.

m Pristinum. i. pristinorū, vt sit syncopatū: & sic ponit' vicenū. i. vicenorū. ff. ad leg. Rhod. de iac. l. nauis. §. cum autē.

n Et veritate. s. quia in veritate est ɔtrum infirmontū, & filij in su ee eo perrati sūt. alias ɔ. & dic hic. vt

o Dixiimus ī. de trien. & semis. §. fi. coll. 3. o Vt si cui. caute mutat casum de liberta ad ancillā. q.d. adeo prædicta sunt vera in liberta, vt in ancilla idem fit.

p Mox. i. statim.

q Competet. aliàs cō petens. Acc.

r Eis. s. filijs.

s Indiciū. aliàs indicium: aliàs iudiciū, i. voluntatem. Acc.

t Vxorem. s. illorū filiorum matrem. R.

u Conscriptione. & sic no. q siue specialiter fuerit manumissa, vt mō dixerat siue sola accepta est ancilla in vxorem à dño: eo ipso habet duo, & q libera est: & q legitima vxor: vt hic, & ī. in rub. s fi. Itē si non fieret libera, ex ipsa conscriptione dotaliū īstrumentorū non esset vxor: cum iter seruū & liberū non sit msi monid: vt ī. de nup. §. sed & captiui tatis. Item si alij dat sciēter in vxorē, vel pati' eā nubere, est eo ipso libera: multo magis si ipse eam accipiat, vt ī. de nupt. § si vero ab initio. Accur.

x Videatur. vt ff. de testa. l. Titior. §. 1. sed nō fiein pagano: vt C. de testa. mili. l. ex his.

y Legitimam. i. ingenuam vel vxorem.

z Hoc similiter. nūc respicit primam partem.

Facit ī. ppsuit. & c. fi. ex. de ɔiu. fet eorum.

manumissis [a] sancim[us]. Nā si ea q̄ in præcedentibus dicta sunt manumissoribus non seruamus: [b] segniores [c] forsan hoies circa libertatis largitatē efficiemus. Nobis aūt oē extat studiū subsistere libertates [d] atq; valere, & in nostra florere & augeri republica . etenim huius causæ desiderio [e] & in Libya & in Hesperia tanta [f] suscepimus bella & ꝓ tecta ad Deū religione , & pro subiectorum pariter libertate. Facimus autem nouum [g] nihil, sed egregios ante nos imperatores sequimur. Sicut. n. Antoninus Pius cognominatus (ex quo etiam ad nos appellatio hæc peruenit [h]) ius Romanæ ciuitatis prius ab vnoquoq; subiectorū petitus, [i] & taliter, [k] ex ijs qui vocanē peregrini, ad Romanam ingenuitatē deducens, ille [l] hoc oib. in cōe subiectis donauit, [m] & Theodosi[us] [n] iunior post Constantinum maximum sanctissimæ huius ciuitatis cōditorē filiorū prius ius petitū in cōe dedit subiectis [o] sic [p] et nos hoc videlicet regenerationis & aureorū annulorum ius vnicuiq; petentium datū, [q] & dani & scrupulositatis ꝓbens occasionē, [r] & manumissorum indigēs auctoritate, oibus similiter subiectis ex hac lege dam[us]. Restituimus. n. naturæ ingenuitati dignos, non singulos decætero, sed oēs [s] deinceps qui libertatē a dn̄is meruerint: vt hāc magnā quādam & generalē largitatem nr̄is subiectis adijciam[us]. Quæ igit pro indulgentia subiectorū nostræ placuerūt clemētię ꝑ hāc legē: hęc tua celsitudo cognoscēs, nr̄is subiectis faciat manifesta ꝑ programmata propria & hic, & in puincijs: vt discāt, qa nostrorū subiectorū per oia curā habemus : ea q̄ pro vtilitate eorū sunt sancientes. valebit autem hæc lex in subsequētibus oibus , & eis qui postea emerserint casibus, quod. n. recessit, non perscrutamur . Dat. xv. Cal. Feb. CP. Imper. Dn. Iustin. PP. Ann. XV. Arione. V.C. Consule.

TITVLVS VII.

Nouel. 79.

APVD QVOS OPORTEAT causas dicere monachos & ascetrias.

Monachi & moniales pro causis eorum coram episcopo debent conueniri, qui disponere debet, an per se, vel per alios debent respondere, et secundum legem et sacras regulas debent soli episcopi de talibus cognoscere & iudicare. Angelus.

Imper. Iust. Aug. Mennæ archiepis. Constan. & vniuersi eius tractus patriarchę.

REm cognoscentes non rectam fieri in hac [t] regia ciuitate, cōi lege existimauimus hoc mederi, inchoantes quidem ab hac felicissima ciuitate: in omnia vero loca ea quæ subiecta [u] sunt distendentes. Quidam. n. volentes corrūpere orthodoxę fidei honestatem , si quidem litē habuerint quasi cum monachis aut ascetrijs , [x] ciuiles iudices interpellant: at illi [y] mittunt exsecutores pręsumentes [z] accedere intra loca sancta, & monachos trahere, [a] atq; monasteria, vel ascetrias inquietare forsan eas quæ non videntur, [b] & hinc iniuriā & confusionem nō paruam adorabilibus fieri locis. Propterea igit sancimus, si quis quācunq; habuerit cām cū aliqb[us] venerabilibus sanctimonialibus, aut sacris virginibus , aut mulieribus omnino in monasterijs consistentibus , Deo amabilem ciuitatis illius episcopum interpellet, [c] ille vero mittat, & cū omni honestate, q̄ sunt de personarum pręsentia dispo-

Auth. o 2 dispo-

---

tem dicit.

[a] Pro manumissis. s. vt sint ingenui.

[b] Seruamus. s. ius patronatus. & sic C. de bon. quæ lib. l. 2. ibi, prospiciendum est.

[c] Segniores. i. pigriores. Acc.

[d] Libertates. vt recuperemus eos ab hostibus.

[e] Huius causæ desiderio. idest vt augeremus rempublicā.

[f] Tanta. s. vt pij dicamur: vel lege absolute tanta. q. dicat multa.

[g] Facimus nouum. i. extraneum, vel mirabile: imo consuetum in similibus. & ideo duo similia ponit, non eadem. Primum est Antonini, Secundum Theodosij.

[h] Peruenit. vt dicamus pij. Acc.

[i] Petitus. i. rogatus Imperator, vt hoc statueret. vel dic à quocunque qui vellet esse ciuis Romanus.

[k] Et taliter. s. dando singularia priuilegia.

[l] Ille. s. Antoninus. & dic hoc. s. ius Romanæ ciuitatis qđ est supra.

[m] Donauit. vt quicunq; ciuitatē Romanam habitaret, et ius Romanus esset: vt ff. de statu ho. l. in orbe. quæ lex est Antonini. nec sit opus speciali impetratione.

[n] Theodosius. sicut repete.

[o] Subiectis. vt C. de iu. deli. l. 1.

[p] Sic. à simili.

[q] Petentiū datum. olim per singularia rescripta.

[r] Occasionem. occasionem dico indigētem authoritate manumissorum. i. manumittentiū: quia non solebant liberti facile natalib restitui. nisi consentiente patrono & eius filio: vt ff. de nata. re. l. 2 & l. pen. & l. fi. j. respon.

[s] Sed omnes. repete per &c.

APVD QVOS oporteat causas dicere &c.

[R] Em cognoscētes.

[t] Hac. i. Constātinopolitana.

[u] Subiecta. i. scripta j. eo. constitutione.

[x] Assisterijs. Ideo qđ assistant orationibus & ieiunijs quotidie: quas vulgo appellamus reclusas. Assisteriæ q̄ sunt.

[y] At illi. s. iudices ciuiles.

[z] Pręsumētes. s. executores. Acc.

[a] Trahere. s. ad iudicium.

[b] Non videntur qa stant reclusæ: vt sup. dixi.

[c] Interpellet. Not. q̄ monachus ꝯuenitur, licet pro mutuo, vt seruus quantū ad mundū reputetur: vt C. de epis. & cle. l. Deo. sed respondet per abbatem vel syndicos seu œconomos: vt j. de sanct. epis. Monach[us] pōt conueniri.

[l] Legib. quę sunt, vt C. de legi. hære. l. de emancipatis. & C. com. de suc. l. viti. & C. de bon. quę lib. l. quæcunque. & plene dixi modo. Accur.

[m] DE ARMIS.

Hunc tit. non lego: sed quædam in eo noto. Accur.

[n] Agnū. Inuocantes. No. sic j. de q store. in prin. Accur. Pauun-

calumnia custodire: & inhibere bella, quæ per suam considerationem suscipientes aduersus alterutros operantur dolores: duplex ex hoc contra se supplicium inferentes, tam quod sibimet inferunt, quàm quod ex legibus vesaniam eorum punientibus patiuntur.

[a] Volentes igitur huiusmodi mortibus homines liberare prospeximus armifacturæ opus nullum priuatum operari: solos autem illos arma facere, qui in publicis deputati sunt armificatorijs, aut quòd dicuntur fabricensij:[b] eos autem, qui operantur arma, nulli vendere priuato. Sed neque qui in oumeris custoditi sũt armifactores, quos etiam deputatos appellant, qui de fisco annonas accipiunt, permittimus operari, aut alicui vendere arma, sed solum diligentiam habere armorum milites in numero constitutos, in quibus militant. Si verò nouum aliquid faciunt[c] hoc auferri ab eis, & in sacro nostro inferri armamento,[d] adijciendum ibi repositis publicis armis. Hoc autem obseruare volumus & eos, qui in ordinibus balistariorum sunt, quos per diuersas statuimus ciuitates, ordinantes eos, & arma facere sancientes, vt & ipsi soli publica arma in armamentis publicis vniuscuiusque ciuitatis recondita corrigant, atque renouent. Si qui verò vnum aliquid armorum instruxerint,[e] hoc similiter & ipsis[f] inter publica arma præstent, & nulli alteri penitus vendant. Hoc quoque custodiant, quòd in balistarijs deputati[g] sunt periculo patrum[h] ciuitatum, sub quibus & ipsos balistarios statuimus, & publicorum armamentorum diligentiam atque custodiam constituimus, quatenus si qui nisi fuerint aut deputati, aut fabricensij vendentes arma: prouideant per loca iudices eos supplicijs subdere, insuper etiam arma ab ijs, qui ea comparant, sine precio auferre, & publico vendicare.

Hanc igitur gubernante nos Deo cogitationem per præsentem sancimus legem, in nulla ciuitate aut prouincia nostræ reipublicæ habere licentiã priuatos, aut alium quempiam arma facere, aut vendere, aut quolibet mercari modo, sed solos eos, qui inter fabricenses referuntur, hæc instruere, & deferre ad sacrum nostrum armamentum. & hoc à tua celsitudine, & qui post te susceperint cingulum, custodiri sancimus: deputantibus nobis aliquos chartulariorum,[i] qui sub tua celsitudine in scrinio sunt constituti, fabricensium periculo quinque inter eos priorum bonam opinionem[k] habentes, & opportunos, qui & eos, qui in hac felicissima ciuitate, & alijs ciuitatibus nostræ reipublicæ arma faciunt, requirentes, prohibeant priuatos, aut etiam alios quosdam citra eos, qui deputati sunt inter fabricenses, armifacturæ agere causam: & in quibuscunque compererint locis aliquos priuatos hoc audentes, hæc auferre, & fisci applicare armamento. Si autẽ inter operarios priuatos artifices opportunos inuenire potuerint: hos si voluerint in militijs statuere, & in descriptione,[l] nomina eorum facere, & destinare nobis descriptionem artificum, vt per sacrum nostrum rescriptum in illis statuantur locis, in quibus sunt publicè fabricenses: quatenus ipsi operantes[m] arma, & de fisco annonas accipiant. & hoc enim facto & subtiliter obseruato à prædictis personis, licentia penitus nulli dabitur, neque ciuitates inhabitantibus priuatis, neque villas incolentibus rusticis, armis vti aduersus alterutros, necesque præsumere, & ex hoc plurimos homines occidi: publicas verò perire functiones, dum terræ cultores vitam amittere metuentes, fuga propter timorem vtuntur.

Oportet ergo eos, qui diriguntur à tua celsi-

Bellum duo mala infert.

[a] Patiuntur. No. bellum duplex malum inferre: vt hic: & etiam tertium: quia facit homines pauperes: vt C. de cadu. tol. in prin. & j. eo. § si autem. ibi, dum terræ cultores.

[b] Fabricensij. vel fabricenses. qui sunt etiam quidam habẽtes officium & necessitatem faciendi arma. cui necessitati eorum posteritas tenetur: vt C. de fabricen. l. inte. lib. xi. & ed instar militiũ notam debent habere in brachijs. & aliena prædia conducere colenda non debent: vt C. de fabri. l. stigmata & l. fin in prin. eo. lib. xi.

[c] Faciunt hi deputati qui prohibiti sunt operari.

[d] Armemẽto. quod enim aufertur ab indigno, applicatur fisco: vt ff. de in. fis. l. Lucius.

[e] Instruxerint quæ aliquis instruxe - runt qui facere scit. Accur.

[f] Ipsis. balistarijs. vt & ipsi inter publica arma ponant. Accur.

[g] Deputati. habebant enim quosdam sibi deputatos sicut fabricenses.

[h] Patrum. i. rectorũ. & not. quòd dicitur pater. vnde sicut pater debet habere filij gubernationẽ. sic ciuitatis rector. & sic pro opinione nostra qua dicimus, quòd sufficiat talem iurare de calum. licet P. dixerit maiorem partem vniuersitatis iurare: vt C. de iura. cal. l. 2. §. quod obseruari. & §. hoc etiam. & ff. de conditi. & demon. l. municipibus & j. e. §. si autem, in fi.

Chartularij & tabelliones qui dicuntur.

[i] Chartulariorum. chartularij appellantur qui scribunt in chartula publica: quòd vulgo tabelliones dicuntur. & no. quòd tabelliones eliguntur in huiusmodi factis.

[k] Opinionem. vt I. de mona. §. ordinationem. col. 1.

[l] Descriptione. i. matriculæ scripturæ.

[m] Operantes. sic j de man. princi. in fin. tit.

Con-

[l] Matricula vera est infamus. Con.

celsitudine ex memorato fabricensiũ scrinio ad prohibendos priuatos armorum factores, confessionem [a] accipere etiã per loca iudices, & iubeãta eis officia, & ciuitatum defensores, & patres quia nihil valebunt decætero horum, quæ à nobis prohibita sunt, aliquid agere: sed q̃ per præsentẽ sancita sunt legem, custodient, pœnam & in pecunijs [b] & in ipsum formidantes caput. Sancimus .n. magnæ quidem Alexandriæ iudicem negligẽtem [c] quæ à nobis sancita sunt, viginti auri librarum exsoluere pœnã, cingulo cadere: & huius officium similiter auri libra. xx. dare pęnam, & capitale subire suppliciũ, aliarum vero prouinciarum iudices dãnum quidem x. lib. auri sustinere, similiter aũt & ipsos casui cinguli [d] subiacere, & eõrum officia. Defensores aũt, & patres ciuitatum, trium libr. auri multari pœna, & in capite sustinere periculũ, si quod tale factũ cõperientes [e] non punierint, aut hoc agere nolentibus nõ nunciẽt, sed latere pmiserit. Vt aũt palã [f] fiant quæ à nobis prohibita sunt à priuatis & alijs quibusdã citra eos, qui id sacris nostris fabricensibus referũtur, fieri, aut priuatis vendi arma, & hoc p pñtem legem significare curauimus. Prohibemus. n. priuatos operari & emere arcus, & sagittas & spathas, & enses, quæ vocare consueuerunt semispathia [g] † & q̃ vocantur zaniæ, siue loricæ, & contos, & quolibet modo vel figura factas lanceas, [h] & q̃ apud Isauros nominantur monocopia, † & appellatos sitinnos seu missilia: insuper & aspidas, siue scuta, & galeas, seu cassides, non. n. ista alij cuidam instruere sinimus, præter eos, qui deputati sunt in sacris nostris fabricensibus. solos autem fieri & vendi à priuatis, & priuatis vendi permittimus cultellos minores, [i] quibus nullus in prælijs vtitur. Pręsentẽ igitur legem generalẽ tua [k] celsitudo in hac proponat regia ciuitate, necnõ & per alias ciuitates nr̃e reipublicę, vt oẽs agnoscentes, q̃ placuerunt nobis, hæc obseruent. Denuciauimus aũt futuris pẽsse hmõi custodię chartularij ex memorato fabricensiũ scrinio: quia ex negligentia non solũ pecuniarias sustinebunt pœnas, sed ẽt in corpore supplicia patient, & militia cadent. insuper nec ipsum vlterius pmitti à nobis scriniũ in hmõi adesse solicitudine, [l] sed alijs cõmitti fabricensiũ curã. Quæ igit̃ placuerũt nobis, et p hãc legẽ declarata sunt, tua celsitudo, & q̃ post te i cingulo fuerint, operi terminoq; tradere festinẽt: indignationẽ nr̃am & ipsi metuẽtes, nisi rẽ sic vtilem reipublicæ custodierint. Nouel. 86. Vt differentes iudices, & 87. De donatione mortis causa facta à Decurion. hic desunt: sed illa reperietur inferius collat. 9. constitut. 10. altera vero colla. 10. consti. 27.

TITVLVS XIIII.
Nouella 88.

DE DEPOSITO, ET DEnunciationibus inquilinorum, & suspẽdenda administratione panum.

Non valet denuntiatio, ne reddatur depositum, vel ne alimenta de publica annona erogãda præstentur, vel ne soluatur pensio domus locatæ. & qui talem denunciationem fecerit, punitur ad interesse creditoribus, in quo quandoque venire poterit totum depositum. Accursius.

Imper. Iustin. August. Ioanni gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

Item nup audientibus nobis (hoc quod in imperio publice sedentes multoties agimus) orta est aliqua qõ, quam resoluimus statim. hmõi vero dicentes contingere multa cõi & generali lege definire, hoc iustum esse arbitrati sumus. Si. n. quis ab aliquo capiat aurũ, aut res aliquas depositi cã in quibusdam [m] conditionibus, deinde illi agant: [n] necessitatẽ hẽat

Auth. p 3 omne

[a] Confessionem. i. scripturã in qua confiteretur.
[b] Pecunijs. hoc ẽ qđ dicim⁹ i rẽ & psona
[c] Negligẽtiam. T. de mona. in fi. col. 1.
[d] Cinguli. i. dignitatis amissione.
[e] Comperientes. T. scenicas no. so. & C. ad leg. iul. de vi pub. l. vlt. in fi.
[f] Palam. quasi diceret, prohibuit arma sic in genere fieri vel vendi nũc specificat. & no. q alibi largius sumunt̃ arma ẽt pro lapide: vt insti. de publi. iudi. §. item lex Cornelia.
[g] Semispathia. i. illa arma. Accur.
[h] Lanceas. Not. quædam sunt, quæ vncinum quoddã habẽt ad capiendos hostes, q̃ romphęę vocant̃: vt ff. de vi & vi arm. l. 3. in prin. Acc.
[i] Minores. aptos ad pennarum temperationem, vel panũ incisionem, sm Al. ex his potest colligi statutum de non portãdis armis per ciuitatem aliquam.
[k] Tua. loquitur magistro officiorũ: vt i. nuit in prin. constitutionis eiusdẽ. Al.
[l] Solicitudine. Not. q si tabellio delinqt in officio non debet amodo posse hoc officium exercere. Ac.

Tabellio delinquẽs ab offõ repelli dẽt.

† Parameria legendũ, vt in Græco, & Iuliani epitome, quasi femori applicitos enses. Contius.

† μονο-κόπια, legitur in Græco. Contius. Vide Alci. li. dispun. 3. c. 20.

† σιβύνναι. i. missibilia.

DE DEPOSITO, & denunciation. &c.

[m] Conditionibus. Inter. In quibusdam. i. sub quibusdã condõnib. Ac.
[n] Agant. i. deponentes impleant cõditiones quas implere debent.

omne restituere aurum, aut res conditionibus semel impletis a & nulla omnino licentia fit ali quibus extrinsecus b interdictionibus † vti, & retinere c depositi restitutionem : dum & alia multa priuilegia tā à præcedentibus legislatoribus, q̄ à nobisipsis data sunt. d licentia enim est prohibenti redditionem, eum quidem cui creditum est depositum, non molestare: eum verò de rebus, quæ in quæstione sunt, qui aurum, aut res aliquas accepturus e est, litem sortiri, & iustitiam & legem promereri. sed ne per hanc causam dānis magnis subijciat eum, qui interdictionem susce pit, & compellatur aut defensiones expetere, f aut res habere, & non possit voluntarie cum deponente benigne agere. quòd si tale aliquid egerit (omnino enim oportet non sola delictorum nos contentos esse prohibitione : sed etiam timorem inferre iustum trāsgressoribus) siue perditionem contigerit rerum aut pecuniarum fieri, & hoc probetur, g siue alium quemcunque casum fortuitum : ipsum respicere, qui contestationem dixerit. Insuper etiam ex quo facta est huiusmodi cōtestatio, h vsuras pecuniarum, vsque ad tertiam i centesimæ agnoscere prohibentē accipere propria: non solum si aurū fuerit quod depositum est. restitui vero prohibitum: sed & si aliæ res k sint: vt hoc timore l stultorum simul & peruersorum malignè versandi, m † in depositionibus homines cessent.

CAP. II. De his qui denunciant, ne ciuiles annonæ vel pensiones soluantur.

SED totum n hoc quod de mandatis est, & aspicere, & constituere secundum legem prouidimus. Videmus enim frequentari hoc in regia hac percipuè ciuitate, & aliquos interdicentes eis, qui ministrant publicas annonas, & tesseras o accipiunt ab annonarum præfecto, volentes suspendi administrationem: & eos, qui ex hoc solummodo forsan nutriuntur, defraudari administratione, per quam eis omnis tribuitur vitæ occasio. p Huic autem rei seuerius & difficilius illud est. multis enim domos possidentibus in hac felicissima ciuitate, qui imbanchiti q non videntur, mox futuris pensiones ab inquilinis accipere, calumniantur per interdictiones inquilinis dirigentes, vt non inferant eis. Illi vero r vltro eas suscipientes, quidam propter inopiam forsan comedunt eas: s quidam vero & exules à magna hac fiunt ciuitate, & decidit omnino pensionum administratio iis, qui ex hoc forsan solo nutriuntur, secundum quòd occurrentes ciuilibus annonis diximus. Nemini igitur damus huiusmodo licentiam : sed vnusquisque si aliquam habeat causam ad obnoxium sibi, non obdormiat: t in liberalibus u autē ex peruersitate omni plenius aspiret interdictionibus. Cognoscat enim, quia si tale aliquid egerit, & per occasionem eius ceciderit, aut

a Impletis. & q̄sq; non impletis cōditionib. vt ff. depos. l. j. §. pen. & C. de peti. hæ. l. vlti. Azo.

b Extrinsecus. i. præter deponentem. deponens. n. interdicere pōt, non alius. vt hic. nisi iudex interdicat: cū psona depositarij sit suspecta, ne cū re aufugiat: vt ff. q satisda. co. l. si fideiussor. §. fin. Sed ꝯm hoc nonne sunt correctę ll. quæ dicūt ēt depositarium rei védicatione dño vero teneri: vt ff. d rei vē. l. officiū. & ff. depos. l. bona fides? Quidam hic. sed tn dic ꝯm lo. q nō: & aliud est velle agere rei vin. in iudicio: & aliud facere hmōi interdictionem, q nō restituat. Accur.

c Retinere. i. facere teneri, vel differre.

d Data sunt. i. s. actione depositi. nā prius habet rō deponentiū, si cedunt bonis debitores: vt ff. depo. l. si hominē. § j. & §. fin. Item actioni depositi compēsatio nō opponit. vt C. eo. l. fi. j. rn. Itē crescit in duplū p infitiationē in quatuor casib. vt I. ff. de actio. §. sequēt vers. rei persequēdæ. Vnde adi dat ad aliud vt nemo ei interdicere: vt hic & idem dicas qd̄ i cōmodato.

e Accepturus. i. recepturus. s. deponens.

f Expetere à deponēte: vt defendat eum.

g Probet. s. amissio: vt ff. de pig. act. l. iij. Azo.

h Contestatio. vt teneat deponenti: vt j. eo. §. nemini. non depositario, q tenuit vane.

i Tertiam. & hanc dabit ei q læsus est, vt hic. & j. eo. §. nemini igitur. Accur.

k Res. vt æstimatio nis detur vsura.

l Timore. idest hac pœna.

m Versādi. i. versari.

n Sed totū q.d multa sunt mādata quæ data sūt administratoribus, quę sunt s. de man. prin. col. iij. adhuc aūt quædam desunt, q̄ ponit hic. duo. s. de annona, & de pensione: vt sic dictus tractatus de mā. prin. plenior sit.

o Tesseras. tessera genus est mensurę qua mēsuratur annona: vt ff. de iudi. l. sed & si. § si libertis.

p Occasio. quod ideo iniquum est: vt ff. de transact. l. cū hi. §. sed & personarū. & §. si in annos.

q Imbanchiti. i. in banchis non sedentes, quia sunt absentes: idem si pńsentes aliēs est in littera, in banchis non videntꝰ & eodē modo intelligas: & nō est vis, verū sint absentes vel præsentes: i sed sorte ita de facto fuit. s. q erāt absentes. Acc.

r Illi vero. quib. interdicitur.

s Eas. interdictiōes.

t Non obdormiat. i. non differat eū conuenire. nam negligētia est nociua: vt hic, & C. de anna. exce. l. vt pfectius. & ēꝯ diligētia fructuosa: vt hic & ff. quę in frau. cre. l. pupillus.

u In liberalib⁹. supple ex pmissis. & nullꝰ aspirēt in liberalibꝰ interdictis &c. sūt enim liberales iō qa libenter suscipit interdictionē ille cui interdicitur, vt hic, vt per hoc differat solutionē. vt s. pxi. §. ibi illi vero vltro &c. Alij dicunt in liberalib⁹. i. in depositis. q ex liberalitate & bona fide fiunt.

† παραγγελίαις, i. denūciationib. sic vertit Iuliannꝰ epi tomator.

† Cōc. gl. in c. j. super verbo §. ex d deposito.

† Aliās, versandi, cursum.

Tessera quid sit.

Admi-

a Administratio. quæ sibi omnes dic neces.
b Mox .i. tunc.
c Defensiones. i. non exigat depositarius fideiussores à deponente, vel cautionẽ propter huiusmodi interdictum : quia graue ẽ, vt subijcit, dare fideiussorẽ : vt ff. vt 1 pos. leg. l. si is à quo. § si. & puto hũc §. generalem ad omnes tres casus huius constitutionis, & p hoc dico corrigi, qd est C. depo. l penult. in fine.
d Defensionem. i. si vult cauere de defendendo depositariũ, facultas erit ei domino sic caventi, supple. rem propriam recipere. Vel dic econtra: quia dicit depositarius se paratũ recipere cautionem. & supple. & rem restituere datã in alium modum.
e Fiat. hoc verum est in prætorijs. secus in alijs : vt ff. de præto stipu. l. prætoriæ & l 1. §. 3. & §. 6. & ideo male allegat hic imperator. Acc.
f Indicant. i. ipsi q venerunt ad nos pro quæstione facti : vt s. eo. in prin. & potes dicere i. induxerũt nobis in mẽtem, quod faciemus hanc legẽ. Accur.

QVIBVS MOdis &c.

Differt hæc ab illa, supra, quibus modis &c. quia hæc generalior est: vt infra, authẽ. vt in me. primæ col. ibi, bene se habere &c. Item hic tractat de ijs qui sui iuris. & i potestate suę parentum ibi de ijs q legitimi successores, licet non in potestate parentum sint.

g Naturalium. A Constantini; vt C. e. l. 1.
h Dudum. i. Olim.
i Qualibet, idest

aut administratio a panum, aut pensionum datio ex hoc accidens : ipse sustinebit periculũ mox, b ꝓ interdictionem inquilinis & ministrãtibus panem miserit, aut suspẽderit annonam. Nihil. n. horum agi omnino volumus: sed ex quo interdictiones egerit, sancimus eum omne damnum sarcire domino rerum super hoc, & vsuram & tertiam centesimæ agnoscere pecuniarum, aut rerum, quas non acciperet per eum is qui secundum hunc modum læsus est, valuit. Et neque aliquis opponat defensiones, c quia qui præsens est ei exactionis domino danti defensionem, d aut in deposito, aut in alijs, recipere rem propriam. Non enim omnibus est facile fideiussorem præbere: nostris legibus nullam defensionem omnino ratam esse ponentibus, nisi cum fideiussione fiat. e fideiussorem enim omnino dandum idoneum non facile, neque possibile passim est. Et propterea igitur obseruantiam nostrorum subiectorum volumus hoc custodiri amodo & deinceps omni tempore, vt immortale sit huius nostræ sanctionis iuuamen Reipublic. Indicant f quidem nobis in mentem veniẽtes : præsentem verò legem cõe iuuamen nostris parientem. subiectis. Tria igitur eminentia quę placuerunt nobis, & per hanc diuinam manifesta sunt legem, operi effectuiq; tradere, & in perpetuũ obseruare festinet.

TITVLVS I.

Περὶ τῶν νόθων.

Nou. 89.

QVIBVS MODIS naturales efficiuntur sui, & de eorum ex testamento siue ab intestato successione.

COLLATIO VII.

Imper. Iustin. Aug. Ioan. gloriosiss. per Orientem prætoriorum præfecto, iterum exconsuli ordinario, & patricio.

NAturaliũ g nomen Romanæ legislationi dudum h nõ erat in studium, nec quęlibet i circa hoc fuerat humanitas: sed tanquam alienigenum aliquid & omnino alienum à republica putabatur: à Constantini verò piæ memoriæ temporibus in constitutionum k scriptum l est libris. † Deinde paulatim in mediocritatem m clementemq; sententiam Imperatores transeuntes, leges posuerũt: alijs quidem & dari, & relinqui aliquid eis à patribus concedentes. n aliqui autem ẽt adinuenientes modum, per quẽ naturali iure priore liberati, legitimi fierent, o & paternæ substãtiæ successores : paulatimq; ẽt ad nepotes processerũt hmõi legislationes, p & qm in nostra tpa venerunt, q & eorũ, qui paulò ante nos fuerunt, multã varietatem r cã suscepit. Nos. n. duplex habuimus studium, & plurimos in libertatem perducere hoĩes ex priore seruitute, s & ex naturalib. ad legitimos eleuare, t non enim vllo u & interdictio despicienda est

aliquã.
k Constitutionum. vt C. eo. l. 5. Acc.
l Scriptum est. in tractatu de naturalibus liberis.
m Mediocritatem. idest, modũ vel mensuram in dando vel relinquendo naturalibus.
n Concedentes. vt Archadius & Theodosius : vt C. eo. l. 2. & 3.
o fierent. s. Leo : vt C. eodem. l. quoniam desideria.
p Legislationes. vt in l. 2 C. eo. ti.
q Venerunt. s. naturales liberi, vel eorum quæstiones.
r Varietatem. q. d. quia quæstiones naturalium ad nos peruenerunt : ideo correximus, & distinximus statuta ab alijs.
s Seruitute. hoc primum.
t Eleuare hoc secundum.
u Vllo. Nota, gloriosissimum verbũ. & est sensus : quia licet aliqui sint in seruitute propter delictum fortè, quod fecerunt, & ita propter vitionem : vel licet sint nati ex nõ legitimo matrimonio, & ita contra interdictum : tamen non sunt despiciendi, sed iuuandi, vt fugiant de malo, & veniant in bonum : vt s. eo. §. naturę si quidem &c & sic est argumen. pro quolibet corrigendo : vt & C. de emẽ. propinquo. l. prima. Item facit ff. de ventre in possessionem mittendo. l. 1. §. 3. respon.

† In codice Theodosiano. hic. n. sol9 liber cõstitutionũ extitit, q post Constantinũ edit9 fuerat. Cont.

 Quem daest

a Quem. s. codicem.
b Constituimus. vt instit. de hær. ab inte. §. j.
c Comperimus: vt instit. de nup. §. fin. & ad Orfi. §. nouissime. & de succe. cog. §. hoc loco.
d Collectione. s. in C. vt C. eo. l. humanitatis. & seq. vsque in fi. ti. Accur.
e Postea. vt i. de ince. nup. §. pe. & de trien. & semis. § vit. co. iij. & vt lib. dec. § si quis, & i. quib. mo. na. effi. legi. colla vj.
f Constitutione. s. ista.
g Totum. i. omnia, vt ex sequentibus colligitur.
h Inter legitimos. vt nati ex matrimonio: vt instit. de pat. po. l prin. & de his expedit se breuiter hęc cōsti. j. eo. §. legitimi.
i Prius. i. legitimationem Acc.
k Fiunt. s. legitimi.
l Ex seruis. ratione similitudinis hoc ponitur hic & alibi in multis locis in hac cōstitutiōe, & de his dicit prolixe j. eo. §. quia vero non est. vsque ad § discretis.
m Indigni. vt j. eo. §. vltimo. & supple hic. Alij sunt legitimi tm̄, vt adoptiui. & sic sunt quinque genera filiorum.
n Constitutionē. & de his j eo §. discretis vsq; ad §. vlti.
o Quorū. s. modorū.
p Amare. aduerbium, quia nil curabat vt i. in prin. huius constitutionis.
q Relinquitur. s. à nobis quin tractemus de ijs qui &c.
r Natura siquidem. superior ergo distinctio fuit s̄m ius ciuile imperatorum.
s Legib. quod fuit antequam ciuitates essent factæ: vt instit. de re. di. §. singulorum.
t Schema. i. ordinem quo gentes vtuntur de seruis.
u Casus. i. defectus. Accursius.

Filiorum quinque sunt genera.

da est, sed quod est in necessitate, curandū est: & diffugiendū qdem quod malū est: inueniēdum verò vndique quod melius est. Quia igitur aliqua quidem in cōstitutionū codice, quē a ex omni priorū imperatorū legislatione collegimus, de natura libus scripta sunt filijs: quædam verò in libro institutionū, de his autem nos cōstituimus, b aut iam perfecta comperimus, c & nos ipsi plurimas fecimus de his ꝯstitutiones: alias quidē in prædictarū collectione d cōstitutionū, alias aūt ēt postea: e necā sit dispersa, bñ se habere credidimus, in vna constitutione f totū g colligere, q̄ pro omnibus sufficiat ea, quæ de naturalib. sunt, corrigere atq; sancire. Palam nanq; est, quia oīum alij qdem liberi simul consistunt, & inter legitimos h sunt: alij vero hoc prius i nō habentes postea fiunt, k & ex seruis l ab liberos ascēdūt, & ex naturalib. ad legitimos: alij verò ex hoc ipso naturales sunt, & quędā eis successiōes existūt: alios aūt neq; naturales esse decet, sed ēt hoc monstrātur indigni. m Oportet igit nos ita facere constitutionē, n vt nullus ignoret, q̄ possunt in naturalibus valere: dicimus aūt inchoantes legē, qui consistūt naturales, quibusq; modis procedunt ad legitimos (quorū o plurimos inuenimus nos) & quę sunt horū successiōes: & quomodo qdem vetustas vsa ē his amarè: p qūo nos humanè. Nec illud quoq; relinquitur, q qui nec naturaliū digni sunt (sicuti diximus) appellatione. Natura siquidem r ab initio dū de filiorum procreatione sanciret scriptis nondū positis legib. s oēs similiter quidem liberos, similiter autē ꝓduxit ingenuos. Primis nanque parētibus primi filij similiter quidem liberi, similiter autem legitimi à natura fiebant: bella verò & lites atq; libidines & ꝯcupiscētię cām deposuerunt ad aliud schema. t Seruitutem nāq; inuenit bellū, naturales aut castitatis casus: u lex aūt rursus hmōi delicta curās libertatem seruis molita est: multum de his tractauit modos x introducens dena millia, imperatoriæ verò constitutiones aperuerunt ijs, quæ non rectè facta sunt ad ius legitimū viis. quod nō trāsitoriè y neque nos sancimus, neque subiectos hanc legem negligenter audire præcipimus. Legitimi si quidem successores procedunt hominibus ex nuptijs, quas contrahunt aut cum dotalibus instrumentis, aut etiā absq; eis, sic ad feminas masculis cōuenientibus vt ab initio habeant ad eas legitimarum nuptiarum affectum. z Et hoc. n. in calumnia positum nos respicientes, lege a decreuimus quid in ijs quidem, qui fortunæ dignitate prouecti sunt, quid autem in mediocri hominum statu agendum sit ad demonstrationem legitimarum nuptiarum, quid vero deinceps permissum est plebi. b Quapropter nuptijs procedentibus, c ex hoc ipso sunt successiones certæ: & si inter legitimos connumerentur, mox lex d introducit successionum modos, plurimum de his tractans. Legitimum si quidem ius sic se habet. e

Si quis natus sit liber, non tamen legitimus aut etiam natus sit seruus, sed libertatem postea meruit: si sit masculus, legitimari potest per oblationem curiæ: si est fœmina, legitimatur nubendo curiali legitime. Angel.

x Modos. quibus ad libertatem perueniant, quibus fiant serui, & à quibus retineantur: & quibus acquiratur per eos: imo maior pars legū fere de seruis tractat. Sed non sic intelligo hanc literā: imo dico, quòd imperator hyperbolice loquit̃. & de modis illis tm̄ dicit, quib. ad libertatem perueniūt, qui sunt multis vt institu. de libert. §. multis
y Transitoriè. i. negligenter: vt i. de q̄store. §. vlt. col. vj.
z Affectum. q. d. mutuū consensum: vt i. de nup. §. nuptias
a Lege. vt i. quibus mo. na. effi. le. §. hoc ergo. & §. quantum vero. & § quisquis. col. vi.
b Plebi. i. minoribus in abiecta vita constitutis.
c Procedentibus. s. sic, vt mō dictū est.
d Lex. in genere ponit, videlicet ille tractatus, qui dicit de suis & legitimis hæredibus.
e Se habet. vt dictum est modo.

Reliqua

CAP.

CAP. I. De primo legitimationis modo per curiæ dationem.

Quibus vero non est huiusmodi, sed liberum quidem nô tamen ex nuptijs procedens legitimis aut etiam in seruitute natum: si libertatem quidê meruerit, manserit autê naturale: hoc modi varij ad ius legitimum ferunt: quos enumerantes, sic êt reliqua [a] sancimus. Primus itaq; modus est legitimi iuris existens, ciuitatibus mox vtilis, [b] quê Theodosius piæ & nouæ introduxit memoriæ. [c] Sancitum nanq; est ab eo vt possit naturales filios, [d] aut omnes, aut aliquos offerre curijs, aut filias curialib. copulare. Et qm̃ modus iste non simplicê habuit legislationem, sed variê & de oblationib. [e] dictum est, & de successionibus, quomodo ipsi, & quorum hæredes existant, & qui rursus ad ius eorum hæreditarium accedant: iustum credimus hoc primum legislationis disponentes capitulû, ita ad reliquos modos, qui ad legitimorum ius ferunt, accedere. quæ enim inde sunt, facilê omnino est dicere.

Pater filium naturalem curiæ offerens, siue inter viuos, siue ĩ vltima voluntate, eum legitimum facit, habeat legitimos nec ne. semetipsum autem offerens alijs legitimis extantibus, legitimus non fit. Angel.

Si quis igitur fuerit naturalium filiorum pater, [f] siue curialis existens, siue liber à curia: licentiam habebit omnes, aut quosdam ex eis, siue legitimorum sit filiorum pater, siue etiam non, sed solummodo naturalium, offerre † curiæ, licet fortê illustris dignitatis sint filij suscepti: [g] nisi tamen dignitas intercesserit talis, quæ homines, licet curiales sint, ab hac fortuna liberos facit. Ob lationis aût modus siue [h] fiat à patre adhuc superstite, cum quispiam in cômune filiû offerret (hoc nanq; gestum est in Philocalo naturali filio curiali à patre in Bustrenorum † ciuitate) & hoc ipsum dicit secundum inspectionem ibi factam, & ita eum offert, sicut à Leone piç memoriæ scripta dicit côstitutio. [i] Siue ergo secundum hunc modum fiat aliquis à patre pronunciatus curialis, [k] siue [l] eum pater sub gestis monumentorum offerat, siue moriens in testamento conscribat, oportere fieri curialem, deinde ille amplectatur scripturam: legitimus [m] mox fiet, naturalium iure omnino liberatus: siue etiam mortuo patre semetipsum filius aut filij offerant, non existente quidem legitima sobole, etiam si erût legitimi & curiales. Proinde pater quidem etiam existentibus legitimis offert curiæ non legitimos filios: qui verò per semetipsum ad hoc procedit: tunc solummodo auditur, cum nullus legitimorum filiorum existit. [n] Hoc itaque de oblationibus fit, quod indifferenter sancitum est [o] à nobis, in hac præsenti lege reconditum. nô autem simpliciter, [p] neque fortunæ [q] oblatione, oportet enim [r] & modos facere manifestos, secundum quos offerantur.

Qui suã sobolem naturalem vult legitimare: curiæ loci ex quo natus est eam offerat. qui autem Romani & Constantinopolitani sunt, seje ibidem offerêdo legitimantur. & mulier naturalis curiali Constantinopolitano nubendo legitimatur. Angelus.

Si quis igitur ex qualibet oriatur ciuitate, siue curialis, [s] siue etiam liber huiusmodi sit fortunæ: licebit ei suum naturalem offerre filium curiæ illius, vnde oritur ciuitatis. Si verò nec ciuis ipse consistat, sed ex villa quadam aut vico sit oriundus: illi à patre offeratur ciuitati, aut semetipsum offerat, sub qua ciuitate, villa aut vicu tributa persoluit. [t] Palam verò est, quia siquidem pater eum, aut auus offerat: aut aliquis ascendêtium

---

[a] Reliqua. s. capitula de quibus fecimus mentionem. ĩ. eod. ver. dicimus. Accursius.

[b] Vtilis. s. est.

[c] Memoriæ. vt C. de natu. lib. l. iij.

[d] Filios. s. naturales.

[e] De oblationibus. s. curiæ. Accur.

[f] Filiorum pater. hoc qñ per dationê curiæ. secus si sine eâ velit sibi filium facere successorem: quia tunc demum legitimis non existentib. vt ĩ. quib. mo. na ef. fi. leg. §. si verò solûmodo. qui est côtra.

[g] Suscepti. forte per rescriptum: vt honorabilior sit ceteris: non aût habuit administrationem illustris dignitatis: tunc enim semper liberatur à fortuna curiali. ĩ. vt ord. piç. vt in princ. colla. v. & const. inst. quæ de dign. §. sed. nec transire ad curiam permittatur. quia dehonestaret illustrê administrationem: vt hic subijcit. tamen non talis ê: sic ergo & in episcopo erit: vt ĩ. de san. epis. §. sed hoc quidem. colum. ix. & idem in quolibet q per dignitatê à curia liberatur qui sunt multi: vt C. de decu. l. fi. Acc.

[h] Siue. hoc respicit aliud, siue, quod est ĩ.

[i] Constitutio. vt C. de na. lib. l. quoniã.

[k] Curialis. i. quòd fiat curialis. Accursi.

[l] Siue. hoc respicit aliud siue, quod est sup.

[m] Legitimus. C. de natu. lib. l. communium. §. illo.

[n] Existit. & est ratio euidens, cum non debeant legitimis filijs suo facto præiudicium facere. quod potuit pater. & hanc differentiam plenam quæ tam in hac const. dicet.

[o] Sancitum est. s. olim.

[p] Simpliciter. i. sine distinctione Acc.

[q] Fortunæ alias fortuitæ.

[r] Enim. pro certe.

[s] Curiales. nam licet sit aliquis curialis, non tamen filius est; nisi specialiter efficiatur: vt hic, & C. de ijs qui spon. mu. l. fin lib. x.

[t] Persoluit. Not. villas & castra sub ciuitate

† Côtra. e. p tuas. in gl. super verbo appellauit. post prin. ibi. item si pater. ex q̃ h. sine legi. Villæ & castra sub ciuitate collecta faciunt.

† Bustrenorum. hinc apparet in. l. quoniã C. de naturali. liberis. legêdum esse Bostræ. ã nostra.

tium parentū, & liberos [a] hũs filios: hoc agere poterit. si verò ipse quispiā semetipsum offerat, hoc permittimus, cū nō alij legitimi sunt fratres. Si tamen aliquis offerre volētium suos naturales curijs, aut ex maxima oriatur ciuitate, [b] aut ex seniore Roma: huic damus licentiam, in quam voluerit metropolim [c] oblationem celebrare: & hanc esse regulam ēt in filiabus, vt iungat eas curialibus, aut ex ciuitate ipsa, ex qua orti sūt, aut sub qua villa aut vicus tributa persoluit, aut si qs liber simul & Romanus aut Byzantius [d] fuerit, cuicunq; curialiū alterius cuiuspiam, [e] metropolis tamen. Sic itaq; nobis curialium diligentia est: & iste modus [f] placet iuris legitimi: q a damus curialium naturaliū existēti solummodo filiorum patri, licet ex ancilla eos habeat, & liberos facere, & offerre curiæ ēm quod prædictum [g] est. Et adhuc amplius sancimus de causa, vt vel si nō pater offerat, liber autem semel filius fiat, possit & semetipsum offerre curiæ, etiam hic legitima non existente prole.

Legitimatus per curiæ oblationem patri legitimus successor efficitur: et repudiare poterit hæreditatem patris, & se à curia liberare: pater tamen non potest ei in testamento relinquere plus, quàm relinquat vni ex filijs, cui minus relinquit. Ange.

Et quoniam variæ etiā de huiusmodi personarum successione sancitū est: non videtur absurdū nobis & de successione, sicut prædiximus terminare. Si quis igitur naturali, secūdum hoc schema, i. oblationis, fiat curialis: erit patri & ab intestato successor, & ex voluntate, nihil dissimilis legitimis, & ex donatione percipere poterit patris, ita tamen, vt non amplius habeat vno horum, qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente. [h] Cum semel autem illi susceperint oblationem, & propterea ad ius legitimorum ascenderint: non sinimus eos abstinere se patrum hæreditate, aut videri quasi donationem in se factam, & ratam habitam ab eis relinquere, & fortuna [i] recedere. Manentes ita curiales, relictam aut donatam (sicut dudum à nobis dictum est) habebunt mensuram.

Si filius ab initio oblationem curiæ recusauerit, bona tamen paterna possidere reperitur, curiæ est adstrictus. quod locum habet etiam in filiabus. Ang.

Si verò ab initio refutauerit oblationem: manere liberi [k] præponentes, licet naturales, quam fieri ditiores & curiales: deinde videantur postea aut in totum, aut ex parte possidere res donatas aut relictas sibi, aut etiam alienare: tenebuntur omnino curiali fortunæ etiam inuiti: vt non adulterari [l] nobis videantur legislationem, & lucra quidem venentur, quæ occasione oblationis sint, repellāt autem fortunam propter quam lucra promeruerunt. [m] Et hoc similiter sancimus & in masculis oblatis curiæ, & in filiabus nubentibus curialibus nulla existente differentia, siue per masculos quispiam curiæ munera agat, siue per generos curiam in filiabus augere voluerit, & per illorum filios nouos adijcere prioribus curialibus filios eorum. [n]

Filius legitimatus, soli patri ab intestato succedit, non auo, vel ascendentibus, nec ēt cognatis patris, nec etiam agnascitur, licet sit legitimatus: nisi per quandam machinationem: nec ipsi eidem succedunt ab intestato, sed ex testamento vnus alteri succedere potest. Ang.

Filium verò per huiusmodi causam factū legitimum, ipsi soli genitori legitimum facimus, nō etiam extraneæ cognationi patris (dicimus [o] autem & ex quibus ille natus est, & qui ex vtroq; [p] sunt, & qui ex eo processerūt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblatum curię naturalem filium solummodo patri legitimum

ciuitate facere collectam vt hic, & C. eo. l. j. & ff. de censi. l. forma. & ius ciuitatis sequi: vt ff. ad mu ni. l. q ex vico. & C. de epi & cle. l. nulli. §. qd si inuito. Acc.

a Et liberos. & pro etiam.

b Ciuitate. Constantinopolitana.

c Metropolim. i. metropolitanæ ciuitatis.

d Bizantius. i. Constātinopolitanus. nā ea ciuitas primo dicta est Bizantium.

e Cuiuspiam offerat filiū suam copulādo curiali Metropolitanæ ciuitatis.

f Et iste modus s. naturalium filiorū & seruorum.

g Prædictum. vt s. eo. § qd verò nō est.

h Habente. sic & secundū hens matrimonium non amplius dat de suis secundæ coniugi, quā vni filiorum primi matrimonij, & cui minus dederit: vt s. de nup. §. optimū. & C. de sec. nup. l. hac edictali § 1. quod non pōt esse minus legitima vel hic vel ibi: vt s. de nup. §. illud. sed si esset hic solus, totum posset habere: vt C. eo. l. 4.

i Fortuna. vt C. eo. l. quoniā desideria. Accur.

k Liberi. à curia.

l Adulterari. sic s. de fi. instr. in prin. Acc.

m Promeruerunt. vbi enim est lucrū, & onus: vt C. de fur. l. si & de cad. tol. l. i. §. pro secundo. in fi. & ff. si quis omiss. cau. test. l. si non solus. in fi. j. respon.

n Eorum. Quid. n. interest quo istorū modorum quis curiæ prouideat: vt C. eo l. j. in fine.

o Dicimus. nunc exponit extra eam cognationem patris.

p Ex vtroque. s. latere: vt agnati & cognati: vt hic statim exponit: sic adoptatus non agnascitur cognatis patris.

mum fieri successorem, nullum tamen habere participium ad ascendẽtes, aut descendẽtes, aut ex latere agnatos vel cognatos pr̃is: aut illos aliquod habere participiũ ad illorum successiones: æquum etiam ei dantes priuilegium, vt sicut nec cognatis patris, nec illis sit ille successor, nec illi ad eius vocentur successionem, nisi fortè scripserit aut ipse illos, aut ab illis scribatur. soli enim patri fiunt legitimi, & cognati esse creduntur.

Si cum filijs aut nepotibus legitimatus decesserit, si curiales sint, ad eius successionem vocantur: nullo autem superstite eo decedente ab intestato, curialis ad nouem vncias vocatur, & ad reliquas tres, qui ex lege appellantur. Angel.

Ergo sanciendum est, qui factis [a] ita legitimis efficiantur successores. Et si quidem habuerit filios, qui [b] talis est, aut nepotes de legitimis sibi procreatos vxoribus & merito etiam curiales constitutos: modis omnibus ei succedant. Quid enim † legalius [c] est proprio filio ad [*] paternam successionem? Si vero filios habuerit non curiales q̃nq; sibi [d] progenitos, tunc legitima [e] mensura veniat ad fiscũ & curiam: reliquum verò quantumcunque fuerit, ad illos filios, qui curiales non sunt, accedat. Si verò etiam generaliter nulla ei sit proles, & moriatur intestatus: nouem quidem vncias curia & fiscus habeat, secundum quod dudum á nobis sancitum est: in reliquis autem tribus vncijs qui ex lege vocantur, omnibus modis veniẽt: aut si testatus fuerit, ad scriptos descendent hęredes. Semel autem factum curialem lex suscipiens, & inscribẽs curię & successiones, & aliam omnem ordinatam dedit vitę successionem & quæstum. Si quis autẽ vel ex genere, [f] vel extraneus scriptus forsan, aut etiã non scriptus voluerit adire Imperium, & semetipsum offerre curiæ: licẽtiam habeat hoc agendi, & distributam curiæ partem accipiẽs fieri curialis, & tam fortunæ quàm functionum successor, si hoc Imperium annuerit. Si quis autem legitimos quidem filios non habeat, naturales autem ei solummodo sint liceat ei curiæ honore scribere eos hæredes: & scriptura pro omni oblatione [g] consistat, & non egeat hoc antiquarum legum alia adiectione, neque oblatione, dum superstites essent: [h] sed ex hoc ipso scripti si liberi sint, curiales simul & hæredes fiant, & habeant ipsi substantiæ nouem [i] vncias, sicut pater eis distribuerit. Sin autem etiam totum eis relinquere voluerit, adhuc faciet melius: verũ tamen vsque ad nouem vncias omnimodo eis relinquat, sciens quia si reliquerit minus, [k] á lege [l] modis omnibus supplementum substantiæ fiet: illi verò si voluerint, curiales fiant. Si verò aliqui quidem eligant aliqui verò refutent: ad eos qui eligunt, refutantium veniat portiones. [m] Si verò omnes renuerint, tunc tanquam filijs non existentibus ita ad curiam veniant nouem vnciæ omnes. Si verò ille quidem tacuerit, [n] filiorum verò legitimorum ei non sit proles: tunc legitima quidem pars ad hęredes ab intestato veniat: filij verò naturales si voluerint semetipsos offerre curię, hoc faciant, sicuti [o] voluerint, siue omnes, siue quidam ex eis: & modis omnibus nouem vnciæ substantiæ ad curiales aut curialem perueniat. Si verò etiam ex ancilla ei nati sunt, si eos manumiserit aut viuẽs, aut in testamento obtulerit [p] eos, etiam sic suscipiãtur, & sint curiales, sicut testator voluit aut sicut eorum desiderium fuit. Offerens enim semetipsos curiæ, percipient (sicuti dictum est) nouem vncias, vndique enim volumus, vel si testetur, vel si non facta voluntate [q] decesserint, eos qui ad curiam veniũt, nouem vncias accipere. Si vero manumiserit quidem solummodo, non tamen obtulerit, aut illi etiam sic volunt, aut quidam ex eis ad curiam respicere: etiam tunc nouem vnciæ curiam agenti vel agentibus [r] secundum quantitatem dentur. Si verò nullus naturalium aut velit, aut offeratur, tunc nouem vncias curia percipiat. Palam quippe est, quia simul sequitur vbique fiscus secundum constitu-

tris, nec succedit: vt C. de adop. l. pen. §. ideo sancimus. Item facit instit. de sen. cogna. in fi.

[a] Qui factis. datiui casus. Accur.

[b] Qui. id est, qui curiæ oblatus est. Acc.

[c] Legalius. i. debetur magis ex lege. q. d. nihil, cum etiam viuo patre dñs ẽ filius: vt ff. de libe. & posth. l. in suis. & eadem persona: vt C. de impu. & aliis sub. l. fi. & ideo debita bona patris filio: vt hic, & ff. vnde libe. l. scriptu herede. in fi. & ff. de bo. dam. l. fi. j. respon. & §. fin.

[d] Sibi. s. siue antea, siue postea. Accur.

[e] Legitima. q̃ determinat lege. s. quarta: vt C. qñ & qui. quar. pars de. l. j. & ij. in princ lib. x.

[f] Ex genere. eius qui decessit.

[g] Obligatione. i. ac si esset data curiæ.

[h] superstites essent. s. parentes.

[i] Noue. qñ est vnus vel plures quod dic. vt ĩ. de trien & semi. diximus. §. excipiat. colla. j.

[k] Minus. quod enim lex dat, priuatus auferre non põt: vt hic, & vt arg. ĩ. de nup. §. si vero nõ solum. l fi.

[l] A lege. supplet lex, in quo homo deficit vt ff de re iudi. l. 3. §. si quis, & C. de inoff. sic. testa. l. oimodo.

[m] Portiones. sic C. qñ nõ pe. par. l. j. Ac.

[n] Tacuerit. s. testõ.

[o] Sicuti. s. non facto testamento.

[p] Obtulerit. s. eos curiæ. Acc.

[q] Voluntate. s. testamento non facto Ac.

[r] Vel agentibus. i. in curia existentibus.

† Cõe. c. ius nãle. j. distinc.

[*] Aliàs venite, & aliàs hęre ptnã &c.

Consti-

stitutionem [a] de hoc à nobis positam. De naturalibus itaque qui per transitum [b] ad curiam fiunt legitimi, & de modo [c] secundum quem offeruntur, & successionibus, hæc à nobis purè sancita sunt. Tribus autem [d] alijs constitutionibus scriptis Zeno [e] quidem piæ memoriæ, nō de futuris aliquid plene sanciuit, sed de iam præteritis: quàm scribi ideo solummodo permisimus, vt eos [f] quibus illa forte constitutio prodest, quòd [g] descendit eorum exinde proles, non hac vtilitate priuaremus: sicut etiam Anastasij [h] piæ memoriæ, quæ naturales adoptare contribuit, non esse importunam decætero nostris subiectis permittimus, nisi ad hoc positam solummodo finimus, vt si qua vtilitas alijs quibus exinde reposita est, hanc non videamur per nostras amputare leges. Oportet enim semper aliquod inchoare bonum, non ea quæ à quibusdam præexistunt, destruere. [i] nostri.n.patris approbamus constitutionem, [k] temperatè quidem introductam, & ordinatè positam: quę adoptiones naturalium prohibuit, multam absurditatem habentes, & indiscrete velut aduenas quosdam legitimis naturales superinducentes.

CAP. II. De secundo legitimationis modo per instrumenta dotalia.

Reliqui igitur sunt modi, qui à nobis inuenti sunt, quos percurremus, [l] legitimū ius pbētes eis, q erāt primitꝰ naturales: circa quorū successionē nō laborauimus. semel.n.eos efficiētes legitimos, [m] damus habere ēt successiones illas, quas hñt ij, q ab initio legitimi sunt. Si qs igit' dotalia [n] scripserit ad libertam [o] in principio, siue ad liberam mulierem, cui omnino licet copulari in concubinæ schemate sibi, aut legitimorum filiorum iam pater [p] existens, aut etiam filiorum naturalium pater, legitimas esse nuptias, & filios vel præcedentes, vel conceptos, legitimos ei esse sancimus. & licet postea non nascantur filij ei, aut etiam nati moriantur, nihilominus prior soboles [q] legitima consistit. Affectus enim circa filios ita ei procedens, qui eum etiā ad dotale prouocauit instrumentum, ipse dedit secundis filijs occasionem, qui postea nati sunt, [r] legitimi iuris. Quapropter absurdum erat, benignam occasionem quam posteri sibi filij inuenerunt ex prioribus sumentes, eam non etiam prioribus legitimum ius simul & sine calumnia circa patrū dare successiones. Palam enim est, quia iuniores [s] filij ex lege [t] facti sunt sui, hoc initium dotalibus præbentibus. Quapropter vnum amborum fecimus ordinem, & decætero calumnias pluri mis abstulimus constitutionibus: [u] illud dicentes, vt vel si non habuerit filios postea pater, dotalia tamen exposuerit instrumenta: etiam sic nihilominus suos habeat filios. Vt enim nascerentur ei filij alij, casus quidam forte potestatem & licentiam habuit: sicut etiam natos auferre: affectionis vero probationem, quæ in prioribus fuit natis, hoc est ante dotalia instrumenta, præbentem legitimum ius, nihil tale fuit quod auferre [x] omnino potuerit. Insuper etiā ex rationalibus hoc adiectum est causis, q si ante dotalia cōceptus quidē est filius, natus aūt post dotalia: auxiliator sui fit. [y] qui ēt ex prioribus constitutionibus hoc facere potuit. & quædam à nobis inuenta [z] est rō regularis optimè narrans de ordine nascentiū. Cum.n. dubitatur, vtrum oporteat cōceptus, [a] an partus respici tēpus, sancimus, vt non tēpus conceptus, sed partus inspiciatur, pp filiorum vtilitatem. Si verò cōtigerit tales alias excogitari circunstantias casuū, in quibus est vtilius conceptionis tempus quàm partus: tempus illud valere magis præcipimus, quod vtilius sit nascenti. [b]

CAP. III. De tertio modo legitimationis per principis rescriptum.

Fiunt

[a] Constitutionem. j. eod. §. semel. & §. si quis autem.
[b] Per transitum. tūc enim fit transitus, cum curiæ offertur.
[c] De modo. s. oblationis.
[d] Tribus aūt. q̄ statī nominabunt. Acc.
[e] Zeno. vt C eo. ti. l. diui Cōstantini. Acc.
[f] Vt eos ratio quare illæ cōstitutiones positæ sunt.
[g] Quòd. i. quia.
[h] Anastasij. vt C. eo. l. iubemus.

Corrigi lex in dubio non debet.

[i] Destruere. & sic no. q in dubio non debemꝰ corrigere legem. vt hic, & C. de app. l. præcipimus. in fi. argu j. vt frat. fi. j. respō. Sed illud qđ expresse corrigitur.
[k] Constitutionem. quæ est C. eo. l. legem Anastasi.
[l] Percurremus. modo statim Acc.
[m] Legitimos sm modum j. scriptum.
[n] Dotalia. i. instrā.
[o] Libertā. quod de liberta dicit, intellige, si legitimos non hēt, sm distinctioné quā habes j. de triē. & semi § si. quam dicunt quidam tolli p illā j. vt liber. dece. §. pen Acc.
[p] Pater. s. tantum. nam in vtroque casu idem est: vt hic. & j. de trien. & se. § si. & insti. de hære. quæ ab intest. § 2.
[q] Soboles. s. nata tēpore concubinatus.
[r] Nati sunt. Post nuptias contractas.
[s] Iuniores. i. posteriores nati.
[t] Ex lege. i. per legē.
[u] Cōstitutionibus. s. nostris tribus: vt C. eo. tit. l. cum quis. & l. nuper. & l. si.
[x] Auferre. q. d. casus licet eē potuit vt nascerent filij, sicut & q nati morerent Ac.
[y] Sit. i. fit legitimꝰ.
[z] inuenta. C. de na. li. l. nup. §. & multo.
[a] Cōceptus. i. conceptionis casus genitus.
[b] Nascenti. vt ff. de sta. ho. l. qui in vtero.

Sanci-

[p] Facit ad hoc c. tā est vis. cū gl. j. eo. §. si. & ī tit. qui fi. sint legi. vbi dr, q p matrimonium subseqnēs legitimantur filij añ matrimonij genitiʼ.

Fiunt filij legitimi precibus principi oblatis, & testaméto patris ostenso, si eos per rescriptum morte præuentus legitimare non potuit. Bart.

tíum parentū, & liberos [a] hñs filios: hoc agere poterit. si verò ipse quispiā semetipsum offerat, hoc permittimus, cū nō alij legitimi sunt fratres. Si tamen aliquis offerre volētium suos naturales curijs, aut ex maxima oriatur ciuitate, [b] aut ex seniore Roma: huic damus licentiam, in quam voluerit metropolim [c] oblationem celebrare: & hanc esse regulam ēt in filiabus, vt iungat eas curialibus, aut ex ciuitate ipsa, ex qua orti sūt, aut sub qua villa aut vicus tributa persoluit, aut si qs liber simul & Romanus aut Byzantius [d] fuerit, cuicunq; curialiū alterius cuiuspiam, [e] metropolis tamen. Sic itaq; nobis curialium diligentia est: & iste modus [f] placet iuris legitimi: q a damus curialium naturaliū existēti solummodo filiorum patri, licet ex ancilla eos habeat, & liberos facere, & offerre curiæ ſm quod prædictum [g] est. Et adhuc amplius sancimus de causa, vt vel si nō pater offerat, liber autem semel filius fiat, possit & semetipsum offerre curiæ, etiam hic legitima non existente prole.

Legitimatus per curiæ oblationem patri legitimus successor efficitur: et repudiare poterit hæreditatem patris, & se à curia liberare: pater tamen non potest ei in testamento relinquere plus, quàm relinquat vni ex filijs, cui minus relinquit. Ange.

Et quoniam variæ etiā de huiusmodi personarum successione sanciū est: non videtur absurdū nobis & de successione, sicut prædiximus terminare. Si quis igitur naturali, secūdum hoc schema, i. oblationis, fiat curialis: erit patri & ab intestato successor, & ex voluntate, nihil dissimilis legitimis, & ex donatione percipere poterit patris, ita tamen, vt non amplius habeat vno horum, qui ab initio legitimi sunt, & inter omnes minus habente. [h] Cum semel autem illi susceperint oblationem, & propterea ad ius legitimorum ascenderint: non sinimus eos abstinere se patrum hæreditate, aut videri quasi donationem in se factam, & ratam habitam ab eis relinquere, & fortuna [i] recedere. Manentes ita curiales, relictam aut donatam (sicut dudum à nobis dictum est) habebunt mensuram.

Si filius ab initio oblationem curiæ recusauerit, bona tamen paterna possidere reperitur, curiæ est adstrictus. quod locum habet etiam in filiabus. Ang.

Si verò ab initio refutauerit oblationem: manere liberi [k] præponentes, licet naturales, quam fieri ditiores & curiales: deinde videantur postea aut in totum, aut ex parte possidere res donatas aut relictas sibi, aut etiam alienare: tenebuntur omnino curiali fortuna etiam inuiti: vt non adulterari [l] nobis videantur legislationem, & lucra quidem venentur, quæ occasione oblationis sint, repellāt autem fortunam propter quam lucra promeruerunt. [m] Et hoc similiter sancimus & in masculis oblatis curiæ, & in filiabus nubentibus curialibus nulla existente differentia, siue per masculos quispiam curiæ munera agat, siue per generos curiam in filiabus augere voluerit, & per illorum filios nouos adijcere prioribus curialibus filios eorum. [n]

Filius legitimatus, soli patri ab intestato succedit, non auo, vel ascendentibus, nec ēt cognatis patris, nec etiam agnascitur, licet sit legitimatus: nisi per quandam machinationem: nec ipsi eidem succedunt ab intestato, sed ex testamento vnus alteri succedere potest. Ang.

Filium verò per huiusmodi causam factū legitimum, ipsi soli genitori legitimum facimus, nō etiam extraneæ cognationi patris (dicimus [o] autem & ex quibus ille natus est, & qui ex vtroq; [p] sunt, & qui ex eo processerūt) facimus eum velut ex quadam machinatione cognatum. Sancimus enim oblatum curiæ naturalem filium solummodo patri legitimum

ciuitate facere collectam: vt hic, & C. eo. l. 3. & ff. de censi. l. forma. & ius ciuitatis sequi: vt ff. ad mun. l. q ex vico. & C. de epi & cle. l. nulli. §. qd si inuito. Acc.
[a] Et liberos. & prin etiam.
[b] Ciuitate. Constantinopolitana.
[c] Metropolim. i. metropolitanæ ciuitatis.
[d] Bizantius. i. Constātinopolitanus. nā ea ciuitas primo dicta est Bizantium.
[e] Cuiuspiam offerat filiā suam copulādo curiali Metropolitanæ ciuitatis.
[f] Et iste modus. s. naturalium filiorū & seruorum.
[g] Prædictum. vt s. eo. §. qd verò nō est.
[h] Habente. sic & secundo ʒhens matrimonium non amplius dat de suis secundæ coniugi, quā vni filiorum primi matrimonij, & cui minus dederit: vt s. de nup. §. optimū. & C. de sec. nup. l. hac edictali § 1. quod non pōt esse minus legitima vel hic vel ibi: vt s. de nup. §. illud. sed si esset hic solus, totum posset habere: vt C. eo. l. 4.
[i] Fortuna. vt C. eo. l. quoniā desideria. Accur.
[k] Liberi. à curia.
[l] Adulterari. sic s. de fi. instr. in prin. Acc.
[m] Promeruerunt. vbi enim est lucrū, & onus: vt C. de fur. l. si & de cad. tol. l. 1. §. pro secundo. in fi. & ff. si quis omiss. cau. test. l. si non solus. in fi. j. tempon.
[n] Eorum. Quid. n. interest quo istorū modorum quis curiæ prouideat? vt C. eo l. 3. in fine.
[o] Dicimus. nunc exponit extra eam cognationem patris.
[p] Ex vtroque. s. latere: vt agnati & cognati: vt hic statim exponit: sic adoptatus non agnascitur cognatis patris.

mum fieri successorem, nullum tamen habere participium ad ascendẽtes, aut descendẽtes, aut ex latere agnatos vel cognatos pr̃is: aut illos aliquod habere participiũ ad illorum successiones: æquum etiam ei dantes priuilegium, vt sicut nec cognatis patris, nec illis fit ille successor, nec illi ad eius vocentur successionem, nisi fortè scripserit aut ipse illos, aut ab illis scribatur. soli enim patri fiunt legitimi, & cognati esse creduntur.

Si cum filijs aut nepotibus legitimatus decesserit, si curiales sint, ad eius successionem vocantur: nullo autem superstite eo decedente ab intestato, curialis ad nouem vncias vocatur, & ad reliquas tres, qui ex lege appellantur. Angel.

Ergo sanciendũ est, qui factis [a] ita legitimis efficiantur successores. Et si quidem habuerit filios, qui [b] talis est, aut nepotes de legitimis sibi procreatos vxoribus & merito etiam curiales constitutos: modis omnibus ei succedant. Quid enim † legalius [c] est proprio filio ad * paternam successionem? Si vero filios habuerit non curiales quõq; sibi [d] progenitos, tunc legitima [e] mensura veniat ad fiscũ & curiam: reliquum verò quantumcunque fuerit, ad illos filios, qui curiales non sunt, accedat. Si verò etiam generaliter nulla ei sit proles, & moriatur intestatus: nouem quidem vncias curia & fiscus habeat, secundum quod dudum à nobis sancitum est: in reliquis autem tribus vncijs qui ex lege vocantur, omnibus modis veniẽt: aut si testatus fuerit, ad scriptos descendent hęredes. Semel autem factum curialem lex suscipiens, & inscribẽs curię & successiones, & aliam omnem ordinatam dedit vtrę successionem & quæstum. Si quis autẽ vel ex genere, [f] vel extraneus scriptus forsan, aut etiã non scriptus voluerit adire Imperium, & semetipsum offerre curiæ: licẽtiam habeat hoc agendi, & distributam curiæ partem accipiẽs fieri curialis, & tam fortunæ quam functionum successor, si hoc Imperium annuerit. Si quis autem legitimos quidem filios non habeat, naturales autem ei solummodo sint liceat ei curiæ honore scribere eos hæredes: & scriptura pro omni oblatione [g] consistat, & non egeat hoc antiquarum legum alia adiectione, neque oblatione, dum superstites essent: [h] sed ex hoc ipso scripti si liberi sint, curiales simul & hæredes fiant, & habeant ipsi substantiæ nouem [i] vncias, sicut pater eis distribuerit. Sin autem etiam totum eis relinquere voluerit, adhuc faciet melius: verũ tamen vsque ad nouem vncias omnimodo eis relinquat, sciens quia si reliquerit minus, [k] à lege [l] modis omnibus supplementum substantiæ fiet: illi verò si voluerint, curiales fiant. Si verò aliqui quidem eligant aliqui verò refutent: ad eos qui eligunt, refutantium veniat portiones. [m] Si verò omnes renuerint, tunc tanquam filijs non existentibus ita ad curiam veniant nouem vnciæ omnes. Si verò ille quidem tacuerit, [n] filiorum verò legitimorum ei non sit proles: tunc legitima quidem pars ad hęredes ab intestato veniat: filij verò naturales si voluerint semetipsos offerre curię, hoc faciant, sicuti [o] voluerint, siue omnes, siue quidam ex eis: & modis omnibus nouem vnciæ substantiæ ad curiales aut curialem perueniat. Si verò etiam ex ancilla ei nati sunt, si eos manumiserit aut viuẽs, aut in testamento obtulerit [p] eos, etiam sic suscipiãtur, & sint curiales, sicut testator voluit aut sicut eorum desiderium fuit. Offerens enim semetipsos curiæ, percipient (sicuti dictum est) nouem vncias, vndique enim volumus, vel si testetur, vel si non facta voluntate [q] decesserit, eos qui ad curiam veniũt, nouem vncias accipere. Si vero manumiserit quidem solummodo, non tamen obtulerit, aut illi etiam sic volunt, aut quidam ex eis ad curiam respicere: etiam tunc nouem vnciæ curiam agenti vel agentibus [r] secundum quantitatem dentur. Si verò nullus naturalium aut velit, aut offeratur, tunc nouem vncias curia percipiat. Palam quippe est, quia simul sequitur vbique fiscus secundum constitu-

tris, nec succedit: vt C. de adop. l. pen. §. ideo sancimus. Item facit instit. de set. cogna. in fi.

[a] Qui factis. datiui casus. Accur.

[b] Qui. idest, qui curiæ oblatus est. Acc.

[c] Legalius. i. debetur magis ex lege q̃ d. nihil. cum etiam viuo patre dñs ẽ filius: vt ff. de libe. & posth. l. I suis. & eadem persona: vt C. de impu. & aliis sub. l. fi. & ideo debita bona patris filio: vt h'c, & ff. vnde libe. l. scripto hęrede. in fi. & ff. de bo. dam. l. fi. j. respon. & §. fin.

[d] Sibi. s. siue antea, siue postea. Accur.

[e] Legitima. q̃ determinat lege. s. quarta: vt C. q̃n & qui. quar. pars de. l. j. & ij. in prine lib. x.

[f] Ex genere. eius qui decessit.

[g] Obligatione. i. ac si esset datus curiæ.

[h] Superstites essent. s. parentes.

[i] Nouẽ. q̃n est vnus vel plures quod dic. vt ĩ. de trien & semi. diximus. §. excipiatur. coll. 4. j.

[k] Minus. quod enim lex dat, priuatus auferre non põt: vt hic. & vt arg. ĩ. de nup. §. si vero nõ solum. l fi.

[l] A lege. supplet. lex, in quo homo deficit vt ff de re iudi. l. j. §. si quis. & C. de inoff. tes. testa. l. oĩmodo.

[m] Portiones. sic C. q̃n nõ pe. par. l. j. Ac.

[n] Tacuerit. s. testõ.

[o] Sicuti. s. non facto testamento.

[p] Obtulerit. s. eos curiæ. Acc.

[q] Voluntate s. testamento non facto Ac.

[r] Vel agentibus. i. in curia existentibus.

Consti-

† Cõc. c. ius nãle. j. distinc.

* Aliàs venite. & aliàs hęre pinã &c.

ſtitutionem [a] de hoc à nobis poſitam. De naturalibus itaque qui per tranſitum [b] ad curiam fiunt legitimi, & de modo [c] ſecundum quem offeruntur, & ſucceſſionibus, hæc à nobis purè ſancita ſunt. Tribus autem [d] alijs conſtitutionibus ſcriptis Zeno [e] quidem piæ memoriæ, nō de futuris aliquid plene ſanciuit, ſed de iam præteritis: quàm ſcribi ideo ſolummodo permiſimus, vt eos [f] quibus illa forte conſtitutio prodeſt, quòd [g] deſcendit eorum exinde proles, non hac vtilitate priuaremus: ſicut etiam Anaſtaſij [h] piæ memoriæ, quæ naturales adoptare contribuit, non eſſe importunam decætero noſtris ſubiectis permittimus, niſi ad hoc poſitam ſolummodo ſinimus, vt ſi qua vtilitas aliquibus exinde repoſita eſt, hanc non videamur per noſtras amputare leges. Oportet enim ſemper aliquod inchoare bonum, non ea quæ à quibuſdam præexiſtunt, deſtruere. [i] noſtri.n.patris approbamus conſtitutionem, [k] temperatè quidem introductam, & ordinatè poſitam: quę adoptiones naturalium prohibuit, multam abſurditatem habentes, & indiſcrete velut aduenas quoſdam legitimis naturales ſuperinducentes.

CAP. II. De ſecundo legitimationis modo per inſtrumenta dotalia.

Reliqui igitur ſunt modi, qui à nobis inuenti ſunt, quos percurremus, [l] legitimũ ius ꝓbētes eis, q erāt primitꝰ naturales: circa quorũ ſucceſſionē nō laborauimus. ſemel.n.eos efficiētes legitimos, [m] damus habere ēt ſucceſſiones illas, quas hñt ij, q ab initio legitimi ſunt. Si qs igit[n] dotalia [o] ſcripſerit ad libertam [?] in principio, ſiue ad liberam mulierem, cui omnino licet copulari in concubinæ ſchemate ſibi, aut legitimorum filiorum iam pater [p] exiſtens, aut etiam filiorum naturalium pater, legitimas eſſe nuptias, & filios vel præcedentes, vel conceptos, legitimos ei eſſe ſancimus. & licet poſtea non naſcantur filij ei, aut etiam nati moriantur, nihilominus prior ſoboles [q] legitima conſiſtit. Affectus enim circa filios ita ei procedens, qui eum etiā ad dotale prouocauit inſtrumentum, ipſe dedit ſecundis filijs occaſionem, qui poſtea nati ſunt, [r] legitimi iuris. Quapropter abſurdum erat, benignam occaſionem quam poſteri ſibi filij inuenerunt ex prioribus ſumentes, eam non etiam prioribus legitimum ius ſimul & ſine calumnia circa patrũ dare ſucceſſiones. Palam enim eſt, quia iuniores [s] filij ex lege [t] facti ſunt ſui, hoc initium dotalibus præbentibus. Quapropter vnum amborum fecimus ordinem, & decætero calumnias plurimis abſtulimus conſtitutionibus: [u] illud dicentes, vt vel ſi non habuerit filios poſtea pater, dotalia tamen expoſuerit inſtrumenta: etiam ſic nihilominus ſuos habeat filios. Vt enim naſcerentur ei filij alij, caſus quidam forte poteſtatem & licentiam habuit: ſicut etiam natos auferre: affectionis vero probationem, quæ in prioribus fuit natis, hoc eſt ante dotalia inſtrumenta, præbentem legitimum ius, nihil tale fuit quod auferre [x] omnino potuerit. Inſuper etiā ex rationalibus hoc adiectum eſt cauſis, ꝙ ſi ante dotalia cōceptus quidē eſt filius, natus aũt poſt dotalia: auxiliator ſui ſit. [y] qui ēt ex prioribus conſtitutionibus hoc facere potuit. & quædam à nobis inuenta [z] eſt rō regularis optimè narrans de ordine naſcentiũ. Cum.n.dubitatur, vtrum oporteat cōceptus, [a] an partus reſpici tēpus, ſancimus, vt non tēpus conceptus, ſed partus inſpiciatur, ꝑꝑ filiorum vtilitatem. Si verò cōtigerit tales aliquas excogitari circunſtantias caſuũ, in quibus eſt vtilius conceptionis tempus quàm partus: tempus illud valere magis præcipimus, quod vtilius ſit naſcenti. [b]

CAP. III. De tertio modo legitimationis per principis reſcriptum.

Fiunt

[a] Conſtitutionem. ſ.eod.§.ſemel.& §.ſi quis autem.
[b] Per tranſitum. ſic enim fit tranſitus, cum curiæ offertur.
[c] De modo. ſ.oblationis.
[d] Tribus aūt. q ſtatī nominabunt. Acc.
[e] Zeno. vt C.eo.ti.l. diui Cōſtantini. Acc.
[f] Vt eos. ratio quare illæ cōſtitutiones poſitæ ſunt.
[g] Quòd.i.quia.
[h] Anaſtaſij. vt C.eo. l.iubemus.
[i] Deſtruere. & ſic no. ꝙ in dubio non debent corrigere legem. vt hic, & C.de app.l.præcipimus.in ſi.contra ſ. vt fra.ſi j.reſpō. Sed illud qñ capitiſſe corrigitur.
[k] Conſtitutionem. quæ eſt C.eo.l.legem Anaſtaſi.
[l] Percurremus. modo ſtatim Acc.
[m] Legitimos ſm modum ſ.ſcriptum.
[n] Dotalia.ſ.inſtrā.
[o] Libertā. quod de liberta dicit, intellige, ſi legitimos non hēt, ſm diſtinctionē quā habes ſ.de triē. & ſemi §.ſi.quam dicunt quidam tolli ꝑ illā ſ. vt liber. dece. §.pen Acc.
[p] Pater. ſ.tantum. nam in vtroque caſu idem eſt: vt hic,& ſ.de trien. & ſe.§ ſi. & inſti.de hære. quæ ab inteſt.§ 2.
[q] Soboles.ſ.nata tēpore concubinatus.
[r] Nati ſunt. Poſt nuptias contractas.
[s] Iuniores. i. poſteriores nati.
[t] Ex lege.i.per legē.
[u] Cōſtitutionibus. ſ.noſtris tribus i vt C. eo.tit.l.cum quis. & l.nuper.& l.ſi.
[x] Auferre.q.d.caſualiter eē potuit vt naſcerent filij, ſicut & ꝙ nati morerent Ac.
[y] Sit.i ſit legitimꝰ.
[z] inuenta.C.de na.li.l.nup.§.& multo.
[a] Cōceptus.i.conceptionis i caſus geniturę.
[b] Naſcenti. vt ff.de ſta. ho.l.qui i vtero.

Sanci-

Corrigi lex in dubio non debet.

[n] Facit ad hoc c. ita eſt vis. cū gi.ſ.eā,q ſi.ſunt legi.vbi dī, ꝙ ꝑ matrimonium ſubſeqēs legitimantur filij añ matrimonium geniti.

Fiunt filij legitimi precibus principi oblatis, & testamēto patris ostenso, si eos per rescriptum mortè preuentus legitimare non potuit. Bart.

Illud tamen à nobis sancitū [a] est, vt si quis voluerit legitimam suā facere sobolem, & non habuerit vxorem talium filiorum matrem: aut filios quidem valde diligat, mulier autem non sine peccato [b] sit apud eum, neq; digna sit quolibet legitimo nomine: & propterea aut moriente muliere, aut legitimo iure non digna in matrimonio putanda: aut causa à filijs maligne tractata, [c] aut ex studio muliere celata, aut à filijs, aut fortè aliter ei diuitijs accedentibus, ne iure legitimorum vlnm pater, & fructum defuncta matre tanquam sub potestate filijs cōstitutis habeat. Si quis [d] ergo filios legitimos non habens, sed tantummodo naturales, ipsos quidem legitimos facere voluerit, mulierem verò in promptu non habeat omnino: aut habeat quidem, non tamen sine peccato, aut si non appareat, aut aliter dotalium instrumentorum non habeat facultatem (quid.n. si ad sacerdotiū alter eorum ascendat?) damus ei fiduciam (hoc quod dudum gessimus) ad legitimum ius filios educere naturales, legitimis sicuti prædiximus non existentibus per quandam huiusmodi viam. Sicut enim sunt modi, qui seruos ad libertatem simul & ad ingenuitatem deducunt, & naturæ restituunt: ita si pater nō habuerit legitimam prolem, & voluerit eos restituere naturæ & antiquæ ingenuitati, siue ex ingenua nascantur ei, siue ex liberta, & legitimos decætero & sub potestate habere: hoc agat per nostrum rescriptum, [e] Non enim fuit in principio quando natura hominibus sanciebat sola, ante quam scriptę procederent leges, quædam differentia naturalis atque legitimi: sed primis parentibus primi filij (sicut præsentem inchoantes diximus [f] legem) etiam ipso processu nati legitimi fiebant. & sicut in liberis natura quidem fecit liberos omnes, bella verò seruitutem [g] adinuenerunt: sic etiam hinc nobis natura legitimas protulit soboles: ad concupiscentiam verò facta conuersio [h] naturale ius eis inseruit. Quapropter similibus passionibus exortis conuenit curam ex æqualibus inueniri. [i] aliam quidem à prioribus nostris, aliam verò à nobis. Sit igitur licentia patri in prædictis casibus matrem in prio re schemate relinquenti, imperio preces offerre, hoc declarantes, quia vult naturales suos filios restituere naturæ, & antiquæ ingenuitati, & iuri legitimo, vt sub potestate eius consistant, nihil à legitimis filijs differentes. quo facto, [k] ex hoc [l] filios frui huiusmodi adiutorio. vnà [m] namq; hoc modo omnes huiusmodi naturæ digressiones & opiniones in ijs, qui legitimos non habent filios, curamus: sic breui solatio tantum impetum naturę corrigentes. Si verò is qui solummodo naturalium filiorū est pater, per quosdam fortuitos casus non valuerit hoc agere, moriens autem sub quodam prędictorum ca suum scripserit testamentum, volens sibi legitimos esse filios successores: & in hoc damus ei licentiam, & fiduciam, supplicantibus [n] tamen etiam sic filijs post mortem patris, & hoc dicentibus, & ostendentibus patris testamentum, & hæredibus existentibus secundum legem: hoc quoque donum habeant patris & principis, [o] idest dicere, naturæ simul & legis.

Generaliter autem in omnibus qui per prædictos modos deducuntur ad legitimum ius: tunc hoc volumus obtinere, dum & filij hoc ratum habuerint. Nam si soluere ius patrię potestatis inuitis filijs non permissum est [p] patribus, multò magis sub potestatem redigere inuitum filium & nolētem, siue per oblationem ad curiam, siue per instrumentorū celebrationem, siue per aliam quamlibet machinationē tanquā sortem [q] metuentē paternam

---

[a] Sancitum. I. quib. mo na. ef. le. §. nouimus & §. si quis vero. & §. liceat igitur. & §. si vero. col. 6.
[b] Peccato. quia meretrix.
[c] Tractata. s. his modis. s. aut ex &c.
[d] Si quis. reperit, vt soluat.
[e] Rescriptum. quod vulgo appellant Bononienses mamburdium. i. imperiale rescriptum.
[f] Diximus. vt s. eo. §. natura quidem.
[g] Seruitutem. eo modo qui dicitur, insti. de jur. natu. §. ius autem. Acc.
[h] Conuersio. quia homines conuertuntur ad concubinas. Accur.
[i] Inueniri. similis morbus similem desiderat medic. nam: vt dixi. s. quib. mo. nat. eff. legi. §. liceat igitur.
[k] Facto. i. prec. h Imperatori oblatis declarato, quia vult filios restituere naturæ.
[l] Hoc. s. tempore.
[m] Vnà. i. simul.
[n] Supplicantibus. s. nobis.
[o] Principis. hoc accipe, qñ pater dicens eos naturales volebat tñ eos, vt legitimos reputari. si aūt solum eos filios diceret. nec adderet naturales siue in testamento, siue in scriptura, vbi subscripse runt tres testes, siue in gestis, erunt legitimi, licet se principi non offerant: & quod plus est. vni testim. omnio dato, alijs prodest, vt infra vt li. ma. & auiç. §. ad hęc. col. 8.
[p] Permissum est. vt C. de eman. lib. l. nec auus in fi. & l. iubemus. in fi. nec seruus qñq; manumittitur inuitus: vt. C. de test. ma. l. fi. §. si vero q. dā. ibi, nolentib &c.
[q] Sortem. forte enim prauæ conuersationis & periurii fi mortis est iste pater.

Nam

nam,iustũ nõ est: [a] neq; imperij & legislatoris po nimus ꝓpriũ. [b] Si verò plurimis existẽtib. filijs, alij qdem eligant.alij respuant: ij,qui volũt legiti mi fieri,fiant,alijs in iure nãli manẽtib⁹. [c] & hoc dicimus, nullũ priorũ [d] legitimorũ ꝑtinentes mo dũ,sed hunc [e] adijcientes alijs,in qbus [f] illos accipere non licet. Oĩno enim legitimis existentibus, deinde naturalibus ꝑuenientibus,nequaquã ĩ legitimorũ eis adijcit, nisi oĩno aut per curiam, aut per nr̃as cõstitutiões, q̃ totalium instrumentorũ introduxerunt modũ. Adoptionis aũt modum, qui fuit olim à qbusdam ante nos imperatorib. [g] super naturalibus putatus non improbus, inconuenientes, ſm paternæ constitutionis [h] virtutem & nos(sicuti dictum est)excludimus,qm castitatem non perfectè considerauit.Et non erit decens, vt quæ bene exclusa sunt,in rempublicam rursus introducãtur. Quapropter his à nobis sancitis atque manifestatis quo conueniat modo ad ciuitatem Romanã legitimorumq; ius transire: nihil de successionibus super talibus est dicendũ.Nam sicut in cęteris ab initio legitimis oportet etiam in his fieri successiones. [i]

CAP.IIII.De successione omnium naturalium filiorum.

Discretis igitur & ijs, qui facti sunt legitimi, [k] & ij,qui manserunt naturales,ordinãdum estiam ẽt de successionibus eorũ.Valenti [l] si quidẽ & Valentiniano & Gratiano [†] diuæ memoriæ primis [m] placuit,humanũ aliquid agere circa naturales. Et si quidem fit naturaliũ patri legitima soboles ; vna vncia eos dignos esse fecerunt:& hãc cum sua matre [n] nõ donari,neque ex vltima dari voluntate vlterius aliquid permittentes :si verò filij quidem nõ sint naturales, [o] cõcubinæ verò solũmodo ijs,qui non habeant vtiq; coniugẽ (hoc etenim tantũ concubinã habentibus est conscriptũ)mediã vnciã solã donantes. [p] Si verò filiorum legitimorũ non sint parentes, & neque patrẽ neque matrem habeant: vsq; ad tres vncias relinquere eis aut donare permissũ sunt, & hoc cum matre,& si quolibet modo acceperint aliquid,in hoc reputari solummodo. quod autem plus est, ad eos, qui vocantur ex lege, venire : hoc quod Theodosij senioris filij licet non perfectè sanciuerunt. [†] Nos igitur & si prius humana vsi lege ꝑ tribus vncijs sex vncias eis, filijs legitimis non existantibus, per patrum magnificentiã dedimus: [q] sed tamen ex ijs, quæ subinde proueniunt causis perfectius simul clementiusque considerantes,præsentem ponimus legem. Plurima vtique sunt & prius cõmissa, & nostris temporibus delinquuntur: & ideo ab impietate homines liberamus.Quidam enim non habentes licentiam,quãtum volunt suis naturalibus filijs relinquendi, eligunt quasi viros, [r] & scribunt hæredes ; qua-

[a] Non est. vt hic, & ff de ijs qui sunt sui. vel alieni iur. l. si. nisi per ingratitudinẽ: vt ff. de adop. l. qui liberat⁹. & C. de ingratis li. l. i. & sic not. in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis non posse qd fieri altero inuito, sic existimatur filius vel redigatur inuitus, et hic: sinc q. pater eximere cõpellatur inuitus: nisi in quatuor casib. vt no. insti. qui. mo. ius pa. po §. fin. Sed quæro an compellatur filius exire patriam potestatem ex eisdẽ causis,ex quib. pater compellitur emacipare? Rñ non: & quia non inuenimus, inde regulam istã seruamus in dubio: vt ff de exerci. ac l i. §. in te ig'r.& qa filius non habet eã potestatẽ in patrem,quam pater in filium, vt eam in eũ valeat exercere.

[b] Proprium, imo remotum. & extraneum.

[c] Manentibus. sic ĩ eo. §. si quis sũt legitimos. ibi si vero aliqui &c & C. de test ma l si. § si vero quidã. & ff. de lega. pra. l. naturalis. §. ij. Accursius.

[d] Priorum. i. nullum eorum per quẽ aliqs fit legitimus.

[e] Hunc. scilicet per rescriptum principis.

[f] in quibus. supple in illis casibus in quibus alii non habent locum quod est ex causis illis, quæ sunt ĩ eo. §. illud. & ĩ. quib. mod. na. ef. legi. §. nouimus. §. si quis vero & §. liceat. Vel dic nullum eorum pertinentes &c. s. eorum qui proprie sunt legitimi t sed hunc adijcientes alijs modis, in quib. non licet illos, s. filios accipere legitimos quia non sunt & aliàs cessat hic modus, vt subiecit. omnino enim &c.

Vel verius dic, quòd hic modus, per quẽ non licet naturalem facere legitimum, adiũgit alijs modis quĩ non licet facere naturalem legitimũ. Nam hoc modo non licet si extant legitimi:& hoc subijcit, omnino enim &c. Sed qui sunt modi in quibus permittitur ista legitimatio, si filij non sunt? Respon. quando pater per rescriptum petit hoc fieri : vt hic. Item quando in testamẽto dicit quòd sint legitimi, & filij ostendunt postea testamentum : vt ĩ. eo. §. si vero naturalium. tertius: vt ĩ. vt lice. ma. & aui. §. ad hæc.

[g] Imperatoribus. vt ab Anastasio : vt C. eod. le. iubemus. in fin.

[h] Constitutionis. s. patris Iustiniani posita. C. eo. titu. le. legem. §. in posterũ vbi dicit, q̃ naturales non adoptentur. & hæc sunt ĩ. qui. mo na. effi. legit. §. & nos.

[i] Successionis: vt hic,& sup. eod. §. tribus, in fin. §. ibi. seliqui &c.

[k] Legitimi. quocunque de supradictis modis.

[l] Valenti. vel dic quòd non sit in C. vel dic, quod sit eius legis sensus in C. de na. lib. l. 2.

[m] Primis. imperatoribus.

[n] Matre. si habeant.

[o] Naturales, & legitimi. Ara, imo naturales tantum: vt hæc littera dicit euidenter, hodie tamen serua quod dicitur. ĩ eodem. §. nec igitur. & §. si vero filios.

[p] Donantes. hoc habemus in C. de natu. lib. l. 2.

[q] Dedimus. vt C. eo. l. humanitatis. Acc.

[r] Viros. s. bonos & honestos.

[†] In constitutione ad Ampelium P. V. quæ extat Cod. The. lib. 4 tit. 6. quod Accursium fugit. Ch.

[†] l. ij. C. eo. tit.

tenus restituant filijs. At illi aut ex hoc impiè agunt, & præuaricantur voluntatem scribentiũ, aut (quod omnium leuissimum putant) peierant, & tacemus [a] ea, quæ tradita sunt ex memoria nobis in personis gloriosissimis talia delinquentibus priscis tẽporibus. Ne igitur semper tale fieri delictũ sinamus: [b] neq; qđ agere licet in extraneis & ignotis, hoc in proprijs filijs naturalibus homines agere prohibeamus: propterea præsenti lege sancimus, vt siquidem quispiam habuerit filios legitimos, non possit filijs eorumque matri vltra vnam relinquere vnciam, aut donare naturalibus aut concubinæ (hoc enim proprium prioris iudicauimus esse constitutionis [c]) sed & si qd amplius dare tentauerit quolibet modo, hoc fiet filiorũ legitimorũ: [d] vel si filij non sint, concubina verò solummodo, huic mediam vnciam relinquit, aut donari [e] concedimus. Si verò filios non habuerit quispiam legitimos, aut quenquã ascendentium, quibus necessitas est legis relinquere partem propriæ substantiæ competentem; † testatori licentia sit etiã in duodecim vncias scribere filios naturales hæredes, & diuidere inter eos quocunque voluerit modo res, & per donationes aut simplices, aut antenuptiales, aut per dotes, aut per alium quẽlibet modum legitimum suas in illos substantias transponere. sic enim nequaquam egebunt quibusdam ad impietatem aut periurium præparatis: sed ex ipso suã disponent purè sententiam. Si verò habuerint hi, quos prædiximus, aliquos ascendentium: legitimam [f] eis relinquant partem, quam lex & nos constituimus: reliquam verò totam in naturales filios habeant relinquendi licentiam. Et hæc dicimus super ijs, qui in scriptis & legitimis voluntatibus disponũt suam substantiam. Si quis autem defunctus fuerit legitima ei omnino sobole nõ extante (filiorum dicimus aut nepotum, vel deinceps successionis) neque legitima coniuge, [g] deinde moriatur nõ disponens de substantia [h] sua, & veniat cognatio forsan, aut etiam manumissor, vtpote bonorum possessionem mouens & insurgens, aut etiam nostrum ærarium (nam nec illi quantum ad hoc parcimus) sit autem ei donec vixerit, libera mulier in schemate concubinæ sociata, & filij ex ea (talibus enim solũmodo hoc sancimus, vbi omnino indubitatus [i] est & concubinæ in domo affectus, & filiorum ibidem proles) & alimentum damus eis, & intestatis parentibus defunctis duas paternæ substantiæ vncias [k] habere cum matre partiendas, quanticunque fuerint filij: vt vnius filij portionẽ mater accipiat. Et hoc dicimus, si vni concubinæ societur, aut filios ex ea habeat, aut etiam prædecedente concubina morte [l] forsan aut separatione, filij ei domi sint: tunc enim damus eis ab intestato ad duas vncias [m] vocationem.

CAP. V. Vt quæ de naturalium successione dicta sunt, ad eos referantur, qui ex certa concubina & non ex effusa libidine creati sunt.

Si vero effusa concupiscentia ei fuerit, & alias superinduxerit priori concubinas, & multitudinem habuerit mulierum fornicantium (sic enim dicere melius est) & ex eis filios habens moriatur, multas simul deferens concubinas: odibilis quidem est ille talis: procul autem hac lege modis omnibus cum talibus filijs & concubinis excludatur.

† Corrigit. l. humanitatis. C. eod. titu.

a Tacemus, vt per hoc plus det intelligere sic ℑ. quib. mo. nat. eff. legi. §. & quidem.

b Sinamus. & viam perimus, q leges puniũt, relinquamus: vt C. de indi. vi. l. 2. Accur.

c Constitutionis. q. d. hoc etiam erat per iura Codicis: vt C. e. l. 2. & ℑ. §. proxi. discretis.

d Legitimorũ. s. fie.

e Donati. s. in vltima voluntate. Al. vt ℑ. statim. §. si vero habuerint.

f Legitimã. i. regulã vt dixi ℑ. de trien. & semis. §. 1. colla. 3. de qua lex hic facit mẽtionem.

g Coniuge. hæc cum non capiat, tñ facit q alius non capiat. & sic nota, q hic fallit regula quæ dĩ, si vinco vincentem te &c. vt ff. de di. & tẽp. præscri. l. de accessionibus. nam naturales filij repellunt agnatos, quãd est in duab⁹ vncijs: vt hic subijcit. & agnati vincunt vxorẽ. vt C. vnde vir & vxo. l. 1. & tñ naturales non vincũt vxorẽ, immo vincũtur ab ea: vt hic. & ℑ. e. § si quis igit. sic & aliás fallit dicta regula: vt ff. qui po. in pig. l. Claudius. sic fallit ℑ. de æqua. do. § his cõsequens. itẽ fallit ff. ad senat. Tertul. l. 3. §. obijcitur & l. æquissimũ §. si ea filia. & dixim⁹. ℑ. de trien. & semi. §. considerémus. vbi dicuntur ea, quæ dicũtur hic. Acc.

h De substantia. s. in scriptis: vel sine scriptura.

i Indubitatus. quare dĩ indubitatus affectus? Rñ. quia vnã solam concubinã habet. si aũt hẽt duas, quod esse nõ decet, tunc erit dubitatus: vt ℑ. e. § nam si hęc. Item alia ratiõe, quia ad hoc vt dicatur cõcubina, ipse debet hoc protestari coram vicinis: vt ff. de concu. l. in cõcubinatu. aliás præsumeretur legitima vxor. & ita succederent filij in totũ: vt ff. de ri. nu. l. in liberæ.

k Vncias. præter duas vncias, puta q habeant alimẽta. ar. ff. de ali. leg. l. penu. Accur.

l Morte. s. separata, vel relicta.

m Vncias. Sed quare non in totũ vocantur, cum legitimi præsumantur: & hęc vxor legitima: vt ff. de ritu nup. l. in liberæ? Sed dic, q hic erat cõcubina, quia fuit protestatur, sicut debet fieri: vt ff. de concu. l. in cõcubinatu. ibi non fuit protestatus aliquid: & hic matrimonium præsumitur.

Con-

datur. Sicut enim si quis legitimæ copulatur vxori, aliás superinducere non poterit matrimonio cōsistente, [a] & ex his [b] legitimos procreare: [c] ita neque post agnitam quo diximus modo concubinam, [d] & ex illa filios, [e] dabimus, [f] si etiam aliquod opus libidinis aliud fecerit, etiam hoc ad successionē eius introduci, si mortuus fuerit intestatus. [g] Nam si hoc non sanciuerimus indiscreta [h] quidem erunt, quę mulierum sunt, quam [i] potius, aut quam minus amauerit: indiscreta quidem & quæ filiorum sunt. & nos non damus luxuriantibus, sed pudicis legem. [k] Non autem differentiam facimus de filijs siue masculi sint, siue fœminæ. Sicut enim natura nihil circa talia tractat: sic nec nos aliam in masculis, & aliam in fœminis secundum hoc ponimus legem. Oportet enim per omnem viā subtilitatem simulq; pietatē transire. Siquis igitur habens filios legitimos, relinquat & naturales, ab intestato quidē nihil eis existere omnino volumus: pasci verò naturales à legitimis [l] sācimus, vt decet eos secūdum substantiæ mensuram a bono viro arbitratam: quod videlicet apud nostras leges [m] viri boni arbitratu dicitur, hoc ipso custodiendo, vel si coniugem quidem habet filios autem naturales & ex defuncta concubina sibi natos, & illi alantur ab eius successoribus. De nepotibus enim naturalibus, quæ iam à nobis specialiter etiam de ipsis disposita [n] sunt obtineant. In quibus n. casibus naturales filios vocauimus ad successionem, in ijs quoque & ipsi decentem naturalibus patribus deuotionem seruent: eademque mensura sicut parentes prospiciunt naturalibus filijs secundum nostram legē [o] & ipsi parentibus cōpensent, [p] siue in successionibus, siue in alimentis, sicut superius sancíuimus. [q] Quoniam verò & dudum in quibusdam constitutionibus [r] dictum est oportere, in quibus patres donant filijs, aut relinquunt, in his et curatores eis præbere, cōfirmandus m: hoc ratum esse etiam nunc ponimus dantes & matri (secundū quod iam de his dispositū [s] est) & naturalium tutelā agere filiorum, oīa agenti quęcunq; in legitimis definita sunt filijs.

CAP. VI. Vt filij ex dānato coitu nati, nec alimenta à parētibus consequantur.

VLTIMA si quidem nos pars legis expectat, vt ipsa conpetentem suscipiat ordinem, & enumeremus qui neque ipso naturalium nomine digni sunt. Primum quidē omnis, qui ex complexibus (nō enim [t] hoc vocamus nuptias) aut nefarijs, aut incestis, aut damnatis processerit, iste neque naturalis nominatur neque alendus est à parentibus, neque habebit quoddam ad præsentem legem participium. [u] vnde certa à Constantino piæ memoriæ in constitutione

Concubinas plures habere nō licet.

[a] Consistente. imo infamat. vt C. de incest. nu. l. ij & de adult. l. eum qui ita. nō licet plures cōcubinas habere, vt subijcit. vt ī. de tten. & sem §. cō siderem as. col. j.
[b] His. s. duabus vxoribus. Accur.
[c] Procreare. s. non possunt.
[d] Concubinam. vnicam. & in domo.
[e] Filios. habitos. Ac.
[f] Dabimus. i. concedemus. Acc.
[g] Intestatus. Quid si testatur? Respon. bōna ē similitudo, quā de vxore assignat: q a nō possunt dici filij naturales, sicut ēt si constāte m[atri]monio habuisset eos ex concubina: vt ī. e. §. vlt.
[h] Indiscreta. i. ignorata. Acc.
[i] Quam. s. mulierē.
[k] Legem dantē priuilegiū, sed pp malos factæ sunt leges, quæ pœnā imponūt.
[l] Legitimis. s. filijs. sed an ipse pater dū viuit. eos alere teneāt. Dic. q sic eadē rōne qua ipsi patrē. vt ī. proxi. ibi. l quib &c. nec obst. ff. de liber. agn. l. si qs à liberis. §. ijdem rescripserūt. q iustè pcreatū alere teneat. nam fabaudi ibi, maximè. Vel dic. q hunc iustè procreatū, cū concubina sua p legē nomen acceptit, vt ff. de cōcu. l. in concubinatu Acc.
[m] Leges. vt C de ɜh. emp. l. fi. in fi. & C. vt in pos. leg. l. pen & ff. vsufru. quemadmo. cau. l. j. in prin
[n] Disposita. idē qđ in filijs & in nepotibus dictum est: vt C. eo. l vlti. §. fi.
[o] Legem s. istam.
[p] Compēsent. nam æqualis debet esse pietas: vt hic, & ff de in offi. testa l. nam & si. & ff. de libe. agno. l. si quis à liberis. j. rñ. & sic no. hic euidēs ar. sicut est aucta portio descendētium, sic & ascēdentiū debet dici aucta. vt diximus: vt ī. de trlē & semi. §. j. in fi. colla. j.

Leges. pp malos factæ sunt.

[q] Sanciuimus. ī. eo. constitu. in §. decern. vsque ad illam. ff.
[r] Quibusdam constitutionib. vt C. de cōfir. tut. l. fi & facit. ff. de confir. tut l. naturali. t. resp.
[s] Dispositum, vt C. qb mu. tut. offi. fung. po l. fi.
[t] Non enim. interpositio est.
[u] Participium. licet enumerare has personas promiserit. male tñ enumerat. Tu ergo dic q liet quasdā que psonas m[atri]moniū prohibet, habere locū quę hic dicunt, vt nec filius alendus sit, nec beneficiū aliquod habeat ex hac lege. sūt aūt quatuor decim modi quibus prohibent: & not. eos in ilud de nup § sūt & aliæ. vnde tam nō est qđ de filio sacerdotis: cū ipse m[atri]monium ɜhere non possit: vt ī. quo. opor. ep. nec de aliquo pdicto rū modorū. sed quæro, an à matre possit habere bñficiū ? hic dictas vt dī l insti tit. ad senatuscon. Orfi. § j. sed licet nō heat huius l. participiū, vt nō possit curiæ offerri. vel legitimari, vel alia facere, q naturalibus hac cōstitutiō. per [illegible] : tn si ab principe possit eos facere legitimos si dicat nō obstante hac lege puto q sic: vt ar. ff. & leg. iij l. si quis. i pri. & ff. de nata re. l. quęstis. & C de leg & cō. l. digna. tñ licet à patre nō relinquat, nūqd ab extraneo pōt relinqui, vel dare aliquid quolibet titulo inter viuos, puto q sic, cū hac l non prohibeatur, oīa enim licent, quæ expresse p hibita nō sunt. vt ff. ex qb. can. ma. l. nec non. §. quod eis. propterea & honorē fortiri potest cum emolumento. ff. de decu. l. generaliter. §. spurius pater tamen et ipsi inter viuos donare nō pōt: vt C. de incest. nup. l. si quis incesti.

Licet, qđ ea pđe nō phibeat.

Incest.nup.l.si quis incesti.Sed quid si pater nõ instituet neque donet:sed alium constituat, & talẽ substituat? Respõ. potest fortè distingui : vt si vulgariter, non possit:quia patris hæres esse videtur. si pupillariter, possit, quasi pupilli sit hæres: vt instit. de pupil.sub.l.si is. Vel loquitur hæc l.si is.qñ licet non totum, aliquid tamẽ potest relinqui. Acc.

l.j.C.e.

a In constitutione. quæ est. C.de nat.libe.l.1.

b Præponimus. qa prohibeat nuptias inter senatores & libertas, quod hodie licet : vt sup. vt libe. decæte.§. si quis.

stitutione a ad Gregorium scripta, quędã de talib⁹ dicta sunt filijs: sed hanc non recipimus: qm̃ & nõ vtendo perempta est. Phœniciarchorũ .n.& Syriarchorũ,& magistratuũ, & insigniũ meminit,& clarissimorũ:& neq; naturales eẽ vult ex his procedẽtes:amouens eis et imperialis munificẽtiæ mãsuetudinẽ. Quã videlicet cõstõnẽ omnino perimimus. Hęc à nobis sancita sunt, & nulla penitus ignorantia nrãrũ erit legũ, nec qui sunt legitimi, qui verò naturales, nec quõ eis legitima iura dantur : aut quõ ẽt naturales permanentes promerentur humanitatem :& qño ẽt ipsi competenter honorati sunt, ab eorum, qui neq; naturales dici digni sunt, cõio ne segregati. Quæ igitur placuerunt nobis, & ad hominũ medelam atque naturę supplemẽtum per hãc legem decreta sunt, tua sublimitas faciat oĩnibus manifesta, programatibus propositis, p q̃ omnibus lex erit aperta, cognoscentibus quõ in talibus conuersentur, & nostram cõsiderantibus prouidentiam, qui oĩ alij occupationi eorum præ ponimus b vtilitatem. Dat.Calen.Septem.C P. Impera. Domi.Iust.P P. Aug.anno.XIII. Appione V.C.Consule.

DE TESTIBVS.

Quia de probatione, quæ fit per vocem mortuam i.per scripturã. dictum est supra, de fide instrum. videamus nunc de ea, quæ fit per viuam i.per testes. Vel dic quia vsus testium est frequens, ideo de testibus dicit, vt infra eo. in prin.

a Testium. Vtilitas. Frequẽs est vsus testium vt ff eo. l. 1. ergo de his vtile fuit inuenire. & vtile est diligẽter tractare : vt ff.de liber leg.l.legaui. in prin. & hæc vtilitas adinuenta pp probationes : vt hic dicit, ne facultas probationum angustetur : vt C. de hæret. & Manichæ. l. quoniam.in fi.

d Dudum. non solum enim à legibus, sed etiam in veteri testamento. Vnde illud : in ore duorum vel trium stat omne verbum.

Deut. 17.

e Actorum. neutraliter & generaliter accipe : vt ff.de verbo. sig.l.Labeo.& ff. de offic. consul.l.1.Vel dic actorum.i. agentium : quia actores consueuerunt probare per testes : vt C.de probat.l. actor. licet & quandoque reus probat.vt ff.de excep.l.1. Item & alibi : vt ff.de proba.l.circa.

f Et calliditate. repete, & nec callidi &c. & est calliditas in tacendo quod est verum: vt ff.de act.emp.l. j.§.1.& l.Iulianus.§.idem Iulianus : sed fallacia fit in dicendo, quod dicendum non est : vt ff.de furt.l.falsus.§.si quis nihil.& ff.de actio empt.l.Iulianus.§.si venditor.

g Plurima hominum. aliàs plurimorum hominũ. & aliàs plurima hominum.

TITVLVS II. Nouel. 90.

DE TESTIBVS.

Facultas probandi per testes adinuenta est, ne veritas lateat, & vt negata patefiant : non tamen possunt omnes in testes induci : sed qui sunt bonæ opinionis & famæ, omni suspicatione carentes. Angelus.

Imp.Iusti.Aug.Io.gloriosissimo Orientis prætoriorum præfecto, iterum excõsuli & patricio.

PRAEFATIO.

Testium, pp probationes vtilitas c adinuenta quidem dudum d est, ne quid lateat facilè actorum : e & calliditate f plurima hominum g adinueniente, animas h periclitetur migrare in contrarium ordo causæ. i Non enim, vt patefiant, quæ gesta sunt, testantur k plurimi: sed quatenus adhuc amplius occultentur. l uam alia quidem scientes, m alia vero n pronunciantes, aut o quæ non sunt, dicentes: hoc ipso confitentur, p quia ea, quæ verè sciunt, neque volunt patefieri, neque secundum ea q profiteri iudicia : sed quæ nunquam facta

h Animas.s.testium, vel producentium eos, sm Al.

i Ordo causæ. ita cõstrue. Ne ordo causæ periclitetur plurima. .i. maxime calliditate hoium adinueniẽte migrare animas i. contrarium.i. in malum, vel in perditionem. Vnde illud. Os quod mentitur, occidit animam.& ita secundũ hoc ordo causæ dicitur, vt qui bonam causam habet, debeat vincere : qui vero malam, debeat perdere. vertitur autẽ hic ordo in contrarium, qñ non sic testantur testes, vt verum dicant. Vel dic quòd ordo causę est, ne quid lateat veritatem eius.ergo cõtrarium, idest veritatis suppressio siue mutatio:vt j. de fi.instru. in prin. & ff. ad leg. Cornel. de fal.l.quid sit.dico ergo migrare in cõtriũ.i.in falsitatẽ.

Sapiẽ.j.e.

k Testantur.s.dicunt. oã de principalibus causæ, hoc est actore & reo dicit. & iõ dic testantur, quia corã testibus plurimis plerunq; talia dicuntur, & coram iudice & alijs : & ita verbũ testantur, non ponitur pro testimonio testium. Vel dic, qđ est verius, q de testibus dicit : vt patet j.statim ibi,omnino enim &c.

l Occultentur. s.testes. aliàs occultet.s. veritas.& aliàs occultent.s.testes, & tunc plana est.

m Scientes.s.ea quæ vera sunt.

n Alia vero. scilicet falsa, corrupti fortè pecunia.

o Aut. prodest.

p Confitentur. scilicet vt veritas amplius occultetur, secundùm Alb.

q Secundum ea.s.quæ vera sunt, cum iudex sm eorum dicta debeat iudicare : vt ff. de offic.præsid. l. illicitas.§. veritas.

sunt, hæc & pronũciant, & ad iudiciũ deduci quærunt. Omnino itaque perimere testimonia a vsu rerũ incautũ est, b plurimis c existentibus, quæ non aliter d patefiunt nisi testibus pronunciantibus. e Licere autẽ omnibus & valde vilissimis testimonium perhibere, & ante nos prohibuerũt legislatores, f scilicet multas exceptiones faciẽtes, & plurimos excludentes & ipso testiũ noĩe g vel schemate. h Quia verò i neq; post has prohibitiones adhuc purum est testiũ opus: existimauimus oportere & nos adijcere aliquid cãæ subtilitati, & falsa testimonia quãtũ est possibile k minorare. l Tale enim quiddam m etiam tunc apud clarissimum Bithyniæ prouinciæ iudicẽ gestum inuenimus in testamento, n ostẽsa testium falsitate pessima apertè o conuictorũ, & nouissimè p confessorum: quia cum testũ fieret, q & fuisset defuncta testatrix, testium quidã tenentes iã mortuæ manum, ita r per chartam virgã factam & ex latere ductam traxerunt, & signum venerabile s crucis videri scripsisse defunctam parauerunt. t Nos igitur ad hoc respicientes, alia quidem de modo u testiũ, alia verò de eorũ statu x existimauimus oportere decernere. y Quæ itaque dicta sunt ab antiquis legislatoribus in prohibitione horum, quos suspẽderunt z testimonium perhibere, rata omnia ponimus.

CAP. I. vt testes non nisi illæsæ existimationis recipiantur.

Sancimus autem, & præcipuè in hac maxima & felicissima ciuitate a (vbi plurima consistit, fauente Deo nostro sermone multorum b bonorũq; copia virorum) bonæ opinionis c eos oportere testes, & aut carentes huiusmodi derogatione d per dignitatis, e aut

a Perimere testimonia. subaudi malum est, vel subaudi volunt quidam calliditate sua: vt dixi.
b Incautum est. i. cautio rerũ nõ est. q. d. non est res aperta nec potest aperiri aliàs nisi per testes, vt subijcit. & ita incautũ positus in vim substãtiui. vel dic incautum. i. non est cautum per scripturã vt enim dicitur cautio in scriptis, vt C. de verb. sig. l. sancimus. sic econtra vbi non est scriptura, dicitur incautum.
c Plurimis. s. negotijs.
d Non aliter. quia aliæ non sint probationes, licet hic de facto deficiant. sunt enim quatuor modi probandi: per testes, vt hoc tit. ff. eo. & C. eo. Item per instrumẽta, vt s. de fi. instr. itẽ per confessionẽ partiũ vt C. de confes. & ff. eo. tit. per totũ. Item secundum M. est quartus modus, scilicet iudicis conscientia, vt ff. fi. cerũ. l. si irruptione. § fi. sed in contra. vt ff. de offic. præsi. l. illicitas. §. veritas & quod d. l. si irruptione. dẽ, cũ suis concord. locũ habet, quãdo vt iudici erat notum. pòt ergo euenire q. oẽs aliæ species deficiunt: sed per testes veritas pòt inueniri: quæ à certè nisi cautè dicant, malũ esset, vt hic dẽ.
e Pronunciantibus. i. veritatem exprimẽtibus.
f Legislatores. dum dixerũt legislatores: non vt omnibus liceret testificari. itẽ quod vilissimis non licet. Sed vbi prohibita erant? Resp. tunc quando alios repellebãt ipso iure, vt impuberes & seruos, & alios in dicta officio, & horum alios propter inimicitiam, & alios propter amicitiã, & alios propter paupertatẽ, & alios propter infamiã: vt ff. e. l. testium. §. lege iul. & ff. de accu. l. nõ nulli. itẽ alios ratione potestatis: vt C. de testa. l. ij. & ff. eo. l. idonei. alios ratione reuerentiæ. vt C. eo. l. parentes. & l. libertorũ & hic eadẽ nos approbamus: vt j. e. §. nos igit. l fi. §. & §. tacimus.

Nole carens carer & effectu.

g Ipso testium nomine. nedũ officio s. vt nec testes vocarentur, nec officium testium haberent. & ita ex quo nomine carent, etiam effectu carebunt: vt C. de serijs. l. à nullo iudice.
h Schemate. i. ordine.
i Quia verò nam sola prohibitione cõtẽti esse non debemus: vt s. de deposi. & den. §. j. ideo præcipit fieri subtilem experientiam: vt subijcit.
k Possibile sic inst. de actio. §. curare.
l Minorare sic. C. de fideicom. l. fi.
m Quidam vbi non poterat sciri veritas, nisi per testes, & tamen ipsi non dixerũt verum, vt diximus supra eodem in fi. j. respon.
n In testamento. i. nouissimus dico.
o Apertè. testium dico.
p Nouissimè. id est, tandem.
q Fieret. s. in scriptis, & nõdum esset completum.
r Ita. s. tenentes. Accursius.
s Venerabile. mos erat antiquus: vt saltem signum crucis testator, vel testatrix scriberet, cum signarẽ esset litteratum: vt arg. C. de iure de libe. l. fi. §. subscriptionem.
t Parauerunt. i. omnia præposuerunt.
u De modo aliàs de modo: & tũc de mõ, i. qualiter & quoties producant. vt j. eo. §. quia verò. & aliàs est de domo & tunc i. vt nimis remotẽ habentes domum, non compellãtur venire: vt s. eo. §. quoniam.

Concubinas plures habere non licet.

x De eorum statu. vt infra eo. §. si verò dicatur.
y Decernere. i. distruere ne fiat, vel decernere quædam de antiquis, sed nõ nisi aliàs decernere.
z Quos suspenderunt. i. suspensos vel remotos, à dicendo testimonio antiqui legislatores fecerunt: aliàs, vt diximus s. eod. §. licet. in princ. Accur.
a Felicissima ciuitate. i. Constantinopoli. Sed quid si homines totius villæ, vel loci omnes sunt infames: nunquid inter se testificabuntur? Resp. sic: quia nil dolosius dolosis vt C. de hær. & ma. l. quæ. Item paria delicta mutua compensatione tolluntur. vt ff. so. ma. l. viro. Vel dic, quod iudex debet eos remouere, etiam si partes consentiant. & hoc innuit verbum præcipue hic positum: vt est arg. ff. de procu. l. filiusfamilias. §. veterani. & C. de tẽp. app. l. ij. §. fi. vel et non vt primo dixi. & dic quod abundat maximè: vt C. de test. ma. l. fi. §.
b Multorum. aliàs multitudo. & aliàs multorum.
c Opinionis id est, famæ. sic & aliàs sæpe reperies. & quandoque dicitur existimatio: vt ff. de va. cogn. l. cognitionum. §. existimatio.
d Derogatione. i. suspicione, quæ famæ derogat.
e Per dignitatis. Nota maiorem fidem debere haberi ei, qui in dignitate est positus. nam & aliàs credatur magis decurioni quàm plebeio, vt ff. eodem. l. 3. §. ij. item à satisdatione iudicii sisti quis propter dignitatem releuatur: vt C. de dignita. l. penultima lib. xij. Et est duplex ratio: quia non est necesse, quod alterius potentiam timeat: quod in test. est necesse: vt C. eodem. l. eos. itẽ quia ad dignitatem homines honesti eliguntur, nõ autem notatæ opinionis: vt C. de digni

Dignitas releuat stimulus.

militie, [a] aut diuitiarũ [b] aut officij cãm: [c] aut si ñ tales cõsistãt, ex vtroq; [d] tñ, qa fide digni sunt testimoniũ perhibere. Et non quosdã artifices ignobiles [e] neq; vilissimos, neq; nimis obscuros ad testimoniũ pcedere: sed [f] vt si qua ď eis dubitatio fuerit, possit facilè demõstrari testiũ vita, qa inculpabilis atq; moderata est. [g]

CAP. II. Vt vilissimi testes tormentis subdanť.

Testib. ignotis veritatẽ corrumpere festinantib. non est sine tortura credendum, & eos debent torquere iudices in administratiõe positi: aliàs per apparitorem prætoris fit tortura: sed in prouincia p defensorẽ locorũ. Ang.

Si vero ignoti [h] quidam fuerint vndiq;, & aliquid apparuerit circa testimonij veritatẽ corrũpere festinantes. [i] posse eos ẽt verberib. [k] subiacere. Et iudices, si qdẽ administratores [l] fuerint, hoc ipsi agant. [m] Si verò alij pter eos sunt, q administrationes hñt: ipsi qdẽ assumãt apparitorẽ magnificẽtissimi ptoris plebis, [n] in prouincia vero locorum defensorẽ: & per eos inferari: eis verberum experimentũ: quatenus pp hoc nihil celẽt veritatis: [o] aut ẽt capianť [p] p hanc viã pecunijs testimoniũ perhibere, aut aliter [q] circa hoc malignantes.

CAP. III. Vt instrumentis debitæ pecuniæ testes rogati non fortuiti adhibeantur.

t Si quis de prædi. &c. hæc est xij. hæc eadem seruantur in filijs, vt j. eo. §. hue igitur. ibi, si liberis, vel vno &c.

Testamen-

† Dictio filii⁹, q d l ofone faciat nõ vi deo. quã p dictionẽ, pt̃s, satis exprimat.

† Ex hoc tex. sũpta est authẽ. q est sup. l. si filiam tuã. C. de inoffi. testa. & inde pit, sed si post.

† Facit ad hãc § gl. in c. inter dilectos. super vec bo, accesserid. i si. ex. de fide instru. q gl. in suo fine facit mentionẽ istius §.

a tali sanatus fuerit infirmitate, erit ei potestas vtrum velit negligentem filium, vel filios, aut cognatos, ingratum vel ingratos in suo scribere testamento. [a] Si autem aliquo furoris morbo eũ detentum extraneus aliquis viderit à suis neglectum liberis, vel cognatis, aut alijs ab eo scriptis [b] hæredibus, & pro misericordia voluerit eũ procurare; damus ei licẽtiam attestationem eis, qui ab intestato, vel ex testamento iam facto ad furiosi hæreditatem vocantur, scriptis dirigere, vt eum procurare festinent. Si autem post huiusmodi attestationẽ neglexerint, & extraneus in suam domum furiosum susceptum sumptibus proprijs vsque ad finem vitæ ipsius procurasse monstratus fuerit eum, qui obsequium ac diligẽtiam furioso exhibuit, licet extraneus sit, ad eius successionem peruenire decernimus, euacuata institutione eorũ, vtpote indignorum qui furioso (sicut diximus) curam præbere neglexerint: [c] ita tamen, vt cætera testamenti capitula in sua maneant firmitate.

Successio testatoris qui à suis redimi negligitur, applicatur ecclesiæ, expendenda pro redemptione captiuorum parcitur tamen minori vigintiquinque annis: cui etiam permissum est res captiui pro eius redẽptione vendere: qui cogitur habere ratum. Bartol.

Si vnũ de prædictis [d] parentibus in captiuitate detineri contigerit, & eius liberi, siue omnes, siue vnus non festinauerit eum redimere: si quidem valuerit calamitatem captiuitatis euadere, in eius sit potestate, vtrum hanc causam ingratitudinis testamento suo velit adscribere. [e] Si autem per liberorum negligentiam vel cõtemptum non fuerit liberatus, & in captiuitate decesserit, illos ad successionem eius venire non patimur: [f] quia non festinauerunt eius redemptionem citius procurare. sed omnibus liberis in hoc negligentibus res vniuersas ab eodem relictas, ecclesiæ ciuitatis ex qua oritur, applicari, inuentario scilicet sub publica attestatione celebrando: ne quod ex eius facultatibus pereat: ita vt quicquid exinde ad ecclesiam peruenerit, captiuorum redemptioni proficiat. [f] Sed hæc quidẽ quãtum ad personas dicta sunt, quas exhæredare non licet, nisi ingratitudinis causas vbique approbari contigerit. Occasionẽ autem nobis ad generalem legem promulgandã hæc præsens causa noscitur obtulisse. Sed vniuersaliter iubemus, vt si ille, qui in captiuitate detentus fuerit, liberos non habuerit, & alijs qui ad eius hæreditatem vocati sunt, eum redimere non festinantibus, in captiuitate defunctus fuerit: nullus ex ijs, qui neglexerit, [g] ad hęreditatem eius perueniat, licet ante captiuitatem testamentum forsan ab eo fuisset conscriptum. in quo memoratas personas scripsit hæredes: sed hac quoque institutione hæredum infirmata, & cæteris testamenti capitulis in suo robore permanentibus, substantiæ talium personarum simili modo ecclesijs ciuitatum ex quibus orti sunt applicentur, & nullis alijs causis, quàm in captiuorum redemptionibus expendantur, vt vnde illi à suis non sunt redempti, aliorum rẽdemptio procuretur, & ipsorum quoque animæ ex hac causa pijssima subleuentur. Hoc eodem obseruando, & si aliam extraneam personam ante captiuitatem scripsit hęredem, & illa sciens se ab eo hęredem scriptam, eum redimere à captiuitate neglexerit. Hanc autem pœnam contra illos valere iubemus, qui octauum & decimum suæ ætatis annum compleuerint. In huiusmodi verò causis, quando pro captiuorum redemptione necessarium fuerit dare pecunias: si quis proprias pecunias non habuerit, licentia erit ei, si memoratæ sit ætatis, mutuandi pecunias, & res mobiles, vel immobiles supponendi, [h] siue ꝓpriç ipsius sint, siue illius, q in captiuitate detinetur: quoniam in prædictis omnibus, quæ pro

[f] Facit ad hoc C. de sa. san. ec. l. sancimus & c. ꝑcipimus. xij. q. j. circa pricipiũ.

[a] Testamento. nam pōt eũ instituere & exhędare. & ꝑꝑ hoc § iste hic ponit, si aũt nil dixerit de eo: hoc dices ĩ. eo. l si. hui⁹ §. [b] Scriptis. Not. attestationẽ i scriptis dirigendam, vt ĩ. de tẽpo. non so. pec. § contestationes. coll. vij. Item not. de vi & auctoritate denũtiationis, vt hic. & ĩ. prox. § & C. de ser. vin. l si fundum. Item no. q de' icto hæredit, l. et nec ciuitatem. nec libertatem amisetit. amittitur hęreditas, vt infra proximo. §. Item not. quòd aufert ab indigno, & si applicat' fisco, sed benefactori. Item no. q ex benefacto extraneus fit hæres. Item no. q legata valẽt, licet testamentorum nõ valeat. quod plenius dices ĩ. proxi. §.

Attestationes i scriptis fieri debent.

Testõ infirmo valent tñ legata.

[c] Neglexerint. quid si non faciat testm, nec aliq̃s extraneus eũ procurauerit? Rñ. filij vel agnati sunt hæredes: sed pōt eis auferri hęditas, vt ff. de ijs qui. vt indig. l. iij. Vel dic in hoc casu, sicut in sequenti, quòd eis denegetur hæreditas ex suo delicto, vt in proxi. §. Accur.
[d] Si vnum de prædictis. hæc est tertia decima.
[e] Adscribere. q. d. si velles eum nihilominus istituere, posset: & sic nõ compellit. Accu.
[f] Proficiat. & sic fit inuentarium, qñ capitaliter directè istituũtur, vt C. de episco. & clerie. l. nulli. Accursius.
[g] Neglexerit. sic & si eum agrum nõ curauit, vt ff. de his q. vt indig. l. 3.
[h] Supponendi. not. minorem xxv. annis posse alienare, & obligare: quod est speciale. alias ecotra. C. de his q ven. ęta. l. nulli. & facit. ff de rebus cor. l. si pupillorum. §. si. Acc.

Et

[a] Eccls. s. contractibus. Al.
[b] Debitis. ex hac auth. v. notantur mirabilia. Primum est, licet testamentū nō valeat, legata tamen valent: quod est contra regulam. C. de fideicōmis. l. eā quam. Secūdum est: q͛d auferunt ab indigno, non applicat fisco. aliàs cōtra videtur. ff. de his quibus vt indig. l. Claudius. & l. mulierem, & de legat. iij. l. si deportati. & C. de his qui. vt indig. l. hæreditas. Tertium, ꝙ non dominus rem captiui alienat sua auctoritate. Quartum, quia minor xiiij. annis nō patitur huius legis pœnam, cū aliàs & impuberes & capaces doli non inuātur. vt ff. de regu. iu. l. pupillum & institu. de obli. quæ ex delic. nasc. §. fi. Quintum, quia minores in alienatione tali non restituuntur. aliàs contra. vt C. de in integ. resti. mi. l. 3. & 4.
[c] Si quis. Hæc est quartadecima & vltima.
[d] Conspiratione. not. conspiratio in bona parte.
[e] Ingratos. neque ab intestato succedunt. vt ĩ. proxi. §. & ĩ. de hæredi quæ ab intestato. § si coll. ix. Acc.
[f] Prædictas res detinebant. & hoc in odium hæreticorū fratrum. sic & alias in fauorē cessat redditio rationum, vt C. de episco. & cle. l. orphanotrophos. & ĩ. de eccl. tit. §. pen.
[g] Vetamus. sic ff. de iure do. l. si is. & l. vna.
[h] Decernimus. sed nunquid filij loco patris sui, si sunt orthodoxi, vocabuntur Resp. sic, vt institu. de hæreditat. quę ab intestato. §. cum filius.
[i] Habuerint. i. si clerici sunt parētes.

† Adde ad hunc §. q͛d dicitur in ca. si qs episcopus. in text. & in glo. extra de hære. Conspiratio q̃hque in bonam partē sonat.

† Hunc tex. inuenies. C. de hæret. authen. si ita sup l. cognouimus cuius initium est: Idem est.

tate detinetur: quoniam in prædictis omnib. quæ pro captiuorum redemptione data vel expensa probabuntur, contractus huiusmodi tanquam à persona suæ potestatis & legitimæ ætatis factos, ita firmos esse decernimus: nullo eis qui cum huiusmodi personis in memoratis causis quo prædictum est modo contraxerint, præiudicio generando: necessitatem scilicet habente eo qui ex captiuitate redierit, tales contractus ratos habere, & eis [a] tanquam suis debitis [b] obligari.

Catholico non succedunt filij nec propinqui hæretici: sed ecclesia ei succedit, si clericus sit, & laico fiscus.

SI quis [c] † de prædictis parentibus orthodoxus constitutus senserit suum filium vel liberos non esse catholicæ fidei, nec in sacrosancta ecclesia cõicare, in qua omnes beatissimi patriarchæ vna conspiratione [d] & concordia fidē rectissimā prædicant, & sanctas quatuor synodos, Nicænam, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, & Chalcedonensem amplecti seu recitare noscuntur. licentiā habeant pro hac maximè causa ingratos [e] eos, & exhæredes in suo scribere testamento. Et hæc quidem pro ingratitudinis causa decernimus. Generalem autē † prouidentiam liberis catholicis deferentes iubemus saluis legibus quę iā de alijs hæreticis sunt prolatę, & circa Nestorianos & Acephalos, hæc obseruari, vt si quando parentes inuenti fuerint, siue Iudaico Nestorij furori dediti, siue Acephalorū amplectentes insaniam, & iō ab ecclesiæ catholicę communione separati: non liceat eis alios hrdes sibi instituere nisi liberos orthodoxos, & ecclesiæ catholicę cõicantes, vel liberis non existentibus, agnatos vel cognatos, qui. s. catholici sint. Quod si fortè ex filijs alij quidem sunt orthodoxi, & ecclesiæ catholicę cõicantes, alij verò ab ea separati: omnem parentum substantiam ad filios tantum catholicos peruenire sancimus: licet vltimas voluntates huiusmodi personę fecerint contra tenorem huius nostrę constitutionis aliquid disponentes. Si verò posthac fratres ab ecclesia separati, ad eam conuersi fuerint: pars eis competens, in statu, in quo inuēta fuerit tpe, quo redditur, eis præbeatur, vt nullā de fructibus aut gubernatione medij tpis inquietatē vel molestiam catholici patiantur, qui ante pdictas res detinebāt: [f] qm hmōi rerum quas ex fratrum parte non cõicantiū catholici possidebant, sicut alienationem vetamus. [g] ita præteritorum temporum fructus aut gubernationem nullatenus ab his à quibus detenti sunt, exigi vel retractari permittimus. Si autem vsque ad finem vitæ suæ in eodem errore non comunicantes permanserint: tunc catholicos fratres, vel hæredes ipsorum, plenissimo iure dominij easdem res possidere decernimus. [h] ꝙ si filij quidem omnes peruersi, & ab ecclesiæ catholicæ communione alieni inuenti fuerint, alij autem propinqui agnati vel cognati religionem catholicam colentes, & communicatores esse fuerint approbati, eos liberis hæreticis anteponi, & eorum hereditati succedere. Si vero liberi & propinqui agnati, vel cognati ab orthodoxæ religionis communione sunt extranei: tunc si quidem schema clericorum parentes eorum habuerint: [i] ad ecclesiam ciuitatis vbi domicilium habebant [k] res eorum nolumus pertinere: ita, vt si ecclesiastici intra annale [l] spaciū hmōi personarum vendicare res neglexerint: eā ū dominiū nostri fisci iuribus vindicetur.

Authent. t

[k] Habebant. isti mortui. Acc.
[l] Intra annale. Nota ergo, ꝙ p̄scriptio quæ aliàs est xxx. annorum in hæreditatis petitione, vt C. de hęredi. pe. l. hæreditatis. erit hoc casu ecclesiæ annalis: sic & aliàs. put. ĩ. de san. epis. § antepen. coll. ix. & sunt hęc specialia. aliàs contra. ĩ. de eccle. titu. §. pro temporalibus & potest hæc esse rō quare: quia est in acquirendis: vt arg. C. de acquiren. poss. l. fin.

Laici

† Cōcor. glo. in c. qm frequenter super verbo. Intra annū, extra. vt lite non cō testa.

cetur. Si aũt laici sunt [a] sine aliqua distinctione substantias eorum ad res priuatas nostras similiter peruenire sancimus. Quæ obtinere decernimus etiam si testaméto non facto tales personæ decesserint. Oĩbus quæ cõtra cęteros hæreticos in alijs constitutionibus disposita sunt, & contra Nestorianos & Acephalos, & alios omnes qui catholicæ ecclesiæ ĩ qua prædictæ quatuor synodi & patriarchæ recitantur, non cõicant, & successiones eorum, similiter obseruandis. Si.n. [b] pro causis corporalibus cogitamus: quanto magis pro animarum salute prouidentia est nostræ solicitudinis adhibẽda?

Testamenta parentum vel liberorũ, liberis vel parentibus exhæredatis vel præteritis, legitima causa inserta & probata valet. causa non inserta, vel inserta & nõ probata nullum liberis vel parentibus exhæredatis vel p̃teritis præiudicium generat, testamento vacuato & ab intestato eis successione delata: in alijs capitulis testamento firmitatem obtinente. Item causæ ex quibus ascendentes à descendentibus exhæredari possunt, hic specialiter enumerantur. Bar.

SIVE igitur omnes memoratas ingratitudinis causas, siue certas ex his, siue vnam [c] quãlibet parentes in testamento suo inseruerint, & scripti hæredes nominatã vel nominatas causas, vel vnam ex his verã esse mõstrauerint: [d] testamentum suã habere [e] firmitatem decernimus. Si autem hæc obseruata non fuerint, nullum [f] exhæredatis liberis præiudicium generari: sed quantum ad institutionem hæredum pertinet, testamento euacuato, ad parentum hæreditatem liberos tanquã ab intestato ex æqua parte peruenire, ne liberi falsis accusationibus condẽnent, vel aliquam circunscriptionẽ in parentum substantijs patiantur. Si vero contigerit in qbusdã talibus testamentis q̃dam legata vel fideicommissa, aut libertates aut tutorum donatiões relinqui, vel quælibet alia capitula concessa legibus nominari: ea omnia iubemus adimpleri, & dari illis quibus fuerint derelicta, & tanquam in hoc non rescissum obtineat testamentum. [g] Et hæc quidem de parentum ordinauimus testamentis. [h]

CAP. III. Quæ sunt iustæ causæ parentum exhæredationis.

Iustum aũt pspeximus & ecõtrario de liberorum testamentis hæc eadẽ cũ aliqua distinctione disponere. Sãcimus itaq; non licere liberis parentes suos p̃terire, aut quolibet mõ à reb. pprijs, in qbus habẽt testandi licentiã, eos [i] oĩno alienare: [k] nisi cãs quas enumerauimus in suis testamentis spãliter noĩauerint. Has aũt esse decernimus: Si parentes ad interitum vitæ liberos suos tradiderint: [l] citra cãm tñ q̃ ad maiestatem ptinere cognoscitur. Si venenis aut maleficijs, aut alio mõ parẽtes filiorum vitæ insidiati probabunt. Si pr̃ nurui suæ, [m] aut concubinæ filij sui sese immiscuerit. Si parentes filios suos testm̃ cõdere prohibuerint in rebus in qb. habẽt testãdi licentiam: oĩbus videlicet in hmõi testõrum phibitione seruandis, quæ in parentũ psona distinximus. [n] Si contigerit aut virum vxori suæ ad interitum, aut alienationẽ mentis dare venenũ, aut vxorem marito, vel alio modo alterum vitæ alterius insidiari: tale quidem, vtpote publicum crimen constitutum, secundum leges examinari, & vindictam ligitimam promereri decernimus [o] liberis autem esse licentiam, nihil in suis testamentis de facultatibus suis illi personæ relinquere [p] quæ tale scelus noscitur commisisse.

Si

[a] Laici sunt. s. parentes qui habent filios & agnatos hæreticos.

[b] Si enim. no. animam corpori præferendam, & alijs rebus. sic & C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. in fin.

[c] Siue vnam. Not. sufficere vnam de pluribus causis, vt hic, & j. eo. §. si tales. & C. de reuo. do. l. fin. Sed argu. contra. ff. de transact. l. cum hi. §. si prætor. sed ibi fuerat à iure expressum. Acc.

[d] Monstrauerint. per Constantinum probant filij se gratos. C. de inoffi. test. l. liberi. quæ est contra. Sed per Iustinianum corrigitur: & probant hæredes, vt hic, & C. de inoffi. testa. l. omnimodo. Et sic not. q̃ propter præsumptionem et possidens probat. vt hic facit institutus hæres: vt C. de pba. l. sine possidetis.

[e] Habere. & sic etiã filius alimenta non habebit, imò nihil. vt hic, & C. de secun. nup. l. fin. in princ. & ĩ. de hæred. & Falcid. §. exhæredatos. col. j. & ĩ. de immẽ. do. in fin. colla. vij.

[f] Nullum. ipso iure s̃m M. & Azo. sed s̃m Ioan. & alios dic per sñiam, & sic aget querela. & secundũ hoc dices, euacuato, idest euacuando per querelam. & sic tempus pro tpe, vt ff. de lega. iij. l. etiã. & C. de infa. l. si Posidonium. sed primi proprie ponunt. s. ipso iure. & hoc plene di xi, ĩ. eo. §. aliud. Acc.

Scriptura pro parte tenere potest.

[g] Testamentum. Nota scripturã pro parte tenere, & pro parte non. vt hic, & C. de transa. l. si ex falsis instrumentis. & C. de Lati. li. tol. l. j. §. fin arg contra. ff. de min. l. ex causa.

[h] Testamentis. nam & si parentibus &c. sic. ff. de inoffic. test. l. nã etsi. ad hoc. C. de impube. & alijs sub. l. ij. in princ. & ff. de inoffi testa. l. Papinianus. §. sed nec impuberis. & C. ad Tertul. l. fina. in princ. & ff. de mili. testa. l. si à milite. §. fin. Acc.

[i] Eos. s. parentes.

[k] Alienare. à bonis scilicet exhæredãdo.

[l] Tradiderint. accusando eos de aliquo maleficio.

[m] Nurui suæ. idest vxori filij. Acc.

[n] Distinximus ĩ. e. §. si coniunctus.

[o] Decernimus. ĩ. eo. §. j. Acc.

[p] Relinquere. hæc ingra-

ingratitudo est ꝑ obliquum.

a Disposuimus. ī.e. ti. §. si qs de pdictis.

b Censuimus: vt ī. eo. §. si vnum.

c Iussimus. vt ī. eod. §. si quis de parentibus. & §. generalem.

d Firmitate. immo videtur φ non, vt ff. de iniusto & rup. testa. l. filio contra. Solu. illa corrigit istā.

e Testamento s. per querelam, vt diximus. ī. eod. §. siue igitur.

f Leges. vt C. de inoff. test. l. omnimodo. & l. scimus.

g Considerare. sic ī. de hære & Fal. §. his omnibus.

h Pulcherrimam. aliàs Pulcerrimam. vt sit proprium nomē. & aliàs pulcherrimam, adiectiuè.

Si liberis, vel vno ex his in furore constituto parētes eos curare neglexerint: omnia & hic obseruari præcipimus, quæ de parentibus furiosis superius disposuimus. a His casibus etiam cladem captiuitatis adiungimus: in qua si liberos detineri, & per parentum cōtemptū vel negligentiam non redemptos, ab hac luce trāsire cōtigerit, nullatenus eorum parentes ad facultates perueniant liberorum, de quibus filij testari potuerant: sed omnia in hoc quoque capitulo seruentur, quæ & de parentibus vel cognatis atque agnatis qui ab intestato ad talium personarum iura vocantur, aut de extraneis scriptis hæredibus supra censuimus. b si quis de prædictis liberis orthodoxus constitutus senserit suum parentem vel parentes non esse catholicæ fidei: hæc & in eorum persona tenere, quæ supra de parentibus iussimus. c Si tales igitur causas, vel certas, aut vnam ex his, liberis suis testamentis inscripserint, & scripti ab eisdem hæredes, aut omnes, aut certas, aut vnam ex his probauerint: testamentum in sua firmitate d manere præcipimus.

Si autem hæc omnia non fuerint obseruata, nullam vim hmōi testamentum quantū ad institutionē hæredum habere sancimus: sed rescisso testō, e eis, qui ab intestato ab hęreditatem defuncti vocantur, res eius dari disponimus, legatis videlicet vel fideicommissis & libertatibus, & tutorum dationibus seu alijs capitulis, sicut superius dictum est, suā obtinentib. firmitatem. Si quid autem pro legatis siue fideicommissis & libertatibus & tutorum dationibus, aut quibuslibet alijs capitulis, in alijs legibus inuētum fuerit huic constitutioni contrarium: hoc nullo modo volumus obtinere. Et hæ quidem exhæredatiōis aut præteritionis pœnę, quantum ad ingratitudinis causam contra pdictas personas statuendæ sunt: si quæ autem ex his inter crimina reputantur, earum auctores etiam aliàs pœnas sentiant legibus definitas.

CAP. V. Vt non liceat creditori hæredes defuncti ꝓ debito molestare ante nouē dies.

Nemini licitum est hæredibus propinquis & affinibus & coniunctis defuncti, & eius fideiussoribus vllam inquietudinem vel molestiam occasione debiti defuncti, vel generaliter quacunque de cā ad præfatas personas spectante, ante spatium nouem dierum inferre. quicquid autem factum est intra prædictum spatium, est inualidum: nullo tamen ex hoc creditori circa temporalem præscriptionem præiudicio generando. Bartolus.

HAEC autem disposuimus, vt & parentes & filios à testamentorum iniuria liberos reddamus. Cæterum si qui hæredes fuerint nominati: ēt si certis rebus iussi fuerint esse contenti, hoc casu testm̄ quidem nullatenus solui præcipimus: quicquid aūt minus eis legitima portione relictum est, hoc secundum nostras alias leges f ab hæredibus impleri. Sola.n. est nostræ serenitatis intentio, à parētibus & liberis iniuriam præteritionis & exhæredationis auferre. Considerare g nanq; debent parentes, quia & ipsi filij fuerunt, & eadem à suis parētibus sperauerunt. Et similiter qui nunc filij sunt, dūt studere parentū animos sanare, quia & ipsi parentes fieri desiderant, & à suis filijs optant honorari. Vñ & constant ad vtriusq; partis vtilitatē atq; cautelam, pñtem legem fuisse prolatam: quam ex hac occasione promulgandā esse perspeximus. In aliquo autem negotio disceptantes, inuenimus pulcherrimā. h filiā gratam quidem à sua genitrice fuisse dictam, exhæredatam autem testamento nominatam tā in paternis quàm in maternis facultatibus: & talem quidem scripturam, quia dolo eā & machinatione quorundam compositam fuisse compertmus, nullo modo permisimus obtinere: filiam autem hæredem patris ac matris iussimus fieri: sicut & in scriptis prolatum super hac causa nostrum manifestat arbitrium. Meminimus insuper legem à nobis fuisse prolatam, per quam iussimus nulli penitus esse licentiam corpora defunctorū debiti gratia detinere, aut impedimentum eorum facere sepulturæ. Sed in præsenti quendam cognouimus cuiusdam mortui genitorem à sepultura sui filij redeuntem, nomine debiti tenuisse: ideoq; pium & humanum esse perspeximus talem crudelitatem hac lege pijssima coercere. Sancimus † itaq; nulli penitus esse licentiam, aut hæredes, aut parentes, aut liberos, aut coniugem, aut agnatos, vel cognatos, aut alios affines eius, aut fideiussores ante nouem dierum spacium, in

† Facit ad hūc. §. ex parte, iuncta gl. sup verbo, appellatiōnē. ex de sepul.

Auth, t 2

a Inualida esse. Immo maiores pœnas pati debet, vt I. vt defu. seu fu. §. j. col. v. quæ est ℥. Sol. pœna amissionis ppri. & alterius tanti, & tertiæ partis bonorum locũ habet cũ vel in moribundũ, vel adhuc viuentem inquietat, vel quia phibet exequias fieri, sinadi in cautionib exigendis, locũ hæc authẽ. habeat. Azo. Et sic not. q̃ quidam cã funeris conceduntur, q̃ alias non concederẽtur, vt hic, & C. de iure delib. l. fi. §. in computatione. & C. de sepul. viol. l. fi. & ff. de s[...] vo. l. 2. § pe. & §. fi.

b Præiudicio not. q̃ nõ fit pręiudiciũ agere non valenti, vt C. de pscrip. xxx. anno. l. sicut. in fi. & C. q̃n actio de pec. ẽ anna. l. pe. & ff. de collu. detec. l. 2. §. 1. & ff. de iudi. l. 2. §. penul. & ĩ. de san. episco. § n vero episcopi. coll. ix.

Præiudicium non fit agere non valenti.

c Fieri pręiudiciũ. nã nõ põt q̃s cõstituere aliũ soluturũ: vt ff. de constit pec. l. eũ q̃ §. sed & si q̃s constituerit. & inst. de inuti. stipu. §. si q̃s aliũ & ff. de duobus reis. l. his verbis. sic econtra alij non põt constitui, vt ead. l. §. Iul. scribit. & arg. ff. de verb. obl. l. si mihi & Titio, in princ.

d Impersonaliter. sed dicendo simpliciter, satisfiet tibi nõ valet, & sic nota certa & specificata valere, q̃ aliás non valerẽt, vt ff. si q̃s cau. l. sed & si §. quæsitũ. & de acqui. hær. l. si quis mihi bona. §. iussum. & ff. si certũ peta. l. fi. §. Labeo. & ff. de vsur. l. quot in stipulatione. & ff q̃d cuiusq; vniuersi. te. item. §. j. & ff. man. l. q mutuã. §. salariũ.

Specificata valent, quæ aliás non.

† Ex hoc.

VT LICEAT matri & auiæ, & filijs &c.

Hæc prima pars expedit vsq; ad §. ad hoc autem & illud.

in quibus videntur lugere, conueniendi, aut quocunq; modo inquietandi, aut aliquam admonitionẽ eis offerendi, aut in iudiciũ eos vocandi, siue debiti gratia quod à defuncto descendit, siue alterius cuiuscũq; causę noĩe ad memoratas personas specialiter pertinẽtis. Si verò intra nouem dierum spacium aliquis ausus fuerit quamlibet de pdictis psonis aut conuenire, aut aliquam cautionem seu pmissionem vel fideiussionem exigere ab eis: hęc oia inualida esse [a] decernimus. Post nouem aũt dierũ excursum, si quis contra tales personas aliquas habere putauerit actiones: eas ẽm leges exerceat, nullo videlicet pjudicio [b] actionibus ex hoc interuallo circa tpalem pscriptionem, aut in alia quacunque legitima allegatione penitus generando.

CAP. VI. De constituta pecunia.

Qui constituit, vel spopondit pro alio: si quidem personaliter est locutus dicendo satisfaciam, obligatur in quãtitatẽ quã dixit, si dixit satisfiet à me, & ab illo: illo non cõsentiẽte, p rata est obligatus. Si vero alternatiuẽ, satisfiet à me, aut ab illo: illo non consentiente, ipse in solidum tenetur. Si verò cõstituens locutus fuit impersonaliter, nullus tenetur: salua tamen manente actione contra illos contra quos de iure competit: his obtinentibus in quibuscunque casibus nõ dum finitis. Bartol.

Ad hoc, † aliud capitulum ad pecunię cõstitutionẽ seu pmissionem respiciẽs, hac lege pręuidimus definire. Sancim[us] igitur, si quando aliquis aut pro se, aut pro alia psona pecuniam constituerit, vel spopon derit, dicẽs forte cuicunq;, Satis tibi facio: † eum in quantitatẽ, quã dixit, modis oĩbus obligari, itaq; pmissionem seu sponsionẽ suam adimplere, & debitũ compelli persoluere. Si quis aũt dixerit. Fiet tibi satis à me, & ab illo & illo: illis quidem, quos nominauerit, non consentientib. nullum ex tali voce fieri pręiudicium: [c] sed nec ipsum, q̃ hoc dixerit, pro illis personis quas nominauit, aliquam exactionem sustinere: pro se autem, quod ẽm leges debere monstratus fuerit, pro rata tantũ portione persoluere. Si autem dixerit, Fiet tibi satis aut à me, aut ab illo & illo: tunc nominatis quidem simili modo non consentientibus nullum fieri præiudicium: ipsum autẽ qui hoc promiserit, integrum quidem debitum cogi persoluere. Si quis autem dixerit, Fiet tibi satis: eum tali verbo, vt impersonaliter [d] dicto, tanquam nihil promiserit, ita ab omni exactione liberum seruari. Si quam autem contra nominatas personas putauerit sibi actionẽ cõpetere eã secundũ leges aduersus eos proponere, & legis auxilium pporiri.

a Et alijs. hæc expedit ab inde per tota. Di[uersis]

† Faciã.

EPILOGVS Hęc aũt obtinere sancimus in causis oĩbus q̃ nondũ iudiciali sententia, vel amicabili conuentione sopitæ sunt, parẽs carissime atque amantissime. Celsitudo itaque tua præsentem nostri numinis generalem constitutionem edictis quidem in hac regia ciuitate more solito proponendis, præceptionibus autem ad prouinciarum rectores dirigendis, ad omnium notitiam faciat peruenire. Dat. Cal. Feb. CP. Domi. Iustinia. PP. Aug an. XV. Basilio. V. C. Cos.

TITVLVS XIII.

Nouella 117. De diuersis capitulis.

VT LICEAT MATRI ET AVIAE, & alijs [a] parentibus post legitimam partem liberis derelictam, quomodo voluerint residuam facultatem suam disponere, & alia capitula plura.

CAP. I. Si quis filiumfa. hęredẽ instituerit, vt pr̃ ipsius vsumfructũ hr̃ditatis nõ habeat.

Contra voluntatem testatoris, vel contrahentis, patri nõ acquiritur vsusfructus, quod si testator nihil disposuit, aut a testatore electus decessit: iudiciarius cum cautione dabitur curator. Bal.

Imper. Iustin. Aug. Theodoto præfecto Orientalium prætoriorum.

Diuersis

DIuersis capitulis ad nos relatis, necessariũ esse perspeximus generali hac lege disponere. a Sancimus igitur licentiam esse & matri & auiæ, alijsq; parentibus postquam reliquerint filijs partẽ quæ lege b debetur: quod reliquũ est suæ substantiæ, siue in solidum voluerint, siue in partem, filio vel filiæ, nepoti vel nepti, & deinceps descendentibus donare, aut etiam per vltima relinquere voluntatẽ, sub hac definitione atque cõditione, si voluerint, vt pater aut qui omnino eos habẽt i potestate, in his rebus neq; vsũfructum, neque quodlibet penitus habeant par c ticipium. † Hoc enim & extraneis relinquere poterant, vnde nulla parentib. vtilitas nasceretẽ. Hoc itaq; non solum parentibus, sed etiã oi perso d næ licere pręcipimus. Res aũt ita relictas siue donatas positis sub potestate personis, si qdẽ pfectæ sint ætatis: licet sub ptãte sint, licentiã habeãt quo volunt modo dispo e nere. Si verò ætate minores sint: per quem perspexerit testator, aut donator, hæc gubernentur, donec illi quibus donata sunt aut relicta, ad perfectam ętatem veniãt: licentiam habente testatore, vel donatore, & matri & auiæ horum, qbus res collatæ sunt, ipsarum rerum si voluerint gubernationem committere, licet maritis iunctæ sint memoratæ mulieres: ita tñ si & ipsæ hmõi gubernationem suscipere voluerint. Si vero forsan is qui relinquit, aut donat, nullum his dispensatorem ordinauerit, aut ab eo datus hmõi gubernationem subire noluerit, aut moriatur antequã illi perfectæ fiãt ætatis: iubemus iudicem cõpetẽtẽ curatorẽ fide dignum cũ legitima fideiussione reb. talibus f ordinare, q debeat relictam talibus personis substantiã gubernare atq; custodire, donec illi ad perfectã (sicut dictũ est) ætatem pueniant. In illis.n. casib' legem q̃ vsum parẽtibus g pbet, volumus custodiri, quibus non inest specialiter huiusmodi conditio.

CAP. II. De eo qui in aliquo instrumẽto nominatus est filius.

Liberi de libera muliere nati, cũ qua nuptiæ esse poterant, si à patre nominati fuerint filij non adiecto hoc verbo, naturales. legitimi efficiuntur: & matrimonium inter illa verba pferentẽ, & mulierem ex qua nati sunt, intercessisse monstratur. & si pater vni ex filiis talia verba dixerit, omnibus prodest, qui ex eadem matre sunt orti.

AD hoc autem † & illud sancire pspeximus, vt si qs filiũ aut filiã habens de libera muliere cũ qua nuptiæ consistere possunt, dicat in instrumẽto, siue publica siue ppria manu conscripto, & habẽte subscriptionẽ triũ testiũ fide dignorũ, siue in testõ, siue in gestis h monumentorũ, hũc aut hãc filiũ suũ esse, aut filiã, & non adiecerit naturalẽ: hmõi filios esse legitimos, & nullam aliã probationẽ ab ijs quæri, sed oi frui eos iure qđ legitimis filijs nostræ conferunt leges: vtpote ipso patre (sicut dictũ est) filios proprios i eos vocante. ex hoc enim & eum eorum

a Diuersis capitulis. Disponere. s. qd iuris sit in istis capitulis. Ac.

b Quæ lege. vt i. de trien. & semis. §. j.

c Participium, nã & iure veteri hoc licebat, vt ff. ad Trebel. l. imperator. & ff. de hæredi. institu. l. quidam. licet non posset testator dicere, vt illud castrensis esset peculij, nisi illud esset verum: vt ff. de castre. pecu. l. si forte. quæ est arg. contra, quia sic ibi quoddã falsum inducitur. sed hoc dic vt in summa huius titu. in prin. Sed nunquid etiam in naturali debito hanc conditionẽ adijcere potest, vt patri nõ quæratur? Rñ sic: cum in hoc filius non grauetur, immo eius cõditio melior efficiatur, vt C. de inoffi. testam. l. filius matrem. Accur.

d Personæ. s. extraneæ relinquenti Accursius.

e Disponere. argo & testamentũ facere secundum quosdam, quod non puto: vt ff. de do. cau. mor. l. tã is. §. filiusfamilias. nam etiã in proprietate aduẽtitiorum filius non testatur. vt C. de bo. quæ lib. l. fin. §. filijs autem Accur.

f Rebus talibus. Non rebus dari curatorem: vt & quando patre recusante fili' adit hæreditatẽ delatam ex aduentitia causa. vt C. de bon. quæ liber. l. fina. §. fin autem patre. non autem personæ dat, vt C. de cura. fur. l. fin. in princ. Accur.

g Parentibus. quæ est C. de bon. quæ liber. l. cum oportet. & sic not. hic casus in quibus vsusfructus in aduentitijs patri non quæritur. Primus, quãdo sub hac conditione relinquitur vel datur à parente, vel ab extraneo, vt hic. Secunda, si pater remittat vsumfructũ, vt C. de bon. quæ libe. l. cum oportet. §. sin autem. Tertius in hæreditate fratris, vel sororis, in quamcunque parte admittitur, vt j. de hæredi. ab intestato. §. si vero. Quartus in hæreditate quã adit filius patre nolente, vt C. de bonis quæ libe. l. fin. §. sin autem patre. Quintus est in seruo filio legato vt eũ manumittat, vt C. de bonis quæ liber. l. fin. §. fi. Sextus in lucro dotis, vel donationis propter nup. quam lucrifaciunt filius vel filiafa. vt C. de bo. quæ libe. l. uõ fine. Sed hoc non placet. Idem videtur in septimo scilicet in rebus, quæ filio obueniunt parẽtibus soluentibus matrimonium sine causa rationabili, vt j. vt nul. iud. §. quia vero aliquid. Item & in octauo, quando scilicet vsusfructus filio relinquitur. nam in eo pater vsumfructum habere nõ potest, cum seruitus seruitutis &c. vt ff. de ser. lega. l. j.

h In gestis. In figura s. iudicij.

i Vocante. Ex hoc not. q patris professio in scriptis valet ad legitimationem, vt hic. & arg. i. qui. mo. na. effic. sui. §. si vero. & §. generaliter. collatio. vij. sic & valet vt seruus liber fiat, vt C. de

† Cõcor. cum hoc §. c. per tuas in glo. super verbo, appellauit. aute me. ibi, item si pater filium. extra q. fi. sint legi.

C. de lati. lib. tol. §. simili quoq; modo. & insti. de adop. §. fi. & sic in inuentario professio in scriptis valeti vt C. arb. tut. l. fin. & ad hoc C. de nõ nu. pe. l. generaliter. nõ aũt prodest vt de extraneo fili⁹ efficiatur, vt insti. de adop. in fi. & ff. de iur. pat. l. Caius Seius.

a Monstratur. id est fingitur. Acc.

b Mulier natis. no. beneficium vni datum, & alijs similibus datum videri: vt C. de diuer. re. l. j. & C. de aduo. diuer. iudi. l. restituendæ. § ad hoc. & ff. de testa. tut. l. si quis ita. in princ. Sed ar. contra. C. de transac. l. j. & ff. de iudi. l. cum prætor. in prin. & fi. de interro. act. l. secunda.

c Consistere. sine dote, & sine instrumento: vt hic fuit, & 3. quib. mod. nat. effic. legi. §. pe. coll. vj. & 3. de nup. §. nuptias. coll. 4.

d Protulimus. vt 3. quib. mo nat. effi. leg. §. quantum vero in militijs. Acc.

e Ad illustres. in clusiue & desecusiue Acc.

f Præcipimus. no. quod à principio valuit, non rumpitur, licet in eam causam veniat, à qua incipere non potest: vt insti. quib. mod. test. in fir. §. furiosi, & de le. §. si quis debitori.

g Concedimus. i. remittimus. Acc.

h Decorati. sed quare maius priuilegiũ eis conceditur? Rñ. immo dedecus, cũ inter viles computentur: vt § reliquos autem &c. & intelligo hoc de illis Barbaris qui nobis subiecti sunt. aliàs quomodo i eos legem facere? hic et go subiugati erãt sub Imperio Romano. Accur.

i Iubemus. Hic not. quòd matrimonium valet etiã sine scriptura & dote: vt hic, &

Mstimo nui an si-

matre monstratur [a] legitimum habuisse matri monium, vt neq; ab ea ꝓ nuptiarum fide alia probatio requiratur. Si autẽ pr̃ ex ipsa muliere multos filios habens, vni ex eis testimoniũ quodlibet ex pdictis præbuerit modis: sufficere ex eadem muliere natis, [b] ad legitima iura patris testimonium vni datum.

CAP. III. De muliere quę sine dotalibus instrumentis nupsit.

Liberi nati ex nuptijs legitime contractis, licet non solennibus, ad paternam hæreditatẽ pariter vocantur cum filijs natis ex nuptijs solenniter contractis: siue præcesserint eos, siue sequantur. Bart.

Hoc quoque pñti constitutioni pſpeximus adijciendum, vt si quis ex nõ scripto per affectũ nuptialem vxorem acceperit, & ex ea filios procreauerit: soluto autẽ matrimonio contingat eum ẽt aliam ducere cõiugem cum dotalibus instrumentis, & ex ea similiter filios procreare: nullum circa paternã hr̃ditatẽ alijs filijs ex indotata coniuge natis præiudicium fieri: sed cũ alijs filijs ex secũda natis vxore, quæ cum dotalib. instrumentis copulata est, ad patris etiã illos hæreditatem vocari: cũ etiã ex solo affectu possit consistere [c] matrimonium. quod similiter valere volumus ẽt si prius, qdẽ cũ dotalibus instrũ iungat aliqs vxori, post illam vero alterã ducat solo nuptiali affectu.

CAP. IIII. De nuptijs illustrium vt cum dotalibus instrumentis fiant.

Maximis dignitatib. decorati vsq; ad illustres inclusiue et exclusiue, sine dotalib. instrumentis nuptias nõ possunt contrahere, exceptis Barbaris. Inferiores autem cum dotalibus instrumentis et sine nuptias contrahere possunt. Ang.

Quia vero, [†] legẽ dudũ ꝓtulim⁹ [d] iubẽte aut dotalia fieri documẽta, aut alias ꝓbationes ꝓcedere factas apud ecclesię defensores, ꝑ quas nuptias cõpetat ↄfirmari, aut certe scr̃a ꝑberi: in pñti pspe xim⁹ meli⁹ disponere ea q̃ de his pridem sanciũ sunt. Et propterea iubemus eos qui maximis di gnitatibus decorati sunt, [e] vsq; ad illustres, [f] nõ aliter nuptias celebrare, ni si dotalia scribantur instrumenta: nisi tamen aliquis antequam mereretur huiusmodi dignitates, ex affectu solo duxit uxorem. tales enim nuptias ante dignitates factas, & post dignitates legitimas manere præcipimus, [f] & ex his natos legitimos esse filios. Postquam vero honorati fuerint aliqui hmõi dignitatibus: nõ aliter ducere vxores, nisi cum dotalibus instrũs. Hãc autem legis subtilitatem ↄcedimus [g] subiectis nostrę reipublicę Barbaris, licet dignitatibus hmõi decorati [h] sint, vt et sub affectu possint ipsi uolentes ↄhere nuptias: reliquos aũt omnes pręter eos qui maximis (sicut dictum est) dignitatibus decorati sunt, cuiuslibet sint dignitatis, aut militiæ, aut studij, si quidem voluerint, aut potuerint; non prohibemus eos cum dotalibus instrumentis ducere uxores. Si autem etiam hoc non custodierint, & ex solo affectu celebratas nuptias firmas esse sancimus, & ex eis natos, legitimos esse filios iubemus. [i]

[i] Ubi matrimonium est sine dote, & præmoriens est locuples: superstes laborans inopia et succedit in quarta parte: quamuis iam ex illo quàm ex alio matrimonio existẽt liberi, minori tamen numero tribus, quia tũc cum eis pro virili succedit. Alex.

Quia vero legem [k] dudum posuimus præci-

3. proxi. no. hoc autẽ fallit in tribus casibus. Primus in illustribus, & qui 3. eos sunt: vt in hoc §. & 3. eo §. illo. Secũdus, si aliquis in dignitate positus liberiã in vxorẽ accipiat: vt 3. vt liber. decc. § si qs autem. collat. 6. Tertius, est si quis concubinã in vxorem accipiat: vt C. de natu. li. l. cũ quis & vbicũq. lex de hoc facit mentioné. sem p. n. dicit eũ. dotalibus. i. cum dote & instrumẽto. vel certe hoc fit ad si liorum legitimationem, non autem ad matrimonium: quia & sine his valet: vt hic dixi, & insti. de nup. §. fi. Item est & alius, vt qñ scenica vel aliquam meretr. cem quis accipit: vt C. de nup. l. imperialis. §. i. in fi.

k Quia vero legem. scilicet. C. de repu. l. vlti. & 3. de nup. §. si quis enim. col. 4.

ne dote scriptura valeat.

† Cõcor. cum hoc §. gl. in e. Raynu. su ꝑ verbo, clare. in med. ibi, qñq; ib. extra de testam.

Dota-

ſcipientẽ, vt ſi qs vxorem aliqñ ſine dotalib. [a] acceperit, cũ affectu ſolũ nuptiali, & hãc ſine cã legib. agnita proiecerit: accipere eam quartã partẽ ſubſtantię eius, & aliam poſt hanc fecimus legẽ decernentem, [b] ſi qs indotatã vxorẽ p affectum ſolum acceperit, & vſq; ad mortem cũ ea viuens, pręmoriaẽ, accipere ſimiliter & eam quartã illius ſubſtãtię portionem: ita tñ, vt nõ tranſcendat hoc centum librarũ auri quantitatem. in pſenti melius [c] vtranq; legem diſponentes, ſancimus in vtroq; [d] caſu ex talib. mrimonijs natos filios legitimos eẽ, & ad paternã vocari hæreditatẽ: vxorem aũt ex vtroq; horũ caſuũ, ſi qdẽ vſque ad tres habuerit [e] filios eius vir, ſiue ex ea, ſiue ex alio matrimonio, quartam partẽ ex ſubſtãtia viri [f] accipere. Si aũt amplius fuerint filij, tñ in vtroque ſimiliter caſu accipere [g] iubemus mulierem, quantũ vni cõpetit filiorũ: ita quippe, vt vſum ſolum in talib. reb. mulier habeat: dominiũ aũt illis filijs ſeruetur, quos ex ipſis nuptijs habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo nõ habuerit: iubem° ẽt dominij iure habere eam res quas ex viri facultatibus ad eã venire p præſentem iuſſimus legem. Quæ tñ irrationabiliter excluſa [h] eſt, in ipſo tpe expulſionis partem iubemus accipere, quæ continetur hac lege. Virum.n. in talib. [i] caſibus quartam ſm priorẽ nřam legem ex ſubſtãtia mulieris accipere modis omnibus prohibemus.

CA. VI. De Leoniana & Conſtantiniana cõſtõne.

Illo indubitanter obſeruando, vt Leonis piæ memoriæ cõſtitutio in oĩbus alijs caſib. q nõ cõtinenẽ pſenti lege, ppriam habeat fortitudinẽ. Cõſtantini vero piæ memorię legẽ ad Gregoriũ ſcriptam & ſup ea factã interpretatione à Martiano pię memoriæ, p quam mulierũ cõiunctiões (quas Cõſtãtini lex abiectas vocauit) ad quoſdam dignitatibus decoratos phibẽt: nullo penitur modo valere permittimus: [k] ſed licentiã volentib. pbemus (etſi quibuſlibet magnis dignitatib. decorenẽ) hmõi mulieres cum dotalib. inſtrumẽtis ſibimet copulare. Reliq vero citra eos, qui maioribus dignitatib. decorati ſunt, licentiã habebunt hmõi mulieres accipere, ſiue ſcripto voluerint, ſiue ſolo affectu nuptiali: ſi tñ liberæ ſint, & cum quibus liceat nuptias celebrare.

CAP. VII. Soluto per repudium matrimonio quomodo & apud quem liberi alantur.

Diuortio celebrato liberi ad parentum hæreditatem nihilominus vocantur: & alendi ſunt apud parentem, qui diuortij cauſam non præſtitit, expenſis alterius parentis committentis cauſam diuortij: niſi alius inops ſit. tunc enim apud diuitem alendi ſunt: his pariter obtinentibus in parentibus et liberis Barto.

Illud quoque † diſponendum eſſe perſpeximus, vt ſi quando inter maritum & vxorem nuptias ſolui contigerit: ex hmõi nati filij, nullo modo lædantur ex ſeparatione nuptiarum, ſed ad parentum hereditatem vocẽtur, ex patris ſubſtantia indubitanter alendi. Et ſi quidem pater occaſionem ſeparationis præbeat, & mater ad ſecundas non venerit nuptias: [l] apud matrem [m] nutriantur, ex penſas patre præbente. Si vero per cauſam matris oſtendatur ſolutum matrimonium: tunc apud patrem maneant filij, & alãtur. [n]

† Conco. in ca. 2. gl. ſup verbo, inſidientur. poſt med. extra de cõuer. In fi. vbi recitatur caſus huius §.

[a] Dotalibus. ſ. documentis.

[b] Legem decernentem. vt ĩ. de exhibẽ. §. quoniam vero.

[c] Melius. Nota ergo, ꝙ corrigit vtrãque: & ſic non dicãtur eſſe contrariæ.

[d] In vtroque. i. qñ eam reijcit, & qñ prædeceſſit maritus.

[e] Habuerit. ſ. mulier.

[f] Ex ſubſtantia viri. ſ. quartam partẽ, ſ. ſi habet tres liberos, vel pauciores: ſi vero plures, tunc virilem, vt dictum eſt.

[g] Accipere. ſ. quartam: vt in princ. huius. §. ſed in alio caſu accipit demum viro mortuo.

[h] Excluſa. i. relecta, vel repulſa.

[i] In talibus. Quæro, an vtraque prædictarum ll. corrigatur: illa. ſ. ſupra de nupt. §. ſi quis enim. & illa. ĩ. de exhi. §. quoniam vero. vt in neutro caſu vir ſuccedat vxori? Quidã ꝙ ſic. & pro eis eſt hæc litera, quæ dicit talibus caſibus: quaſi de vtroque prędictorum faciat mẽtionem. Tu dic, ꝙ tñ tum illam de nuptijs corrigit in eo quod de viro dicit hic: vt patet ſtatim eum dicit, ſm hanc priorem noſtram. nam de illa de nup. dicit: ſed corrigit per aliam quæ dicit nõ diſtinguendum hoc caſu, qñ vnus alium ſic reijcit, vt ĩ. vt fra. ſi. §. fin. colla. ix. & facit ad hunc. §. ĩ. nul. iud §. & ſi qñ. & C. de ſecund. nup. l. cũ alijs. Item quæro hic, quid ſi nullus filiorum eſt, ſed aſcendentes? Rñ. pręfertur vxor in ſumma centum aureorum: & ẽt proprietatem habet: in alijs rebus præferuntur parentes vxori, vt C. vnde vir & vxor. l. j. Item quid ſi nullus deſcendentium vel aſcendentium eſt, ſed tñ tranſuerſales? Rñd. vxorem quaſi inter accreſcendis in totum vocari. ſm Bul. Sed Pla. contra. & verum dicit per d. l. j. vnde vir & vxor.

[k] Permittimus. pręd ictas conſtitutiones non habemus. nam lex illa C. de inceſt. nupt. l. humilem. quæ hoc dicit eſt Valentini, non alicuius iſtorum. nõ autem placet vt dicas loqui de ea, quæ eſt. C. de pac. conuen. l. ex morte. quia illa nihil de hac materia dicit.

[l] Non venerit nuptias. ſecus ſi venireti: quia tunc non nutriretur apud eũ vt C. vbi pup. edu. de l. j.

[m] Matrem. quõ hoc cum dicat ius, ꝙ ſũt alendi, vbi pater iuſſit, vt ff. de ven. in. ſpi. l. j. §. apud eum? Rñ. ibi dicit, qñ pater deceſſerat, hic qñ viuebat. Item hic præſtitit cauſam diuortij, quod ibi nõ fuit.

[n] Alantur. addit Irn. matris locupletis expenſis. Egentem.

Si autem contigerit patrem quidem minus idoneum esse, matrem vero locupletem: apud eam pauperes filios manere, & ab ea nutriri iubemus. Quemadmodum † .n. filij locupletes coguntur matrem egētem [a] alere: ita iustū esse decernimus & à matre locuplete filios pasci. [b] Quod aūt de alenda matre, & filijs indigentibus definiuimus, hoc quoq; in oīb. ascēdē tib. descēdentibusq; personis vtriusq; naturæ valere præcipimus.

CAP. VIII. De iustis diuortium causis marito permissis.

Marito atque vxori diuortium celebrare permittitur ex causis hic enumeratis. Bar.

Quia vero plurimas in veteribus [c] & nostris legibus [d] inuenimus causas, ex qnib. facile [e] nuptiarum solutiones fiunt: ea causa perspeximus [f] ex his abscindere aliquas quę nobis indignę ad soluendas nuptias visę sunt & eas solummodo noīatim præsenti iserere legi, pro quibus rationabiliter pōt siue vir, siue mulier repudium mittere. Nunc aūt causas ex quibus maritus repudium mittere sine piculo potest, & dotem vxoris lucrari seruato in ea dominio ex eodē mīrimonio filijs aut filiab. qb. non extantib. [g] frui etiā proprietate: has esse decernimus. Si cōtra imperium cogitantib. aliqui bus conscia est mulier, aut etiam viro suo nō in dicet. Si autem vir hoc à muliere denunciatum tacuerit, liceat mulieri per quamcunque personam hoc declarare imperio: vir nullam ex hac cā repudij īueniat occasionē. Si de adulterio [†] maritus putauerit posse suam vxorem cōuinci: oportet virum prius inscribere [h] mulierem, aut etiā adulterum: [i] & si hmōi accusatio verax esse ostēditur, tunc repudio [k] miß so habere virum † sup ante nuptias donationē, ēt dotē: & ad hoc, si filios non habeat, tantum accipere ex alia vxoris substātia, quantum dotis tertia pars esse cognoscitur, vt eius pprietati, & dos & à nobis definita poena applicetur. Si enim filios habuerit ex eodem matrimonio: iubemus etiā dotem (ēm quod de hoc cē sent leges) aliamque mulieris substātiam filijs cō seruari: & ita adulterum legitime conuictum, vna cum vxore puniri, & si quidem habeat vxorem adulter, accipere eam & dotem propriam, & propter nuptias donationē: & si filios habeat, solo vsu mulier fruatur, donationis proprietate [l] secundum leges filijs seruada. aliam verò mariti substantiam eius filijs ex nostra largitate donamus. filijs autem non existentibus, antenuptialis quidem donationis proprietatem mulieri competere sancimus: aliam vero mariti substantiam omnē fisco [m] secundum antiquas applicamus leges. Si quolibet modo mulier vitæ viri fuerit insidiata: aut alijs hoc faciētibus consentiens, viro non indicauerit. Si cum viris extraneis nolente marito cōuinatur, aut cum eis lauatur. Si nolente viro foris domum manserit: nisi forsan apud proprios parentes. Si circensibus, aut theatris, aut amphitheatris interfuerit ad spectandum ignorante aut prohibente viro. Si vero contigerit aliquem citra vnam prædictarum causarum, vxorē suā à domo propria expellere, & illa non habens parētes, apud quos possit manere, ex necessitate foris habitet nocte: iubemus nullam esse marito licentiam propter causam hāc repudium mittere vxori, eo quod

[a] Egentem. secus si locuples, vt ff. de lib. agno. l. si quis à libertis. §. si impubes & l. vlti.

[b] Filios pasci. No. alimenta hinc inde i necessitatib. pstari, vt hic, & C. de ali. pt æ. à pa. l. j. & ij. & iij. & ī. neque virū quod ex dote. §. fin. colla. viij. & ī. qui. mo. na. eff. sui. §. pe. coll. vij. & ff. de lib. agn. l. si qs à libertis. & C. de bo. quæ libe ris. l fi. §. hoc proculdubio Item not. haberi distinctionem psonarū, apud quem debeant esse, vt hic, & C. diuor. fa. apud quem liber. l. j. & C. vbi pupil. edu. de. l. j. & ī. de nup. §. eius. & C. de pat. pot. l. filia. Hoc tñ nota, q̄ vsque ad triennium mater alere debet, vt C. de pat. pot. l. pe.

[c] In veterib. vt C. de repu. l. consensu.

[d] Legibus. vt ī. de nuptijs § si igitur. colla. iiij. & C. de repu. l. pe. & fi.

[e] Facile. Idest. sine poena.

[f] Perspeximus. sunt aūt septé, vt subijcit. Item tres aliæ adijciuntur, vt ī. eod. §. prædictis.

[g] Extantib. s. filijs.

[h] Inscribere. si accuset iure extranei, non iure mariti, intra quadraginta dies accusanti nō imponitur necessitas inscriptionis, vt C. ad legem Iuliā de adul. l. quamuis. Vel hoc nouū ius: illud aūt vetus dr, quod sit verius. Accursius.

[i] Etiam adulterū. quasi dicat, non ambos simul: quia hoc fieri non pōt, vt arg. ff. ad leg. Iuliam de adult. l. si maritus. §. fina.

[k] Repudio. olim. prius debebāt repudiare, quā accusare, vt C. ad legem Iuliā de adulte. l. crimen. & ff. ad legem Iuliā de adulter. l. miles. §. volenti. q̄ sunt cōtra. Sed hodie potest, vt hic, & ī. vt nulli iud. §. si quādo vero. collatio. ix.

[l] Proprietate. no. hic lucrari virum, si cōtra vxorem inscribat. Sed vr monasterio dari, in quod est mittenda hæc foemina, vt ī. vt nūlli iudicum. §. adulteram. coll. ix. quæ est ī. Solu. illud qđ includitur in monasterio. Sed hoc nihil est: qa semper debet includi: vt dr ibi. Quare dicunt alij, q̄ hic in dote: ibi in alia substantia mulieris dicit. Sed hoc non valet: quia in fine illius. §. adulteram. dicit, pacta seruāda viro circa dotem. si enim lucratur eam per legem, vt hic dicit, quare diceret et hoc seruari pactū; Dic ergo tn, q̄ hæc secundum illam intelligitur. Acc.

[m] Fisco. Sed hoc hodie corrigitur. nam non sunt confiscanda aliqua sic indistincte, vt ī. vt nulli iudi. §. si. Acc.

Alimenta hincinde in necessitatibus filijs præstantur.

† Conco. c. cum haberet. in gl. fi. post med. extra de eo qui dux. in mat. quā pollu. per adult. vbi est bona gl.

† Conco. cum hoc tex c. tuæ fraternitatis. in gl. ij. in fi. extra de procura.

† Conco. cum hoc tex c. j. in gl j. extra vt lit. non contest.

quòd ipse huius rei autor existat. a

CAP.IX. De iustis diuortij causis mulieri concessis.

Adulterã vero mulierem competentibus vulneribus subactam, in monasterium mitti: [a] & si quidem intra bienniũ recipere eam vir suus voluerit, prætereà ei damus hoc facere, & copulari ei, nullum periculum ex hoc metuens: [b] & nullatenus propter ea quæ in medio tempore facta sunt, nuptias lædi. Si vero prædictum tempus transierit, aut vir priusquam recipiat mulierẽ, moriatur, tonderi eam, & monachicum habitum [c] accipere, & habitare in ipso monasterio in omni propriæ vitæ tempore: & si quidem habeat descendentes, duas partes [d] accipere eos substantię, secundum legum ordinem diuisas, reliquã vero tertiam partem monasterio in quod mittitur dari. Si vero descendentes non fuerint, sed ascendentes inueniantur non consentientes huiusmodi iniquitati: quatuor vncias [e] eos secundum leges diuisas accipere, octo vero vncias dari monasterio in quo includitur huiusmodi mulier. Si vero neque descendentes neque ascendentes habeat, aut ascendentes cõsenserint huiusmodi iniquitati, omnem eius substantiam accipere monasterium, illi cõseruãdam: vt per omnes casus viro pacta dotalibus illata instrumentis seruentur. [f]

Matrimonio sine causa diuortio aut consensu soluto, delinquentes in monasterium mittendi sunt, pœna legitima eis imminente, aut etiam eorum ministris: reconciliato autem matrimonio cõsensu vtriusque priusquã in monasterium mittantur pœna remittitur: sed altero recusante, illẽ solus pœna legitima punitur. Bartolus.

Quia vero aliqui nostram legem transcendere student, in qua euidenter causas enumerauimus, ex quibus solùm repudia possunt transmitti aut à viro, aut à muliere: iubemus præter illas causas nullo modo repudia fieri, aut per consensum nuptias solui, & concedere inuicem delictis. [g] Si vero præter [h] à nobis definitas causas præsumpserint aliqui soluere matrimonium: iubemus, si quidem descendentes habuerint siue ex ipso, siue ex alio matrimonio, substantiã eorum illis dari secundum legum ordinem, & tam virum quàm mulierem in monasterium mitti in omnibus vitæ suæ temporibus, & de singulorum facultatibus quaternas vncias monasterijs in quibus mittuntur, separari: viro nihilominus neque vsum habente datæ partis filijs: quoniã pater rerum filij in potestate positi non habet vsumfructum. [i] Si vero descendentes non habeant, sed ascendentes inueniantur: tertiam partem substantiæ accipere eos, si non iniquitati solutionis matrimonij consenserint: quas vero partes monasterijs, in quibus vnusquisque mittit, sepa-

Cõcor. huic text. c. tuę fraternitatis in gl. j. extra de procu. & ca. gaudemus. de cõuer. cõiug. quod ca. est extractũ ex hoc § vt dicit glo. super verbo. claustris.

Monachũ non facit habitus.

[a] In monasterium mitti. sed videtur alteri corpori ad puniendum non dari, vt C. de pœ. l. ne q. quæ est contra. Solu. hic speciale: & illa corporibus, non causa religionis facta intelligitur.

[b] Metuens hic contigunt omnia in . . ta in quibus cauetur vt maritus in adulterio deprehensam non detineat: vt ff. de min. l. auxiliũ §. in delictis neque dicat aliquis, q hic loquitur, quando ignorabat maritus: nam eo casu etiam iure veteri poterat retinere eam, cum suam scientiam poterat obumbrare, vt ff. de adult. l. maritus. Accursius.

[c] Habitum. nõ tamen est monacha, secũdũ Ioan. quod ex eo probat, quia pacta dotalia locũ non habent. nisi ea mortua, vt j. eo. in fi. huius §. si autem esset monacha, contrarium esset: quia pro mortua habetur: vt C. de episc. & cle. l. fin. §. j.

[d] Duas partes. Imo videtur, q tantum legitimam habeant filij, vt j. de san. episco. §. si qua mulier. quæ est contra. Sol. hęc per illam corrigitur. vel hic quando inuita ingreditur, plus habent filij. ibi quando volens, minus habent scilicet tertiam, & ecclesia duas partes. & eodem modo opponitur, infra. §. proxi. & eodem modo soluitur.

[e] Vncias. sed cum filij loco monasterij habentur, vt j. de san. episco. §. sed hoc præsenti. quare non est prima causa filiorum: vt j. de hęre. ab intesta. § j Respon. hic loquitur. qñ in vita intrauit, si aũt volens, monasterium præfertur ascendentibus: vt ibi. Vel dic, q tempore huius legis non præsumebat ecclesia pro filio, vnde potior erat causa parentũ, vt hic: sed hodie sic per l contrariam, vnde secundũ hoc hæc corrigitur. & parentes nihil habebunt. Vel versus hic non fit monacha, sed tantum tondetur.

[f] Seruentur. patet ergo, q prius nõ fuit facta monacha: licet fuerit tonsa. sed nonne probato adulterio maritus etiam sine pacto dotem lucratus, vt C. de repu. l. consensu. & j. vt li. ma. & auiæ §. quia vero plurimas. Rñ. illud corrigi secundum quosdam. Vel dic. q cum est ciuiliter conuicta, maritus dotem lucratur, sed cum accusata & damnata criminaliter substantia diuiditur: vt hic. Vel hoc cum extraneus accusat, illud cum maritus.

[g] Delictis. i. delictum.

[h] Præter. hæc verba cancellata sunt in quibusdã libris, & dicunt eam esse notham. sed contra eos est arg. j. vt lice. ma. & auiæ. §. quia vero quædam. colla. viij.

[i] Vsumfructum. & sic est iste vnus de casibus specialibus quibus vsusfru. patri non quæritur, vt dixi j. vt. liceat matri & auiæ. §. 1. in fine.

Consen-

[a] Consenserint. id est in collateralib. consentientibus, vt C. de incest. & inutili. nup. l. si quis incestas. §. sestandi. Acc.
[b] Concedimus. i. permittimus. Acc.
[c] Turpiter conuersatus. C. de adul. l. si quis. & ī. vt lice. matri & auiæ. §. si quoque Acc.
[d] Articuli dissoluuntur, vt quia tandiu trahebat et brachium donec auellebat ab armo, simi. prouidētia haberet. C. de pœ. l. si quis in metallum.
[e] Transmittatur. i. repete, sm legem vltimam &c.
[f] Abscissionem exigat, quod fit quando que, vt l. de mand. prin. §. coges col. xij. & C. de ser. fugi. l. e. iij. Sed quam l. Resp. in qua minus potest. arg. C. de pœn. l. penul. Alij. contra.
[g] Pro futuro autem. suspeoduntur enim, vt ff. de pœ. l. capitalium §. famosos.
[h] Proscriptionem. aliās deportationem.
[i] Mulieres. scilicet vxores.

Filios.

[a] Vt scilicet terreātur tali aspectu: vt dicit ibi text. & in c. ele ticus. extra, de co ha. cle. & mulie.

separari. Si vero neque descendentes, neque ascendētes inueniant, & ascendētes consenserint [a] facto: iubemus omnem substātiam monasterijs; in quib. missi sunt, dari: vt non propter hunc contemptū, & Dei iudiciū contemnatur, & nostra lex transgrediatur; Sed & ministros talis solutionis nuptiarum, aut qui hmōi infanda instrumēta cōposuerint, corporalibus pœnis subijci iubemus, & in exiliū destinari. Si vero ij qui matrimoniū soluere præsumpserunt, voluerint iterum sibi coniungi, priusquam mittanē in monasterium: licentiam eis damus hoc facere, & prædictas pœnas concedimus [b] eis, & proprias habere substātias, & ita adinuicem viuere, tanquam si nihil delictū fuisset. Vno vero volente matrimoniū reuocare, si non cōsentiat alia persona: contra eū, qui noluerit, teneant pœnæ.

Hæc vero omnia seruari iubemus tam in regia hac ciuitate quàm in prouincijs, tam à comite priuatar, quàm à palatinorū schola, & prouinciarum iudicib. & officijs eorū scientib. quod si neglexerint huiusmodi alicuius delicti, & non omnia hæc custodierint, & exilium & proscriptionem bonorum sustinebūt. Hæc vero iubemus seruare locorū sanctissimos episcopos: vt prouidētia eorū traditæ personæ in monasterijs mittantur. & de rebus earū quod a nobis definitum est, monasterijs vindicetur.

Accusatus de adulterio, & absolutus, si postea cum eadem muliere turpiter conuersari inueniatur, vel inter eos matrimonium esse secutum, matrimonium non valet: pœna ei mulieri imminente; nulla alia probatione exquisita. Bartol.

Si quis vero accusatus de adulterio, per proditionem iudicum, aut alio quolibet modo à legib. pœnas effugerit, & post hoc inueniatur cum muliere de qua accusatus est, turpiter conuersatus, [c] aut in matrimonium accipere eam, & hoc fiat viuente marito, aut post eius mortem: neque matrimonium valere iubemus: sed eum qui hoc delinquere præsumpserit, et si prius profugeri, attamen licentiam damus omni iudici & comprehendere eum, & post tormenta vltimis supplicijs subijcere: nulla alia executione aut probatione facienda, & mulierem castigatam, & detrusam monasterio mitti iubemus, & ibi manere in omne tempus propriæ vitæ: vtriusque vero substantiam secundum prædictum ordinem diuidi, periculo (sicut prædiximus) tam comitis priuatarum; quàm iudicis loci.

CAP. Vlt. De pœnarum omnium moderatione.

Pœnæ corporales & pecuniariæ minuuntur certo modo: præterquam in crimine læsæ maiestatis. Bartolus.

QVIA vero nos oportet humani generis infirmitatem protegere: corporales pœnas sm aliquas partes imminuentes, interdicimus alterutras manus aut pedes abscindi, aut hmōi quędam inferri supplicia, per quæ articuli dissoluuntur: [d] quia membrorum dissolutio grauior est vtriusque manus abscissione. Propter quòd iubemus, si quidem tale aliquid delinquatur, vnde leges mortem delinquentibus inferunt, sm legum virtutem sustinere eum pœnas. si vero tale fuerit crimen, quod morte dignū non sit, aut castigetur, aut in exilium transmittatur. [e] Si vero criminis qualitas membri abscissionē exigat [f] fieri: vnā solā manū abscindi. Pro furto aūt [g] nolumus omnino quodlibet membrum abscindi, aut mori: sed aliter eum castigari. Fures autem vocamus qui occultè, & sine armis huiusmodi delinquunt, eos vero, qui violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut sine armis, in domibus, aut itineribus aut in mari pœnis eos legalibus subdi iubemus. Vt autem [†] non solum corporales pœnæ, sed etiam pecuniariæ mediocres fiant: sancimus eos, qui in criminibus accusantur, in quibus leges mortem aut proscriptionem [h] definiunt, si conuincantur, aut condemnenē, eorū substantias non fieri lucrū iudicib. aut eorum officijs, sed neque secundum veteres leges fisco eas applicari: sed si quidem habeant descendentes & ascendentes vsque ad tertiū gradum, eos habere. Si vero mulieres [i] habeant, qui condemnati sunt: omnibus modis iubemus istas & dotem, & antenuptialem donationem accipere. Si vero sine dote talibus personis coniunctæ fuerint: à legibus definitiuam

[†] Ex hoc §. sumpta est authē. quæ est sī a perfi. C. de bo. dā. de qua eu. thē. facit mentionē e ca littetis. in gl. sup verb. maleficiū. extra de pi. vbi di q. pp maleficiū viri mulier non punit, vel hic l ver. si vero.

definitiuã partẽ de tota substãtia cõdemnari eas accipere, siue filios a habeant, siue nõ. Si verò neminem prædictorum habeat qui deliquit: tunc fisco b sociari eius substãtiam. In maiestatis verò crimine condẽnatis, veteres leges c seruari iubemus. D. Ca. Maij Constã. Domi. Iustin. PP. Augu. * Basil. V. C. Cons.

TITVLVS X.
Nouella 86.

VT DIFFERENTES iudices d audire interpellantium allegationes, cogantur ab episcopis hoc agere: & vt quando in suspicionem habuerint iudicem, pariter audiat causam & ciuitatis eps, & de cautela alia quam omnino oportet episcopum agere.

Episcopi debent iudices ad iustitiam faciendam compellere aut per se, aut per litteras ad principem directas, & iudice existente suspecto, adiungi sibi debet episcopus: litigator autem principem adiens priusquam adeat iudicẽ, vel episcopum, est puniendus. Bartolus.

Imp. Iustinia. Aug. edictum.

PRAEFATIO.

EX quo nos Deus Romanorum prępo suit imperio, omne habemus studium vniuersa agere ad vtilitatẽ subiectorũ commissæ nobis à Deo reipublicæ, & illa facere quæ omni difficultate & lęsione atque contritione priuent. ne occasiõe litiũ, & aliorum quorũdam discedere cogantur à propria patria, & in peregrinis affligi.

CAPVT I.

Propterea igitur & in præsenti prospeximus præsens edictum ad omnes dirigere subiectos & palam facere omnium ciuitatum. & vicorum habitatoribus, quatenus si quis habuerit contentionem aduersus alium siue pecuniaria causa, siue de sublatione rerũ mobilium & immobiliũ seseque mouentium, siue de criminalibus, prius interpellet clarissimum ꝓuinciæ e iudicem, & vt ipse secũdum nostras leges examinet ea quæ proponũtur, & vnicuiq; iustitiam seruet. Si vero dum aliquis adierit iudicem prouinciæ, non meruerit iustitiam: tunc iubemus eum adire suum sanctissimum episcopum, & ipsum mittere ad clarissimum prouinciæ iudicem, aut per se venire ad eum, & præparare eum vt omnibus modis audiat interpellantem, & liberet eum cum omni iustitia secundum nostras leges, vt non cogatur peregre de sua patria proficisci. Si vero etiam sanctissimo Archiepiscopo compellente iudicem cum iustitia determinare interpellantium causas, iudex differat discernere negotium, & non seruet litigantibus iustitiam: iubemus sanctissimum ciuitatis illius episcopum dare ad nos litteras ei qui non meruerit quod iustum est, insinuantes quia coactus ab eo iudex distulit audire interpellantem, & iudicare inter eum, & qui ab eo cõuentus est: vt hoc cognoscentes nos supplicia inferamus iudici prouinciæ qui interpellatus ab eo qui iniustitiam passus est, & coactus à sanctissimo archiepiscopo, non iudicauerit quæ in dubitationem venerunt.

Si vero contigerit quendam f nostrorum subiectorum in dubitationem habere iudicem, g iubemus sanctissimum archiepiscopum audire cum clarissimo iudice, vt ambo per amicabilem conuentum h dissoluant, quæ dubia sunt, vt aut per annotationem scriptis factam, aut co-gni-

a Filios. quod dic vt §. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò legem dudum. colla. 8.

b Tunc fisco. §. de incest. nupt. §. j. contra. Solu quidam dicunt istam corrigere Alij dicũt ibi speciale, vt esset in crimina læsæ maiestatis: vt ĩ. eo. in fi. Alij dicunt non esse contrariam. ibi enim confiscatio fit bonorum eo viuente & in ciuitate permanente, qui deliquit. vnde tum ciuis remaneat, pœnam sentit amissionis bonorum, vbi verò de capitali crimine dãnatur: quia ei nulla est pœna confiscatio bonorũ, vtpote cum bonis amodo non vteretur, merito cessat confiscatio. non enim res deliquit, sed persona: vnde persona tantum puniri debet: per confiscationem verò non puniretur: vt §. de man. princ. §. oportet.

c Leges. quæ sunt C. ad leg. Iul. maie. l. fi. §. pe. & l. quisquis. Accur.

d VT DIFFERENTES iudi. &c.

Prima pars expeditur. ĩ. eo. vsque ad § si verò contigerit. secunda, & vt qñ &c. expeditur postea vsque in finem.

EX quo. prouinciæ. hæc eadem dñr, §. de mau. prin. §. fit tibi quoque tertium. col. j.

e Si verò contigerit quendam. nunquid tam in actore, quàm in reo hic loquitur? Rñ. vt dixi. §. de execu. & ijs, qui con. & re. §. fin.

f Iudicem. i. pręsidẽ.

g Conuentum. qđ dicemus, si lex illa nõ corrigit, quæ est. ff. de arbit. l. sed si in seruum. §. si quis iudex. nunquid totus mundus errat? nam omnes videmus partes cogi, vt in se compromittant. nam & arbitrium in se supplices libenter suscipiunt, dico autem non suscipiunt, vt sint arbitri, sed arbitratiai. & plus dico non arbitrium esse, non sententiam, sed transact. sicut & venditio quæ ita fit, quã si Titius arbitratus fuerit: vt C. de contrahen. emp. l. vlti. & instit. de emptio. & ven. §. preciũ autem. quod ex eo potest apparere, q non totum id, quod debetur, faciunt præstari: & interdum reum aduersus quẽ nihil probatum est, aliquid præstari iubeant,

Arbiter & arbitrator differunt.

gnitionaliter [a] iudicetur inter litigantes, & forma deē iustitiæ legibusq; conueniens; vt non cogātur nostri subiecti pp huiusmodi causas recedere à propria patria. Si qs verò existimans habere se aduersus aliquem qualibet actionem, neque clarissimum prouinciæ iudicem interpellet, neq; sanctissimum ciuitatis epm adeat, & ita veniat huc absque litteris deo amabilis epi ciuitatis: sciat q̄m & ipse tales sustinebit pœnas, quales futurus esset sustinere iudex, si iterpellatus ab eo non studuisset [b] ei seruare iustitiā. Hæc aūt oīa sancire perspeximus, pp̄ter vtilitatē eorum qui habitant p ciuitates & vicos: ne priuati proprijs prouincijs, & ipsi in peregrinis [c] affligantur, & res eorum lædantur. Propterea enim iudices gratis facimus, & iusiurādum eos iubemus subire, vt vnicuique [d] interpellanti iustitiam seruent secūdum nostras leges. Si tamen contigerit quēdam nostrorū subiectorum ab ipso clarissimo prouinciæ iudice lędi, iubemus eum adire sanctissimum illius ciuitatis epm: & ipsum iudicare [e] inter clarissimum illius prouinciæ iudicem, & eum qui [f] putat lædi ab eo. Et si quidem contigerit iudicē legitimè & iustè iudicari à sanctissimo epo: satisfacere eum omnino modis ei, qui interpellauit aduersus eū. Si vero refutauerit iudex hoc agere, & peruenerit ad nos ipsa lis: si quidem inuenerimus quia iuste & secūdum leges aditus à sanctissimo episcopo, ea quę condemnatus est, non fecit: nouissimis eū supplicijs subdi præcipimus: quoniam qui debet vindicare oppressum, ipsum oprimere [g] reperitur. sed etiam subiectum ei officium iubemus cū omni studio administrante clarissimis iudicibus interpellātes absoluere, nihil accipientes præter illa quæ nostris constituta sunt legibus.

1 CAP. II.

Episcopus de iniustitia iudicis, & læsione subditorum iudicare debet: & læso damnum facere emēdari: pœna contra facientibus imminente. Item in ciuitatibus ī quibus sunt iudices, subditi adire debent defensorem qui inter eos iudicare debet. Bario.

2 Si vero hæc non custodiant, [h] subdi iubemus supplicijs. Si tamen inuenerimus quendam sanctissimorum episcoporum pro gratia cuiuspiam prodere iustitiam, regularem ei castigationem inferri iubemus: vt studeant cum timore dei iuste iudicare: ne non [i] imperantes [k] iustitiam, cogantur homines relinquere proprias ciuitates atque prouincias, & in loca quælibet alia iniqua concurrere. In ciuitatibus autem in quibus non sunt iudices, [l] iubemus eos qui habent causas, adire defensorem, & ipsum discernere inter eos. Si vero litem habentes voluerint defensorem vna cum sanctissimo episcopo iudicare, & hoc agi præcipimus. Neque autem monachum, neque clericum, neque episcopum iubemus venire huc absque litte i. sanctissimi sui patriarchæ. [m] Si verò hoc fecerint, sciant quia semetipsos schemate faciūt indignos. Si quis autem magisterianus, aut præfectianus, [n] aut cuiuscunque fortunæ existens acceperit amplius sportularum, quàm definitum est sacris constitutionibus: [o] iubemus omnibus modis iudicem prouinciæ periculo proprio secundum nostram legem hoc vindicare, & vindictam inferre hoc præsumentibus. Si verò non vindicauerit hoc ipse iudex, licentiam damus sanctissimo vniuscuiusque ciuitatis episcopo nunciare

beant. Itē nihil postea cognoscet de causis: sed dicet, nequid actor petat amplius de eo qd̄ primitus petierat, quod secus obseruaretur, si asset arbitrium in quo ad instar iudicij sententia daretur. Ioan. Itē quid si est iudex votius, alterius non? R̄. vt q̄ valeat compromissum. Vel dic s̄m Bul. interesse vtrum sit iudex rei, & tunc non valeat an actoris, & tunc valeat: quia forum et persona rei metimur, vt C. de iurisdic. omn. iu. l. iuris ordinem. Acc.

[a] Cognitionaliter. idest secundum ordinem iuris. Acc.

[b] Si nō studuisset. s. de man prin. §. & non permittere.

[c] In peregrinis. pauperes facti propter non seruatam eis iustitiam, vel ad nos venientes pp̄ter eandem causam. Acc.

[d] Vnicuique. vt s. de daten. cui s. iusiurandum. & s. iusiuran. quod præ. & da iudi. §. antepen.

[e] Iudicare. idest condemnare. Acc.

[f] Eum qui. sed qūo hoc? duabus rationibus hoc stare non potest. Prima, quia expresse inhibetur, vt iudic. sine quoquo suffra. § illud. quæ est contra. Secunda, quia de maioribus est, vnde durante offi. in conueniri non potest, vt ff. quibus ex cau. ma. l. ait & si per p̄torem. §. 1. quæ est contra. Solu. dicas q̄ hic de minorib. iudicibus dicitur: vt ff. de iniuriis l. nec magistratibus. quod nobil est. dic argo. q̄ hic loquitur in furtis & similibus, in q̄ibus eiū durante officio potest conueniri. vt pd. §. i. iud. in princ. Item & vbi opprimit subiectos. quod & ibi permittitur, vt C. ad leg. iuliam repet. l. iubemus. & hoc probat in fina huius §. quoniam qui debet vindicare oppressū &c.

[g] Ipsum opprimere. ex hoc sumit lo. q̄ non habet locum nisi vbi ratione officij subiectos offendit.

[h] Si vero hæc non custodiant. iudices.

[i] Ne non. aliàs ne nos.

[k] Imperantes. vel imperantibus.

[l] Iudices. maximi.

[m] Patriarchæ. vt C. de episcopis & clericis. l. si qua per calumniam. in fi.

[n] Si quis aūt magisterianus aut præfectianus. nomina sunt officialium.

[o] Constitutionib. sic s. vt litigant. §. his quoque.

lorum ex re persona matimur.

[f] Facit ad hōc §. c. cū spe. cum gl. j. extra de arbit. vbi dicitur, q̄ iste §. est in arg. q̄ ordinarius pōt aē arbiter. de hoc et vide l c. literas. in gl. j. circa medi. extra de præsump. vbi dicitur q̄ iudex nō pōt cōpellere partes vt in ipsum cōpromittant: sed si partes volūt in eū cōpromittere, hoc bene possunt. Magistratus durante officio cōueniri non pōt.

Facit ad hunc tex. c. cum sit genera le. cū glo. 2. extra de for. cōpet. vbi dr. q̄ iudex qui negligit facere iustiti à litē suā facit.

Maritima consuetudo nisi si repugnās legib⁹ ser uatur.

DE VSVRIS nauticis.



a Vnciū. Lex. vt ff. de naut. fœ. l. 1.

b Immutabiliter. no. pro consuetudine maris seruanda: quia tunc tenet cum nostris nō repugnat legibus. & sic intelligitur ff. ad leg. Rho. de iac. l. dominæ Antoninæ. & dicitur ĩ. de statu. & constitu. §. pen.

nunciare nobis, quæ de eis aguntur, & qualem habet militiam, aut dignitatem, qui hoc præsumpserit: vt & iudici periculum inferamus prætermittenti & despicienti nostram iussionem, & ipsum quoq; iubeamus puniri talia præsumentem.

TITVLVS XL.

Nou. 130. Deest in Scrimgeriana editione. Cont.

DE VSVRIS nauticis.

Alias Ioanni.

Leges antiquæ & consuetudines in vsuris nauticis obseruari debent perpetuo & inuiolabiliter. Bart.

Imper. Iust. Aug. Petro † gloriosiss. præfecto sacrorum prætoriorum.



Vncium audiuimus à tua celsitudine, cui occasionem nos ipsi præbuimus. Duos enim istos Petrum & Eulogium supplicasse nostræ sacræ potestati, & per se explanasse dicentes, quòd consueuerunt naucleris seu negociatoribus mutuare, & maxime in mari negotia facientibus, & hanc vitæ habere occasionem. Ipsa vero marina credita vocare nostra consueuit lex a traiectitia: & metuere eos, vtpote dubitationibus hinc eis exortis, oportere propterea fieri manifestum, quæ valeat super his consuetudo, vt & sacra nostra in hac procederet iussio, quæ consuetudinem ad certissimam duceret formam. Itaque nos delegantes tibi dubitationis naturam cognoscere, & hâc ad nos deducere: quatenus manifesta nobis facta, quod videretur, lege comprehenderetur perpetua: tuamque gloriam hoc à nobis agere iussam, conuocasse naucleros quibus hæc mutua curæ sunt, & interrogasse quæ aliquando antiqua consuetudo fuit. Illos autem & iusiurandum adijciẽtes testimonio, perhibuisse modos esse varios taliū mutuorum: & si quidem placuerit creditoribus, in singulis solidis pecuniarū, quas dederint, vnum tritici modium aut hordei imponere, qui mercedem publicis præberent telonarijs: sed quantum ad ipsos sine telonio nauigare naues, & hunc habere fructum, & harum quas crediderint pecuniarum, & insuper etiam pro decem aureis vnum percipere solidum pro vsuris: in ipsos autem creditores respicere ex euentibus periculum. Si vero non erumpant hanc viam creditores: octauā partem percipere pro singulis solidis nomine vsurarum, non in tempus aliquod certum numerandum, sed donec naues reuertantur saluæ. Secundum hoc autem schema contingit forsan & in annum extẽdi tempus, in tantum foris moretur nauis, vt annum aut terminos suos sumat, aut etiam transcẽdat: citius autem ea remanente, tempus in vnū solum aut duos trahi menses: & ex tribus siliquis vtilitatem habere: vel si ita breue sit tempus, vel si apud alterum extra debitorẽ maneat debitum, hoc idem valere: aliam rursus negotiatoribus profectionem assumẽtibus, & per vnumquodque onus definiri schema, secundum quod competit mutuū, aut manere aut permutare secūdum pactum quod ob hoc conuenerit partibus. Si tamen post reuersionem nauis saluæ, nequaquam nauigare propter tempus valentes reuertantur: viginta solūm dierum inducias dari à creditoribus debitoribus, & nihil pro debitis vsurarum causa exigere, donec vendi contingat onus, parcentes apud alium esse debitum non reddendum, duas partes centesimæ dominis pecuniarum dare vsuras, & mutuare, & mox mutuum in terrenum transponere modum: nequaquam maritimis periculis creditoribus molestandis. & hæc omnes dixisse cum iureiurãdo perhibentes testimonium, quæ ad nos nunciasti, vt nos sanciremus, quod nobis videretur: & super his dicebas hæc nostræ nunciare potestati. Nos igitur & ipsa legentes gesta, & causam edocti, sancimus secundum quod testatum est corā tua celsitudine, ita nunc & deinceps in omne tempus tenere, eo q̄ neq; iam positis repugnet legibus, vt oporteat tunc & decætero secundū quandam propriam legem in naucleris aut negotiatoribus super talium cautarū hæc seruari litibus, & secundum dictum modum prædictarum pactionum ita fieri etiam euentus, & alia omnia quæcunq; in prioribus testata sunt apud sedem tuam, vnde secundū propriam legem teneant in naucleris aut negotiatoribus. Quod enim longis ita seruatū est temporibus, & tenuit immutabiliter, b sicut testimonia apud tuam gloriam definierunt: quomodo nō est iustum, & in alijs omnibus valere, quæ postea erunt, & esse hanc eis rerum transactionem ex propria lege valentẽ, & altera quadam dispositione non egentẽ.

sed

DE INTERDI-ctis collegijs hæreticorum.

a Lucri-mum. Anathe matizātur.nn. q hæretici execrandi sunt, vt hic, & C. de sum.tri.l.2.§.quia vero. & §.1.& 2.
b Cōstitutionib⁹. vt C. de hæret.l.cūcti.& l.quicunq;.§.vniuers. & §. nullū ꝓterea. & C. de epis.& cle.l. conuenticula.

DE RAPTIS mulieribus &c.

c Legis. Cōpetere. vt C. de leg. & constit. l. fina.
d Dubiū. vt C.de leg. & consti.l.j. & ff. de vulg.subst.l.ex facto.
e Legem. vt C. de rap. virg.l.1.
f Excepto raptore. vt in Lombarda de rapto.virg.l. vlt.

* Aliàs. collectis.

Siue

sed lo, naucleriis seu negotiatorijs occasionibus in omne tēpus valentē, vtputa generalem existētē legislationē, & naucleris seu negotiatoribus & eorū ꝓctib.expositā? Quę debet ēt pars fieri iā à nobis positarū legū, & iudicātes ad hāc respicientes ꝓferre sn̄iam. Quę igitur placuerunt nobis, tua celsitudo iugiter seruare festinet.

TITVLVS XII.

Nou.132. Edictū de fide.

DE INTERDI-ctis collegijs * hæreticorum.

Hæretici adulteras collectas & adultera baptismata facere prohibentur. Bart.

Imp. Flauius Iust. felix, inclytus, victor ac triumphator semper August. episcopo Constantinop.

Plurimum esse & maximum bonū oībus hominibus credimus veræ & immaculatæ Christianorum fidei rectam confessionem, vt p omnia hæc roboretur, & oīs orbis terrarum sanctissimi sacerdotes ad concordiam copulentur, & consonè immaculatā Christianorū cōfessionem prædicent, & oēm occasionē, quę ab hæreticis inuenit, auferant: qđ ostenditur ex diuersis conscriptis à nobis libris & editis. Sed qm̄ hæretici neq; Dei cogitant timorē, interminatas talibus pœnas ex legum seueritate considerantes, diaboli opus implent, & quosdam simplicium seducētes sanctæ fidei catholicæ & apostolicæ ecclesiæ, adulteras collectas, & adultera baptismata latenter faciunt: pietatis existimauimus, per præsens nostrum edictum monere eos qui tales sunt, quatenus & ipsi recedant ab hæretica vesania, & nec aliorum animas per simplicitatē perdant, sed magis cōcurrant ad sanctā Dei ecclesiam: in qua recta prædicantur dogmata, & omnes hæreses cum principibus suis anathematizantur. a Nosse n. volumus oēs, quia si decætero aliqui inueniantur aut contrarias collectas facientes, aut apud semetipsos collectionē, nequaquam omnino eos ferimus, sed domos quidem vbi aliquid delinquitur, sanctæ assignamus ecclesiæ: his autem qui colligunt, aut apud se colliguntur, ex constitutionibus b poenas inferri omnibus modis iubemus. D. prid. Non. Apri. Constan. Dn. Iusti. PP. Aug. * Basilio Cons.

TITVLVS XIII.

Nou. 143. Latinè primum edita. ideo non est in Scrimgeriana editione.

DE RAPTIS MVLIERIBVS quæ raptoribus nubunt.

Mulier rapta substantiam raptoris lucratur, nisi nupserit raptori: quo casu ad suos parentes deuoluitur, si tali matrimonio non consenserint, aliàs ad fiscum debet peruenire. his obtinentibus in casibus futuris ac etiā præteritis. Bartolus.

Imp. Iusti. Aug. Areobindo gloriosiss. prætoriorum præfecto, expræfecto almę vrbis, & exmagistro militum.

Legis interpretationem culmini tātū principali competere, c nemini venit in dubium: d †. cū promulgandæ quoq; legis auctoritatem, fortunæ sibi vendicat eminentia. Meminimus itaq; pro raptu mulierum, siue iā desponsatæ fuerint, vel maritis coniunctę, siue non, vel etiam si viduæ sint, legē antè posuisse, & capitis subiecisse supplicio non tm̄ raptores, verum ēt comites eorū, necnon alios qui eis auxilium tpe inuasionis contulisse nōscuntur, & non tm̄ parentibus mulierum, verum ēt consanguineis, & tutoribus & curatoribus hmōi dedisse per eandem legem vindictam, & præscriptis poenis locum dedisse, si iam nuptæ vel desponsatæ mulieres rapiantur, cum non solum raptus mulieris, verumetiam adulterium per huiusmodi temeritatē committitur: & super alias pœnas, raptoris etiam, necnon aliorum qui cum eo fuerint, patrimoniū raptæ mulieri vindicari per eandem legem e præcipimus: vt dotis etiam marito dandæ legitimo copia per raptoris ei ministraretur substantiam. Illo quoq; specialiter adiecto, vt nulla sit mulieri vel virgini raptæ licentia, raptoris eligere matrimoniū: sed cui parentes voluerint (excepto raptore f) legitimo matrimonio copulari: nullo modo, nullo tempore licentia mulieri raptę permissa, raptoris se coniungere matrimonio, sed parentes etiam, si tali consenserint

† Cōcor. cum hoc prin. c.inter alia de sen. ex com. ante medi. ibi, vt igitur vnde sui ꝓdit &c.

matrimonio, deportari præcipimus. Sed mirati sumus, quod conati sunt aliqui dicere, raptam mulierem, siue volentem, siue nolentem, et si raptoris sit amplexa matrimonium contra nostræ constitutionis tenorẽ, debere tamẽ eã raptoris substantiã habere, vel quasi legis præmisũ, vel ex testamẽto forte, si hoc ẽt factum eẽ contigerit. Qui enim talia dicere præsumpserũt ꝑdictæ legis seriẽ intelligere non potuerũt. Quia enim tale stare matrimoniũ, et si rapta voluerit, ꝓhibuimus, & ob hoc parentes raptæ mulieris deportationis subiecim' pœnæ, si hmõi cõnsenserit mr̃imonio: qũo raptas mulieres, raptorũ eligentes connubiũ, ꝓmijs honorassemus raptę datis mulieri? Superfluã igitur eorum dubitationẽ vel in posterũ resecãtes, priorẽ legem per præsentem interpretari cẽsuimus. Sancimus, itaque, si rapta mulier, cuiuscunque sit cõditionis vel ætatis, raptoris nuptias eligendas esse censuerit, parentibus præsertim non consentientibus: nec ex beneficio legis, nec ex testamento raptoris hæreditatem suscipere, vel quocunque modo substantiam vindicare, sed præmium quod per legem nostram raptæ mulieri datum est, vt raptoris, & eorum qui ei auxilium tempore inuasionis præbuerint, bona vẽdicet, hoc ad parentes, si ambo, vel vnus superfit, qui nuptijs ſpẽliter nõ probanẽ consensisse, ex tp̃e raptus ipso iure transferri: & patrimoniũ raptoris ad raptam iã habere mulierem. quæ coniugio se raptoris inquinare non piguit, sed in personas transferri, quas superius nominauimus ei non cõsentientes coniugio. Nã nefarios huiusmodi coitus pœnis corrigi, non præmijs competit honorari. Quòd si parentes iam decesserunt, qui huiusmodi sceleri consenserunt: substantia raptoris, necnon & aliorum qui facinoris fuerint participes, fisci iuribus vendicetur. Quam interpretationem, non in futuris tantummodo casibus, verum in præteritis etiã valere sancimus: tanquam si nr̃a lex ab initio cũ interpretatione tali promulgata fuisset à nobis, pater carissime atque amantissime. Quæ igitur per hãc legem nostra statuit æternitas, tua celsitudo effectui mancipari, obseruarique præcipiat.

Glossa: Siue volentem. in eo ꝗ voluit, quo punietur postea edulterium. Ss ꝗ patri iniuria facta vs, vt ff. de iniur. l. j. §. vsque. Raptoris. & in hoc aiele dicebant debere habere substantiã raptoris. Azo. Prohibuimus. s. & adhuc hoc prohibemus. Ioan. Vel. pro saltem. Censuimus. id. interpretari veterem legem per nouam. Vindicare. sunt & alijs casus, quos dixi mus institu. de leg. §. legati. Raptoris. s. bona. Transferri. nor. dominium transferri sine possessione. vt di xi. C. de pact. l. tradi tionibus. Acc. Mulieré. habeat. Competit. not. pœnas imponi delictis: vt hic, & s. vt nulli iu. §. quoniam. & præmia merentibus: vt hic, & C. de sta. l. vt vitruturum. In præteritis. No. ꝗ lex ad præteritã trahitur facta. sic. C. de leg. & consti. l. leges

Lex noua veterẽ interpretatur.

Secundum ista iura mulier rapta non poterit cõtrahere cum raptore, secus est tamen de iure canonico, vt l. c. si. extra de rapto.

DE COLLATORIBUS & c.

Vocunque. i. iugo. s. boum. Accur. vin vnoquoque. sm consuetudinem. n. sunt mensuræ: vt ff. de cõtrah. emp. l. imperatores. Accursi. Et octobri. innuit ꝗ in octobri & in septẽbri ępabuntur ad præstationem tributorum. Accur. Si vero

Cõest. l. qui con tra. C. de ince. nup. & in c. j. in gl. j. in fin. extra de dona. inter vir. & vxo.

TITVLVS XIIII.

Nouella 128. De publicis tributis.

DE COLLATORIBVS & alijs capitulis.

Dispositiones & denunciationes collationum per singulas prouincias & ciuitates collatoribus fieri debent temporibus hac constitutione positis, exemplarijs petentibus solnentibus datis, & de suscepto securitate præstita: iudicibus ac etiam executoribus contra facientibus pœna imminente. Item illi cui superindicta possessio est, si senserit se grauatum, permittitur licentia appellandi. Bartolus.

Imp. Iust. A. Petro gloriosiss. sacrorum prætoriorum præfecto.

Væcunque ad vtilitatem nostrorũ collatorum pertinent per Iulium & per Augustum mensem vniuscuiusque indictionis: particulares dispositiones collationum futuræ indictionis in foro vniuscuiusque diœcesis gloriosissimorum nostrorum præfectorum sub confectione monumentorum manifestari: declarantes quantum vnicuique prouinciæ siue ciuitati pro vnoquoque iugo, aut villis, aut centurijs, aut alio quolibet, tam in specie, quàm in auro, fiscalium causa immineat: iudicantes quoque specierum æstimationem secundum mẽsuram in vnoquoque loco tenentem, & quicquid ex his in arcã inferri, aut in vnaquaque dari, aut expendi oportet. Si igitur compositas tales dispositiones prouinciarum iudicibus mox destinari in principijs vniuscuiusque indictionis, & per eos proponi in ciuitatibus sub eis constitutis intra Septembrem aut Octobrem menses, sed & volumus exemplaria eorum ex foro gloriosissimorum præfectorum sine dilatione dari: vt collatores cognoscant quemadmodum debent collationes inferre. Si

Hinc colligit Alcia. li. viij. parerg. c. j. à Celẽdis Septẽbri-bus vnãquamque indictionẽ incipere: quem epertie tradit Beda lib. de tẽporibus, scriben ince. posse. 8. Cal. Octobris.

a Si verò fm. fic C. de apo. pu. l. 1. Ac.
b Dispositiones. in prouincias. facit ℑ. vt iu. iu. §. & hoc. & C. de sac. pa. & temp. l. pen. in fi.
c De suscepta. i. scripturâ de susceptis: vt ℑ. de man. prin. §. coges. col. 3. & ℑ. pro xi. §.
d Exigi pœnã. ℑ. scenicas. col. 5.
e Fiscalium descriptionum. C. de eden. leg. iusti est. & C. de fi. instr. l. illatæ.
f Et in hoc quoque. ℑ. de eccl. tit. §. si quis aut i sua. & ℑ. de sanctis. epis. §. si quis rapuerit. & C. de susce. l. iusta. & l. exactiões.
g Et hoc custodiri. l. conseruari C. de ol agro deser. l. locorũ.
h Et fm leges. ℑ. de iudi. in fi. Acc.
i Enthecis. de quib. habes exempla. ff. de penu leg. & de sup. leg.
k Qualitatem. & sic conscribunt bona ab eo, cui succedit fisc'.

Si vero ante insinuationem, in alios titulos præter eos, qui continentur particulari dispositione anni, collatores fiscalia exsoluant, aut in prouincia expendant: iubemus eis in eiusdem indictiõis collationes hoc reputari: vt nullum ipsi patiantur damnum. Si vero fm a à nobis definitum tempus non dirigantur hmõi particulares dispositiões: b qui quidem per tẽpus gubernant nrũm prætorium, triginta librarũ auri pęnã persoluant, vniuscuiusque vero prouinciæ cõtractæ quinq; & viginti librarũ auri pœnã exigantur. Si autem iudex missus easdem particulares dispositiones in prouincijs nõ proposuerit: x. libr. auri pœna damnabitur, & spoliationẽ cinguli sustinebit: eius quoque officium v. libr. auri exigentur. Iubemus vero specierum quidem illationem mox ex principijs vniuscuiusque indictionis incipere: argenti vero illationis titulum secundũ definita tempora. Pro fiscalibus autem collationibus de suscepta, c siue securitates particulares aut plenarias omnibus ab ijs, qui fiscalia suscipiunt fieri definimus, manifestantes, & solidorum qualitatem & specierum, necnon & iugorum siue villarum, siue centuriarum, & nomina possessionum, pro quibus functiones suscipiunt. Si verò secundum prędictum modum de suscepta, siue securitates non fecerint, iubemus eos, & pœnam x libr. auri exigi, & tormentis subdi: similiter iudicem prouinciæ x. libr. auri exigi pœnam d si de hoc interpellatus non iudicanerit, & compulerit de suscepta, siue securitates secundum quem definimus ordinem scribi. Hoc autem iubemus obseruari, si quis forsan collatorum dubitat de possessione, pro qua fiscalia exiguntur, aut pro qua fiscalium quantitate: omnibus modis fiscalium descriptionum e custodes cogi à locorum sanctiss. episcopo eas proferre, & fiscaliũ ostendere quantitatem, & seruitutem publicę descriptionis exigi possessorem. Et in hoc quoque f adiuuare nostros collatores perspeximus, vt non necessitas inferatur possessoribus sub hypothecis decimationes nominare in auro collationis, vt non aliquam ex hoc ipsi patiantur læsionem: sed eos, quibus in vnaquaq; prouincia aut ciuitate periculum fiscalium exactionum imminet, siue iudices sint, siue curiales, siue exactores, aut canonicarij, aut alij quidam: proprio periculo & suscipere pecunias, & transmittere, & expendere, in quibus deputatæ sunt vtilitatibus. Et hoc custodiri g iubemus, canonicarum talẽ in prouinciam destinari, qui possit periculo ordinantium eum exigere fiscalia tributa, & per nullam occasionem impulsorem post eum mitti, & damnum subiectis inferri impulsionis: & ipsum vocabulum de cætero perimimus. Si vero non opportunus inueniatur canonicarius, non impulsor mittatur, sed illo remoto alter dirigatur canonicarius. Ipsum quoq; canonicarium contẽtũ esse iubemus deputatis consuetudinibus, & nullã subiectis inferre læsionem. Si autẽ aliqñ contigerit superindictionem cuiuslibet possessionis conseruæ aut contributariæ fieri, ex illo tempore iubemus superindictum suscipientem, exigi pro eo fiscalia, ex quo tradita est ei superindicta possessio. Non aliter autem superindictũ fieri, nisi ex rescripto de hoc examinatio fiat apud prouinciæ iudicem, & sententia eius procedat definiens eum qui debet superindictum suscipere. Si quis autem putauerit se lędi, liceat ei prouocare: vt in foro gloriosissimorum præfectorum appellatio examinetur, & secundum leges h terminum suscipiat. Si vero aliqñ contigerit dominum cuiuscunque possessionis aut nõ apparere, aut ad fiscalium solutionem nõ sufficere, vt ex hoc superindictionis necessitas suscipiatur: iubemus hanc repente tradi ijs, qui conserua aut contributaria possident cũ omnibus, qui in ea inueniuntur agricolis, & peculijs eorum, & enthecis, i & fructibus, & animalibus, & omni alio instrumento ibi inuento. Si vero aut persona quę debeat eam secundum legem suscipere, non inueniatur, aut alio quocunque modo differri superindictum contigerit: iubemus gesta confici apud prouinciæ iudicem significantia, & qualitatem, k & statum eius possessionis, & omnia in ea inuenta: vt sic eam curiales, aut exactores aut officiales suscipiant; & si postea inueniatur qui debeat eam secundũ leges suscipere: non aliter fieri, nisi vt quod per occasionẽ exactorum,

a Eos aūt q̄. C. de can. larg. per totum. & C. de exe. & exac. l. 1. lib. 12. Acc.
b Impositas. Not. ꝑ glosa Pla. vt diximus. C. de procu. l. 1.
c Denominato inferre. Q. qn̄ fis. vel priu. l. pen. Acc.
d Exigēdi. ī. de mā. prin. §. fi. & ī. vt oēs obe. iud. ꝓuin. col. 5.
Exige-

aut curialiū, aut iudicū, aut officialiū eius peius aut minus factū est, ei, q suscipit, restituatur. Hoc quoq; iubemus vt ꝓ pecunijs aut speciebus i ꝓuincijs expensis non exigant collatores ea, q̄ dn̄r transmissoria: pro ijs aūt, quæ transmittunt, nō amplius ꝓberi horum, quę ex initio in vnaquaque prouincia deputata sunt.

CAP. II.

Executores in prouincias missi, exactiones inchoare non debent, nisi prius coram prouinciæ præside mādatum insinuauerint: hoc & in priuatis negotijs seruando, & executores & exactores nullam in causis priuatis executionem committere debent. Item debitor debitoris tributarij in subsidium debiti veritate probata conueniendus est, & exactorum excusatio ex eo, quod in loco sacro resideant, admitti nō debet aduersus eos, à quibus se læsos esse dicunt. Item exactores iustis ponderibus & mensuris vti debent. Bart.

Eos aūt q a in ꝓuincias pro qbuscunq; publicis exactionib. dirigunt: non aliter inchoare exactionē, nisi prius prouinciali iudicio insinuauerint ipositas b sibi de hoc iussiones: vt exsoluentes fiscalia tributa, nulli ꝓ his periculo aūt damno subijciant: hoc ipso & super priuatis negotijs obseruando. Hoc quoq; iubemus eis quib. fiscaliū exactio iniungitur, nullā priuatarum eārum exsecutionem cōmitti: sed & si quid eis tale iniungat, nullo mō ꝓsumere eos hoc agere: ne occasione publicarū functionū nostri subiecti lædant. Si aūt aliquis pro veritate publica debēs tributa, dicat exsecutori esse sibi aliū debitorem, non licere exsecutori molestiam aliquā denominato inferre, c nisi prius debitor ꝓbetur nullo oino mō posse publica tributa ꝓsoluere. Hoc tn̄ prius requiri apud iudicem prouincię, si ꝓ veritate debitor est is qui denominatus est, & ita fiat exactio. in vtroq; verò casu si quis aut exsequi aut exigere citra ea q̄ à nobis disposita sunt, ꝓsumpserit: & cingulo nudabit, & confiscabitur, & exilio tradetur. Qui aūt iniunxerit aut præceperit iudex, x. librar. auri exigatur pęnā, & officium eius quinq; libr. auri subiaceat pœnæ. Nulli verò penitus liceat publica tributa exigentium, d neque censualibus aut rationum scriptorib. aut alijs quibusdam publicè ministrantibus excusationem vti, q̄ in sacro loco resideant, ꝓ eos qui dicunt se læsos ab eis in fiscalium exactione. Nullus autem penitus molestetur pro tributis terrarum quas non pōsidet, sed etiam si contingat agricultores alicui cōpetētes aut adscriptitios propriam habere possessionem, illos molestiam sustinere, nisi forte propria voluntate tali functione se fecit obnoxium. Eos autem qui publica tributa exigunt, iustis ponderibus & mensuris vti præcipimus: vt neq; in hoc nostros tributarios lædant. Si aūt collatores putant grauari se siue in mensuris, siue in ponderibus: habeant licentiam specierum quidē mensuras & pondera à gloriosissimis præfectis: auri verò & argenti & reliquorū metallorum pondera à gloriosissimo per tēpora comite sacrarū largitionū accipere, & has mensuras & pondera in sanctissima vniuscuiusq; ciuitatis ecclesia seruari: vt secundum ea & grauamē collatorum, & fiscalium illatio, & militares & aliæ expensæ fiant.

CAP. III.

Exactor pecuniam tributariam sine dilatione & sine deminutione præbere debet: nulla etiam possessoribus & habitatoribus deminutione facta: & singulis annis episcopus cum quinque primatibus rationem exigere debet exactorum periculo. Item omnibus est adempta licentia loci seruatores mittendi. Bartolus.

Ciuitatum verò nostræ reipub. & habitantium eas perfectè prospicientes, iubemus nullam omnino esse licentiam fiscalium exactoribus communicare pecunijs quæ operibus & frumentis ciuitatum, & aquæductibus, aut alijs quibuslibet solennitatibus, aut salarijs deputatæ sunt: aut retinere aliquid ex ijs, aut ad proprium lucrum redigere: sed sine aliqua dilatione aut imminutione has ꝓbere, vt proficiant ab initio in quibus deputatæ sunt operibus: sed neque possessores aut habitatores ciuitatum præsumere quolibet modo auferre aliquid ex ipsis pecunijs, aut nomine descriptionum, aut pro sportulis dare aliquid ex his aut expēdere. Si quis autem dare aut accipere ex his præsumpserit: iubemus eum de suo in duplici quantitate hoc ciuitati reddere. Sed neque prouinciarum iudices, aut eorum officia, aut alium quemlibet omnino participium habere aliquod ad prædictas pecunias, aut eorum dispensationi semetipsum miscere: sed ciuitatis sanctissimum episcopum & primates, necnon & eius possessores constituere quidem patrem ciuitatis, & frumentarios, & alios huiusmodi dispensatores. Singulis autem annis impletis

pletis sanctissimum epm cũ quinque primatibus ciuitatis rationes exigere eos [a] qui ab ipsis ordinati sunt: & si quid ex talibus ratiocinijs apparuerit debitum, aut remansisse: exigi hmôi dispẽsatores periculo eos constituentiũ, & vtilitatibus q̃bus deputata sunt, reseruari. Si quis autem ex pdictis dispensatorib. inefficax inueniatur: repente hũc remoueri iubemus, aliumq; pro eo à sanctissimo ciuitatis epo, & reliquis possessoribus (sicut pdictũ est) ordinari: scientibus ijs qui denominant eos: [b] quia si qđ damnũ ciuitati contigerit, ex proprijs substantijs hoc medebuntur. Nulli verò liceat eorũ, qui in officio sunt gloriosissimorum pfectorũ, aut in alio officio, aut in schola constitutorũ, talia ratiocinia committi, neq; ex pręcepto cuiusdã administratoris, aut alterius iudicis scriptis: nec si pragmaticã, aut aliam sanctionẽ, aut sacrũ commonitorium accipiat præcipiens ei aliquid tale. Sed si quid fiat hmôi, licentiã habere vniuscuiusq; ciuitatis sanctissimum epm, & eius primates, non respondere pro memoratis capitulis talibus psonis: referre aũt ad nos, vt hoc agnoscentes, & illatũ ciuitatibus damnum ex eorum substantia restitui iubeamus, & competentem vindictam talibus inferamus. Super hoc iubemus scriniarios operũ sub præfecto sacrorum ptoriorũ constitutos, nullum participium ad talia ratiocinia oĩno habere vacantibus oĩb. per quæ eis siue generaliter, siue specialiter aliquid tale pridem concessum est, aut postea impetretur. pro prędictis. n. causis rationes nulli committi volumus, nisi nos prodesse ciuitatibus existimantes, virum opinionis bonæ, & dignitate ornatum elegerimus, qui debeat à nobis in scriptura diuina iussionem percipere continentem nostram piam subscriptionem: & illius nomen & dignitatem, & causas & tempora quorum ei ratiocinia committimus. Eos aũt, qui à talibus personis rationes exigũtur, omnem habere tutelã iubemus, aliquã quęstionem nullatenus sustinentes. CAP. IIII.

Loci seruatores regulariter prohibentur. fallit, si iudex ex iusta causa ad prouinciam venire impediatur: tũc enim vicarium mittere potest. Item fallit cum ex principis mãdato ad aliam mittitur regionem. Bart.

Ad hæc sancimus in nullo nostræ reipublicæ loco eundem epm & iudicem esse, & loci seruatore gloriosissimorum pfectorũ, aut magistrorũ militaris cinguli: sed nec aliquã exactionem fiscalium tributorũ agentẽ, loci seruatorem esse gloriosissimorũ pfectorum, aut magistrorum militum. Et simpliciter dicendum est nullũ in prouincijs fieri loci seruatorem pfectorum, nisi per nostrã iussionẽ in expeditionibus, vbi vtilitas exigit loci seruatorem mitti eiusdem præfecturæ, qui debeat prouidere militaribus expensis. Si quid aũt extra hoc delinquatur & committatur: qui quidem loci seruatorem suum fecit 30. libr. auri pœna exigetur, restituturus oẽ damnum quod per eum qui ab eo directus est, aliquis pertulerit. qui vero fieri præsumpserit: pprio cingulo & dignitate & militia priuabitur, & x. libr. auri pœna multabitur. Ad hæc phibemus & in prouincijs existentes iudices ciuiles & militares, in ciuitatibus aut castris loci seruatores in commissis siue prouincijs facere, ex quo videlicet in prouinciã accesserint, & in quantũ in ea administrant: quinq; auri libr. pœna imminente tam faciẽti loci seruatorẽ iudicis, quàm fieri psumẽti. Antequam verò in prouincijs veniant iudices, damus [c] eis licentiam vices agentes suos instituere, qui debeant omnia vsq; ad sui psentiam agere, quæ pñt ipsi iudices facere: citra tñ nouissimum supplicium, aut mẽbri incisionem. Sed si quis ex iudicibus ẽm iussionem nostram in aliam regionem mittatur: liceat per similem modum loci seruatorem suum facere. CAP. V.

Omnes iudices per se requirere debent delinquentes, et non per latronum insecutores, pœna contra facientibus imminente: & iudices debent per prouinciam proficisci: eorum administratione finita quinquaginta diebus debent in prouincia permanere, nisi ex principis iussione ad aliam vocẽtur alias læso sacramento præstito, omne damnum secundum quod iurauerint, præstare debent: & pœnæ pecuniariæ fisco applicari debent. Bartolus.

IVBEMVS autem omnes iudices tam militares quàm ciuiles per se requirere eos, qui latrocinia, [d] aut violentias, aut rapinas rerum, aut fœminarum, aut alia quælibet in prouincijs illicita committunt, & supplicia eis legitima inferre, neque pro his cau-

[a] Exigere eos. C. de epis. and. l. iubemus.
[b] Denominãt eos. facit. ff. de decret. ab ord. fac. l. qđ est. & ff de mu. & ho. l. vt gradatim. & C. de sasce. & arca l. exactores.
[c] Damus. ar. q pręlatus ex ipsa electione aliquod ius hẽt: nec postea eligentes mutata cõsiliũ pñt. extra de elec. causam q̃ inter. Item ẽ ĩ. de man. prin. §. eos autẽ. coll. 3. & ĩ. de admi. §. illud, col. 7. ẽ. Solu vt ibi. Item ff. de off. procon. l. 4. §. 6. ẽ. Sol. hic nouum.
[d] Latrocinia. C. de epi & cle. l. si quis in hoc. & ff. de offi. pręf. l. congruit.

sis accipere aliquid consuetudinis noie: vt omnes vndique nostri collatores illæsi seruentur. nō .n. permittimus cuilibet maiori aut minori militari iudici, aut latronum insecutores, aut violētiarum inhibitores, aut tribunos pro talib. causis in prouincijs ordinare, aut qui debeant aliquos examinare: vt non per tales occasiões ampliores violentiæ inferantur prouincialibus. Si quis iudicum hoc non custodierit: cognoscat non solū se commisso sibi cingulo spoliādū, sed decem librarū auri pœnā exsoluere, eo ꝙ presumpserit talem cām assumere: post tormenta verò & confiscationem substantiæ in exilium redigendum & relegandū. Ad hoc iubemus [a] prouinciarū iudices, & officia eorū, si qn̄ de ciuitate ad ciuitatem [b] veniūt, neq; angarijs, neq; descriptionibus, aut alijs expēsis collatores grauare: sed ex deputatis sibi de fisco annouis expensas facere. Super hoc sancimus, [c] prouinciarū iudices oīb. modis post depositionē cinguli quinquaginta dies in prouincijs commorari, & conuentiones aliquas contra se mouentibus respondere. Si vero contigerit aliquem ex eis ante completos quinquaginta dies deserere prouinciam: iubemus oēs ab eo damnum aliquod passos simul ingredi apud sanctissimum metropoleos epm eiusdē prouinciæ: & sub gestis monumentorū vnūquenq; tangentē sancta euangelia, palam facere illata dispendia: [d] & ex illius substantia ꝓ quem talia facta sunt monumenta oē damnū læsis restitui prouidētia & periculo per tps præfectorum eiusdem prouinciæ: scientibus quia si hoc complere neglexerint, ipsi de proprijs facultatib. oia damna læsis restituere compellentur. [e] Si quis aūt ex iudicibus prouinciarū aut reuocetur ad aliam administrationē, aut opus ad aliā prouinciā ei credatur: iubemus eū legitimo procuratore constituto cōuentiones pro damnis proponentibus rn̄dere. quod nisi fecerit, sancimus monumēta apud sanctissimū epm (sicut superius dictū est) agi, & pro damnis illatis eis iurantibus secundum gestorū virtutē omne damnum reddi: prouidentia similiter & periculo ꝑ tps præfectorū vniuscuiusq; prouinciæ tractatorum. Oēs autē pecuniarias pœnas quæ pn̄ti lege continentur, à comite per tps priuatarum rerum exigi eos qui pn̄tem legem non seruant, & nostro fisco vindicari [f] sancimus: qui nisi eas vindicauerit, ipse cum administrante sibi schola ex propria facultate hmōi quantitatem soluere cogatur. Quæ igitur per præsentem legē nostram salutarem, in perpetuum valituram, pro vtilitate & statu nostrorum collatorum disposuimus, tua gloria inuiolata & immota per omnia seruare festinet, & ad omniū notitiam peruenire faciat: edictis quidem in hac regia ciuitate solenniter propositis: præceptis autem ad clarissimos prouinciarū iudices directis, vt per eos omnibus collatoribus manifesta fiant. Dat. Idi. Iun. Dom. Iust. PP. Aug. * Basil. V.C. Cons.

TITVLVS XV.

Nouella 123. De ecclesiasticis diuersis capitulis.

DE SANCTISSIMIS EPISCOPIS, & Deo amabilibus & reuerendissimis [g] clericis & monachis. [h]

Episcopi debent eligi forma hic tradita: & si hi ad quos electio spectat, eligere negligāt per sex menses, electio deuoluitur ad superiorem: & si electus fuerit post electionem de crimine accusatus, ordinatio differri debet, donec de crimine iudicetur. et episcopus non per pecuniam, sed meritis eligi debet: pro consuetudine tamen debet dare pecuniam à iure statutam. Item ordinatus in episcopū, à seruili & adscripticia liberatur fortuna, & à patria potestate. Bart.

Imp. Iust. A. Petro gloriosiss. magistro sacrorum nostrorum officiorum. †

DE gubernatiōe, & priuilegijs, alijsque diuersis capitulis ad sanctissimas ecclesias, & alias venerabiles domos pertinentibus, iam q̄dā disposuimus. [i] sup sanctissimis aūt epis & clericis & monachis dudū in diuersis cōstitutionib. [k] & disposita cū cōpetēti correctiōe hæc com-

[a] Ad hoc iubemus. ꝟ. de mā prin. §. illud. & ꝟ. vt indi. sine quoquo suf. §. illud. col. 2. & ff de offi. procō. l. obseruare. in prin.
[b] Ad ciuitatem. aut de municipio ad municipium.
[c] Super hoc sancimus. C. vt oēs tam ciui. q̄ mil & ꝟ. vt iud. sine quoquo suffr. §. necessitatem. & ꝟ. de admi. § 1. col. 2.
[d] Dispendia. fac. C. qn̄ & q. quarta pars debe. l. 2. & C. de cur su pu. l. nō patimur.
[e] Compellentur. C. de bo. q lib. l. cū non solum. §. vbi autē. & C. de iudi. l. properandum. §. si autem.
[f] Vindicari. vt ꝟ. vt nul. iud § si quis vero. colla. 9. Acc.

DE SANCTISsimis epis &c.
Et hoc dicitur ꝟ. eo. vsque ad §. clericos.
[g] Reuerendissimis. hoc dicitur. ꝟ. eod. §. clericos. vsq. ad §. iubemus.
[h] Monachis. hoc dr ꝟ. eo. iubemus. vsque ad fi. constitutionis.
[i] De gubernatiōe. Disposuimus. vt ꝟ. de non ali. col. 2. & ꝟ. de eccl. tit. col. 9 & ꝟ. de eccl. re. immo. alie. col. 4. Acc.
[k] Constitutionibus.

† Præfecto prætorio scribitur in veterib. manuscriptis: quāuis in editione scri gestana in eadē inscriptio quæ hic. Contius.

comprehendere lege perspeximus.

In editionibus Haloandrinis duæ hic paginæ infarciũtur, q̃ nec in Scrimgerina editione, nec in meis manu scriptis repe riuntur. Contius.

CAP. I. De ordinatione episcoporum.

Sancimus igit̃ † quoties opus fuerit episcopũ ordinari, clericos & primates a ciuitatis cuius futurus est episcopus ordinari, mox in tribus personis decreta facere, propositis b eis sacrosanctis euangelijs, periculo suarum animarũ dicentes c in ipsis decretis, d quia neq; propter aliquam promissionẽ, aut amicitiam aut aliã quamlibet cãm: sed scientes eos e rectę & catholicæ fidei, & honestę esse vitæ, & litteras nosse, hos elegerunt: & quia neque vxorem, neq; filios aliqui eorũ habent, neq; concubinam f aut filios naturales cognoscũt g eos habuisse, aut habere: sed si prius vxorẽ aliquis ex eis habuit, ipsam & vnam & primam, & neque viduam neque viro coniunctam, h neque legibus aut sacris cõstitutionibus i interdictam: sed & quod neque curialem aut officialẽ hũc esse k cognoscunt: aut si curiali vel officiali sub iacet fortunæ, sciũt eũ l in monasterio nõ minus quindecim annis monasticam conuersationem implesse. Hoc m quoq; decretis n oportet inferi, quia non minus quàm triginta quinque ætatis annos habet is qui eligitur ab eis qui cognoscunt personam, vt ex trium o personarum pro quibus talia decreta sunt, melius ordinetur p electione & periculo ordinantis. q curialem vero vel officialẽ, † qui, sicut dictum est, quindecim annis in monasterio conuersatus est, & ad episcopatum prouocatus, liberum esse propria fortuna: ita tñ, vt liberatus à curia quartam partẽ suæ substãtiæ sibi retineat: r reliquis ei' rebus s̃m nostrã legẽ curiæ & fisco vĩdicandis. Damus aũt licẽtiam decreta facientibus, si quempiam laicorum præter curialem & officialẽ dignũ memorata electione esse putent: hunc cum alijs s duobus clericis aut monachis eligere, vt si laic' hoc modo ad episcopatum eligatur, non repẽte episcopus ordinetur, t sed primo clericis non minus tribus mẽsibus connumeret̃, & ita sãctas regulas & cotidianum ecclesiæ ministeriũ edoctus, episcopus ordinet̃. qui enim u † alios debet docere, post ordinationẽ ab alijs doceri non debet. Si vero (vt euenit in quibusdam locis) non inueniãtur tres personæ ad talẽ electionẽ opportunæ, liceat decreta facientibus in duab. & in vna x persona decretum facere: eos tamen omnes iam dictas à nobis habentes testationes. Si verò qui debent episcopum eligere, citius ipsa decreta intra sex menses non faciant: tunc periculo propriæ animæ ille quem competit y ordinare episcopum, ordinet omnibus alijs quæ diximus obseruandis. Si qs aũt citra memoratam obseruationem eps ordinet, z iubemus hunc oib. modis episcopatu depelli. Sed & illũ qui præsumpserit ordinare, segregari vno anno à sacro ministerio, & oẽm eius substantiam q̃ quolibet tpe aut modo in eius dñium deducta est,

bus vt. i. quo oport. episc. & i. de mona. col. j. & i. vt cler. apud proprios epi. col. vj. & i. apud quos oportet. Acc.

a Primates. s. ecclesiasticos, vt archipresbyteros & archidiaconos, qui primates ecclesiastici dicuntur vt i. eod. §. sancimus aũt reuerendissimos. non loquit̃ de laicis: qa illi non debẽt eligere, sed facta electione debẽt consentire, vt in decr. lxij. dist. c. docendus. & 63. dist. c. nullus & c. non est.

b Propositis. non tactis: sic j. eo. §. nulli.

c Dicentes. dicti primates. Acc.

d Decretis. in qbus eligũt illos tres.

e Eos electores futuros. Acc.

f Concubinam. sic est in quolibet clerico, vt j. eod. §. clericos autẽ. & sa. i. quo oportet epis. §. hoc de deo, & §. sancim'.

g Cognoscunt. quem electum sunt in episcopũ, vt præ. innuitur. Azo. & sic inepte mutat materiam.

h Coniuncta. olim.

i Constitutionibus j. scenicam, vt in no uel. eo. titu.

k Hunc esse. s. futurum electum.

l Eum electum.

m Hoc. i. de electo tribus nunc de eligẽdo incipit.

n Decretis. qñ per se eligũt dicti electores.

o Et triũ. sic construe, vt ex electiõe trium &c. Et sic non q xxxv. an. dẽt hẽre epi, sicut & presbyter. vt j. eo § presby. 1. sed no. q tres debẽt eligere, sufficit tñ duos cõsentire, vt C. de dec. l. nominationum & ideo tres, & si quatuor, vel duo: qa naturaliter hoies discordant, & illis ca sib. posset esse, q si inueniret̃ pars maior, vt ff. de arbi. l. item si vn'. § principaliter.

p Ordinet̃. puta archiepiscopus.

q Ordinãtis. nã depo netet̃, si talis nõ eẽt.

r Retineat. olim econtra tres retinebat & quartã curiæ dabat, vt i. quo opor. episc. §. neq; ex officio. & j. eo. §. sed hoc quidem. Acc.

s Cũ alijs. licet olim laicus non eligeret̃, vt. i. quo opor. epis. §. igitur.

t Ordinet̃. sed hodie hoc correctũ est in iure canonũ. nam nõ est eligendus in epm. nisi fuerit' ante diaconus, aut presbyter, aut in subsidiũ diaconus, vt in decre. dis. 61. c. vlt. sed postulari põt, vt distio. 63. Otius. Sed hodie subdiaconus sine postulatione ipso iure eligit̃, vt extra de tempo. or. ca multis. Acc.

u Qui eñ. ridiculum est enim eos velle docere, q nondũ didicerunt, vt ait Tullius. & hic. & ad hoc. ff. de eden. l. si quis ex. §. prohibet. & C. de epis. & cleric. l. cũ clericis. §. ipse vero. & i. cõsti. q̃ de dig. ibi cum neque &c. & ff. ad legẽ Iuliã de adul. l. vxor. §. iudex.

x Vna. vnus ergo pro oibus eligit, vt ff. qd cuiusq; vni. l. itẽ. §. j. & i. de qst. §. j. & ar. C. cõmuni de leg. l. si duobus. & arg. ff. de iud. l. nonnunquam.

y Competit. i. is cui congruit, est autem is qui præest episcopo archiepiscopus, vel similis: sed hodię vsq; ad tres menses, extra de elec. c. cum nobis olim.

z Ordinetur puta

Not. in hoc §. qualis debet esse eps. & qualis sanctitatis, quod vtinã hodie bene seruaret̃.

† Tarent̃ voces Iulianus. Contius.

† Facit ad hũc §. c. officij tui, cũ gl. j. in verb. sed quare si potuit. extra de elect. & c. quamuis cũ gl. fi. circa fin. extra de æt. & qualit. vbi dr ignominiosum esse epo. si cũ alios docere dẽt, q̃rat ab alijs edoceri.

ta q̄a per suffragium est electus, vt j. §. præ omnibus.

a Siue ēt deficiente .l. differente vsque ad tres menses. nam interim nolla facien da ē examinatio, cū accusator desistit, vt in nouellis eo. tit. & fa.ad §.istum.ĩ. quo. opor. epi. §. si quis aut & §.si tamen. & §.si vero.

b Examinationē. s. accusationis quæ in fertur epo eligendo.

c Superius dictæ, vt s. eo. §. si quis autem.circa fi.

d Aut aliarum. data rum. siue ab ordina to, siue ab alio: arg. ff. de calum. l. generaliter & fa C. eo l. si quoquam & ĩ. quo opor. epi. §. sed neq; & §. & hanc. Sed qd si ignorauerit electus? Rñd. debet eum scit, renunciare in manu consecratoris: & tunc ipse eum potest eeligere, vt j. quæst v. c. episcoporum.

e Vel fideiussorum No. pat delictum, de disse & promisisse, vt hic, & ĩ. quo opo. epi. §. sed neq; & §. & hanc. & C. ad leg. Fal. l. fin. Acc.

f Sed oblatio. q. si ita dixit palam offero vt eligar in episcopum: licitum est ei s̄m lo. vt ff de polli. l. j. §. non semper. & ff. de offic. præto. l. Barbarius. Acc.

g Pro consuetudinib. .s. quia sic est consuetudo, & bona vt in aliquo ferò: vt subijcit. secus si esset mala. nam non ideo præstatetur, q. esset consuetudo, vt ĩ. vt nulli iud. in pri ma col ibi, maiē est, &c. q eſt contra. Ac.

h Romæ. i. Papam Romanum, vt in nouel. eo tit & ibi vere dat Romanis, sed non secūm formam huius titu.

i Theopoles. i. Antiochiæ.

k Pro intronisticis. i. pro cathedratico, in nouellis. eodem tita.

Permis-

Conceo. eū hoc te. in e. q̄m frequētet §. si vero aliter. in gl. supvet bo in sa. etit canonib. ante fin. versi. sed in episcopatu dantur j. menses. extra. vt lite non contesta.

Promitte re & da te. in deli ctis equi. valent.

Conc. c. si. de cō sue. extra

cta est, pp culpā quā fecit, dño ecclesiæ cuius episcopus est, vindicari:

CAP. II. De accusatoribus Episcoporum.

Si quis aut electum ad ordinationē episcopatus accusauerit in qualibet cā quæ possit s̄m leges aut canones eius impedi re ordinationem, differatur hmōi ordinatio: & prius contra eum propo sitam cām, siue p̄sente ac cusatore, & ab eo propo sitam cām exsequente, si ue etiā deficiente a per tres menses † suam accusationem implere: dili genter examinari ab illo a quo futurus erat eps ordinari: & si qdē obnoxiū eū accusator iuenerit ꝓhibeat ordinatio. si vero obnoxius ñ ostēdat, or dinatio qdē ñ ipediat: ac cusator aūt, sine ñ ꝓbaue rit, siue et fugit propositā a se accusationē, a puincia i qua habitat abijciatur. Si qs aūt ante examinationē b accusatū ordinauerit, ordinatus quidē a sacerdotio repellatur: q vero talem ordinare sestinauerit, superius dictæ c subiaceat pœnæ, tam an nali prohibitioni sacri mi nisterij, quām etiā vt oēs eius res ecclesiæ vindicē tur. Præ omnib. illud seruari sancimus, vt nullus per suffragium auri, aut aliarū d rerū, eps ordinet. Si quid aūt tale committat: ipsi semetipsos, & dantes, & accipientes, & mediatores eorū, s̄m sacras scripturas & sanctas regulas damnationi subijciunt & propterea q dat, & qui accipit, & mediator eius factus, sacerdotij aut cleri honore remoueat, qđ aut ꝓ hac cā da

tum est, ecclesiæ illi vindicetur cuius voluit sacerdotiū cōparare Si vero laicus forte pro hac cā aliqd accipiat, aut mediator rerum factus est: datas res in duplū eū exigi iubemus, ecclesiæ vindicandas. Non solum autē q̄ s̄m hunc modū danť, vindicari p̄cipimus, sed et oēm cautionē pro hoc quolibet mō expositam. & pignorū vel fideiussorū e dationem, vel oblationē, & oēm qualibet aliam cautionē vacuare sancimus. Et q super hoc promissionē accepit, non solū professionem reddat: sed ēt aliud tantum quantum professio conti net, exigatur: quod debet ecclesiæ dari.

CAP. III. Si quis episcopus ante ordinationem vel postea ecclesiæ res suas obtulerit & quid pro cathedratico dari conueniat.

Si qs aūt eporū siue an suā ordinationē, si ue post ordinationē voluerit proprias res aut partē earū ecclesiæ offerre, cuius sacerdotiū accepit, ñ ꝓhibemus, & oī ꝯdēnatiōe & pœ na præsentis legis liberū eū esse sācimus: sed ēt oī laude dignum iudicamus: q̄m hoc non est emptio, sed oblatio. f Pro consuetudinib. g aūt illa sola permittimus p̄beri ab ordinatis epis, q̄ subsequenter p̄senti lege inserta sunt. Iubemus igitur beatissimos archiepi scopos & patriarchas, hoc est senioris Romæ, h & Constantinopoleos, & Alexandriæ, & Theopoleos, i & Hierosolimorum, si quidem consuetudo habet, episcopis & cle ricis in eorum ordinatione nō minus quam viginti auri libras dari, ipsa solummodo p̄be ri q̄ consuetudo recognoscit: plus aūt ab hac quantitate nihil supra viginti auri libras pręberi: metropolitas autem a ꝓpria synodo, aut a beatissimis patriarchis ordinatos, & alios omnes epos qui a patriarchis, aut a metropo litis ordinanť, dare pro inthronisticis quidē solidos centum: notarijs aūt ordinantis, & alijs ministrantib. ei, & solenniter accipientibus, solidos trecentos. Si vero ecclesiæ reditus minus qdem quam triginta auri libras per annū reddant, nō minus aūt decem, dari pro intronisticis solidos ducentos. Si verò minus quidem quam decem, non minus aūt quinq; auri libras ecclesiæ redditus esse contigerit: pro intronisticis quidem dari solidos quinquaginta: oībus autē alijs ex consuetudi ne percipientibus, solidos ducentos. Si autem minus quām quinq; non minus autem duas auri libras ecclesiæ redditus habeat, pro inthronisticis k solidos decem & octo, oībus aūt alijs ex consuetudine percipientibus solidos vigintiquatuor. Si autem minus tres, non autem minus quām duas auri libras quātitas

redituum

redituum ecclesiæ comperiant, dare pro inthronisticis qdem solidos xij. pro omni vero alia consuetudine solidos sex. Episcopū enim ecclesiæ minus duas auri libras reditus haben. em, neque pro intronisticis, neque pro alia qualibet consuetudine dare aliquid permittimus. a Hæc aūt quæ ꝑ beri disposuimus, prim⁹ ꝑsbyter b ordinātis epi & archidiacon⁹ suscipiētes, ex consuetudine pcipientibus diuidant hæc. Igitur iubemus hæc oīb. modis obseruari: vt non ex talibus occasionib. ecclesiæ debitis ꝑgrauent, & sacerdotia venalia fiāt Si qs aūt vltra quantitatē à nobis definitam pro inthronisticis, aut consuetudinibus quolibet modo ꝑsumat accipere: iubemus quicquid plus acceperit triplū ex rebus eius vindicari ecclesiæ dantis. c Sed hæc qdē pro eporū ordinatione dicta sint.

CAP. IIII. Vt episcopatus à seruili & adscriptitia fortuna hoiem liberet.

Post ordinationē verò seruili † & adscriptitia fortuna epos liberos esse ꝑcipim⁹, nisi curialis aut officialis citra ꝑdictā d obseruationē ordinēt. tales eīn epatu remotos, curiæ aut officio restitui iubem⁹: vt ñ ex tali fortuna sacerdotio fiat iniuria. Illos aūt qāñ hāc nr̃am legē ex curiali fortuna inueniuntur epi ordinati, hmōi qdē fortūa liberos eē: legitimā verò partē ex ꝓprijs reb. curię & fisco dare: sic tñ, vt nullā imminutionē ecclesiastica iura sustineant in reb. quas in epatu acquisitas, ecclesię eorū cōpetere disposuimus. e Si vero cōtigerit ordiatū epm sub ꝓprij parētis ptāte esse: ex ipsa ordinatione suæ f ptātis sit.

CAP. V. De ꝑsbyteris & diaconis & subdiaconis iure ad tutelam vel curam vocatis.

Episcopis & monachis tutelæ & curæ officium interdicitur, presbiteris autem & alijs clericis permittitur in aliquibus casib. regulariter aūt personis ecclesiasticis sæcularia negotia interdicuntur, fallit in certis casibus a iure permissis. Bar.

Deo aūt amabiles epos & monachos, ex nulla lege tutores aut curatores cuiuscūq; ꝑsonæ fieri ꝑmittimus. presbyteros g autē, & diacanos, h & subdiacon⁹, i iure & lege cognationis k tutelā aut curam suscipere hr̃ditatis ꝑmittimus. ꝓprio & soli gradu cognatiōis ad tutelā & curā vocatis, hmōi suscipe administrōnem ꝑmittim⁹: l si tñ itra quatuor mēses ex quo vocati sūt, apud cōpetētē iudicē scripto declarēt talē administrōem ꝓpria voluntate suscepisse. & si qs eorū forsan hoc fecerit, m nullū ex hoc in alia tutela aut cura ꝑiudiciū patiat.

CAP. VI. Vt clerici à muneribus personalibus, & negotijs sæcularibus abstineant.

Alium autem n fieri susceptorem aut exactorem fiscalium functionum, aut conductorem publicarum o aut alienarum possessionum, aut curatorem domus, p aut procuratorem litis, q aut fideiussorem pro talib. causis r episcopum, aut œconomum, aut alium clericum cuiuslibet gradus, s aut monachum t proprio nomine, aut ecclesię aut monasterij subire non sinimus: l vt nō per hanc occasionem & sanctis domibus damnum fiāt, & sacra ministeria impediant. Si au-

tem

a Permittimus. sic alias pro vili eū nō ꝑstant sportulæ, vt ī. de iud §. ne aūt, in fi.

b Presbiter. qui archipresbyter dr̄, ab archos, quod est princeps, quasi maior inter alios ꝑsbiteros.

c Dantis. aliàs donatis. Acc.

d Citra prædictam. quod quindecim annis steterint in monasterio. vt dixi. ī. eo. §. sed neque, & §. curialem. Accur.

e Disposuimus. vt ī. de ec. le. titu. §. interdicimus.

f Suæ. vt ī. constit. quæ de dig. §. aliud. colla. vj.

g Presbyteros. vel presbyteris.

h Diaconos. vel diaconis. Acc.

i Subdiaconos. vel subdiaconis. Ac.

k Cognationis vel agnationis: cum hodie non sit differentia: vt ī debet. ab intest. §. ex his hac col.

l Permittimus. aliud in milite sæculari: q nullo mō admittitur vt instit. de excu. tut. §. idem & in milite. Sed nunquid pōt esse testamentarius, vel datiuus? Rñ. non. vt hic à cōtrario, arg. ff. de offic. eius cui mā. est iu. l. j. §. j. Acc.

m Hoc fecerit. i. si declarat hoc intra quatuor menses &c. ergo si nō fecerit, præiudicat sibi in alijs ſm P. & est pro eo ī. de hæ. & Fal. §. non autē. & ff. de off. eius cui mā. est iu. l. j ſm Ioan. & Py contra. dicunt. n. in alijs sibi nō præiudicare. C. de excu. tuto. l. voluntaria. & C. de ijs q spō. pu. me sub. l. 2. li. x. & quod hic dicit, & si quis hæc fecerit &c. exponunt. i. si eam tutelā susceperit solēniter. nec eīn aliter suscipere debet. nullā c̃rca aliam &c. hoc aūt priuilegium clerici habent, qui stant vt clerici, nō aliàs: vt C. de epi. & cler. leg. generaliter. sed quid de lectore & cătore & alijs clericis q nō prohibent? Rñ. ſm Ioan vocari possunt communi iure secundum leges. Accur.

n Aliū aūt. q. d. clericum: vt subijcit. ī. ibi episcopum. Acc.

o Publicarum. f. vectigalium. Acc.

p Domus. l. nostræ priuatæ.

q Litis &c cuiuslibet.

r Causis. f. prędictis publicis & alijs. & dic exemplum, vt publicis salinis, aut argenti fodinis, vel similibus. nam hæc publica sunt: vt ff. de ver. sig l inter. & ff. de pub l. sed hi, in prin. & ff. de ver. si. l. inter. sed œconomus vt admittendus ad fideiussionem: vt C. de epi. & cler. l. cū clericis. §. memorati. quæ est contra. & extra de fideiuss. ca. pe. & fi. Solu. hic in ipsis his casibus loq tur. vt h̃ e innuit. ibi pro talib. causis &c. Item vī. q possit esse procurator litis sicut est œconomus: vt ī. e. §. sportularum. in fin. quæ est cōtra. Sol. hoc speciale his casibus, vt dixi. Nos. ergo clericum ab hmōi actibus prohiberi. idem de milite: vt C. de proc. l. militē. idem de curiali: vt C. loc. l curialis. idem de tutore: vt C. ne tu. vel cu. l. j.

s Monachum. monachum dico: quod plus est, etiā ecclesiæ vel monasterij.

Quædam

Facit ad hunc tex. tabr. de ser. nō ordina. ꝑ totum ti. extra.

Clericus qñ debet gaudere priuilegio clericali.

Nota, q appellatiua clericorum oēs supiores continentur. & conco. in cap. clericos, in gl. j. post medi. ibi appellatione enim clericorū extra, de offi. vica.

Facit ad hūc text. c. vnicū. cū glo. s. circa medium ibi item pōs esse laic⁹. extra, de syndi.

tẽ ecclesijs aut monasterijs possessiones quędam adiacentes a inueniant, & voluerint dispensatores ipsarum venerabiliũ domorum in conductionem aut emphyteusim has accipere: tunc oibus clericis & monachis pro his causis in ipso instrumento sub gestis monumentorum consentientibus: & manifestantibus pro vtilitate venerabiliũ domorum hoc fieri: talẽ conductionem & emphyteusim procedere finimus. sed etiam ipsis sanctissimis ecclesijs, & alijs venerabilibus domib. damus licentiam cõductiones & emphyteuses facere adinuicem: b & clericis similiter propriarũ ecclesiarum possessiones cõducere c & gubernare, cum voluntate tñ epi & œconomi pmittimus: exceptis psonis d quas per aliam legem hoc facere phibuimus. Si quis autem contra ea quæ dicta sunt, aliquid fecerit: si quidem eps fuerit, oẽs ei⁹ res ex qualibet cã vel persona, siue ante episcopatum, siue post hoc fuerint ad eum venientes, eius ecclesiæ vindicari sancimus. Si autẽ œconomi aut alij clerici fuerint hoc delinquentes: pecuniariam eos pœnam, quã lem eps eorum probaue rit, e exigi, ecclesiæ vindicandam: cum ẽt conductionem teloniorum, f aut cuiuslibet possessionis, aut publicarum collationum pceptionem, aut exactionem, aut sollicitudinem domus eis credentes, aut fideiussores eos pmemoratis causis suscipientes: nullam cõtra ecclesiam, aut monasteriũ aut res eius, aut gubernãtiũ, aut pꝛa illas psonas qbus crediderint, aut cõtra facultates aut fideiussores eorũ, habeant actionẽ. Illi verò q publicarũ collationũ aut tributorũ susceptionẽ aut cõductionẽ aut exactionẽ memoratis psonis crediderit, g aut fideiussores eos acceperint: si quod publico dãnum cõtingat, hoc ex propria facultate restituere compelluntur. h

CAP. VII. Ne episcopus dicendi testimonij causa euocetur.

Nulli licet episcopos coram se ad testimonium compellere: sed ad eos mittere debet: vt propositis euangelijs dicant: & à iudice in iudicium venire cogendi non sunt. Bartol.

Nulli verò iudicũ licebit deo amabiles epos cogere ad iudiciũ venire p exhibendo testimonio: i sed iudex mittat ad eos quasdam ex personis ministrantium sibi: vt ppositis k sanctis euangelijs, secundum quod decet sacerdotes, dicant quæ nouerint.

CAP. VIII. Ne propter quamlibet causam episcopus ad sæcularem iudicem trahatur.

Sed neque prò qualibet pecuniaria cã vel criminali epm ad iudicẽ ciuilem aut malitarẽ inuitum pducere aut exibere citra imperialem iussionẽ pmittimus: sed iudicem qui tale l aliquid siue scripto siue ex non scripto præsumpserit imperare, post cinguli priuationem, viginti librarum auri pœnam exsoluere iubemus ecclesiæ cuius episcopus produci aut exiberi iussus est: executorem similiter post cinguli priuationem, & verberibus subdendum, & in exiliũ deportandum.

CAP. IX. Ne episcopi proprias ecclesias relinquant.

Episcopi in suis ecclesijs debent residentiam facere, & eas non relinquere sine superioris litteris, vel sine principis iussione: & tunc non amplius vno anno. Item patriarchæ & archiepi-

a Quædam adiacentes. i. confines, vt in nouel. eo. tit.
b Facere adinuicẽ. vt ꝫ. de non alienã. §. hoc vero iubemus. colla. ij. & ꝫ. vt decete. non si §. illud. coll. v.
c Conducere. repete damus licentiam.
d Personis. i. œconomis, & eius cognatis: vt ꝫ. de ali & emphy. §. œconomis, & de hac l. hic dicit. Vel dic. q de hæreticis hic dicit, quibus non põt dari ab ecclesia: vt ꝫ. de eccle. titu. §. iubem⁹: & sic de ista facit mentionem.
e Probauerit. i. imposuerit, vel statuerit. Al. arg. C. de modo mu. l. fi.
f Teloniorum. qdã habent teloniorum: & quidam, teloniorum. & exponit Al. idest mensarum publico loco positarum. tu dic teloniorum. i. vectigalium. & erit sensus eius litteræ: quia credentes eis. s. pdictis clericis qui conducunt vectigal. q. d. locando eis, vel credentes cõductionẽ cuiuslibet publici, aut pceptionem publicarũ collationũ, aut exactionẽ aut sollicitudinẽ domus, s nſæ priuatæ: vt dixi ꝫ. §. aliud. aut suscipientes eos fideiussores &c. nullam actionem &c.
g Personis crediderint. ne fiscus damnũ patiat: vt arg. ꝫ. vt nulli iudic. §. & hoc vero iubemus. hac colla.
h Compelluntur. vt sunt publici administratores, ad quos pertinet facere tales exactiones.
i Exhibendo testimonio. vt C. eo. tit. l. nec honore. Alij aũt cõpellunt venire, si sunt de eadem prouincia: alià: non, nisi in causa criminali. vt ꝫ. de testa. §. quoniam. in fi.
k Propositis. sed non tactis, secũdũ Ioan. sic & in iudice. C. de iudi. l. rem non nouam. Item ex eo quod dicit, dicant q nouerint. nota duo. Primũ: q a testis veritatẽ dẽt dicere. non autẽ q credat ipsi. vt ꝫ. de hær. & Falc. §. si vero absunt. C. de testibus. l. testium. secus in iuramento calumniæ, vt C. de iuramento calũ. l. ij. §. qd obseruari. sedm nota. ex eo q indefinitè dicit q pro vtra que parte debeant testimoniũ ferre: sicut & alibi dr, q veritatem non debes supprimere, vt C. eodẽ l pꝛbyteri & ꝫ. de testib. § si vero ignoti, in fine. § & hæc oĩa in pecuniarijs. Item adinuicẽ spectat inquirere veritatẽ: vt C. de eden l. ij. hic tñ si iuramento dixerit se nihil scire, audit, vt argu ff. de re iudi. l. si vni.
l Tale. q eps veniat corã iudice ad dicendum testimonium.

Cum tra de iura. calum. cũ glo. ij. post prin. vbi dr, dicit Papa epo beluacensi, q si per te tãn ppositis, sed nõ tactis &c. & alleg glo. 2. hanc auth.

1 Conco. c. vlt. ex-

archiepiscopi debent omnes sub se constitutos omni anno ad se conuocare, & exponere quæ agenda sunt. Item episcopi vel clerici ad tabulas ludere, vel ludi participes vel spectaculorum fieri prohibentur. Nec cogendus est episcopus clericum suum ab ecclesia dimittere, & alij tradere. Bart.

Interdicimus aũt Deo amabilibus ẽpis proprias relinquere ecclesias, & ad alias regiones venire. Si verò necessitas faciendi hoc contigerit: non aliter nisi cum litteris [a] beatissimorũ patriarchæ aut metropolitæ, aut per imperialem videlicet iussionem hoc faciant: ita tñ vt nec illis episcopis, q sub beatissimo archiepiscopo Constantinopoleos, & patriarcha fuerint, liceat citra permissionem eius, aut nostræ iussionis ad regiã ciuitatem venire. Si vero [b] ẽt secundũ hunc modum episcopus cuiuscũq; loci profectus fuerit: non amplius vno anno suam relinquat ecclesiam, episcopos autem in regiam ciuitatem, sicut dictum est, venientes cuiuslibet fuerit diœcesis, præ omnibus ire ad beatissimũ archiepiscopum Constantinopoleos & ad patriarcham, & ita per eum ad nostram introire tranquillitatem. Citra autem hanc nostrã dispositionem aut proficiscẽtibus, aut vltra definitum [c] vnius anni tempus extra suam ecclesiam facientibus moram, primum quidem nõ ministrari ab œconomis propriæ ecclesiæ expensas: deinde admonere eos per litteras sacerdotum sub quibus agunt, vt reuertantur ad suas ecclesias: differentes aũt reuerti, secundum sanctas reuocari regulas. & nisi intra definitum à sacris canonibus tempus reuertantur ad suas ecclesias: ipsos quidem ab episcopatu expelli: alios autẽ pro eis meliores ordinari sc̃dm præsentis legis virtutem: hoc ipso & super clericis valituro, cuiuscunque ordinis fuerint aut ministerij.

CAP. X. Vt archiepiscopi & patriarchæ sæpius annis singulis concilia & synodos celebrent.

Vt autẽ omnis ecclesiasticus status & sacræ regulæ diligenter custodiantur: iubemus vnumquemq; beatũ archiepm̃ & patriarchã & metropolitã sanctissimos ẽpos sub se constitutos in eadem prouincia semel aut secundo per singulos annos ad se conuocare, & omnes causas subtiliter examinare, quas ẽpi aut clerici aut monachi adinuicem habeant: easq; disponere, & super hoc, quiquid extra regulas à quacunque persona delinquitur, emẽdare. Interdicimus aũt sanctissimis episcopis, presbyteris, & diaconis, & subdiaconis, lectoribus, & omnibus alijs cuiuslibet venerandi collegij aut schematis [d] cõstitutis, ad tabulas ludere, aut alijs ludẽtibus participes aut ĩspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire. Si quis autem ex his hoc deliquerit, iubemus hunc in tribus annis à venerabili ministerio prohiberi & in monasteriũ redigi. Si aũt in medio tp̃e ostenderit dignã sui vitij pœnitentiam, liceat & sacerdoti, sub quo constitutus est, minuere tp̃s, & hũc rursus proprio reddere ministerio: scientibus quoque sanctissimis ẽpis debẽtibus hoc vindicare, quia si tale aliquid agnoscentes nõ vindicauerint, ipsi rationem Deo pro tali causa persoluent. Nullum aũt † episcopum inuitum cogi quemlibet clericũ sub se constitutum de proprio clero dimittere, & alij dare.

† Cõcor. cap. bone memoriæ .j. cũ glo. sup verb. ex gr̃a ex. de postu. prælat.

CAP. XI. Ne quis ante causæ exitum excommunicetur.

Episcopi & presbyteri sine iusta causa aliquem excommunicare non debent: aliàs si sit, absolutio à superiore dari debet. Item episcopis nõ licet proprijs manibus aliquem percutere. Item episcopus ab episcopatu repulsus ad ipsum redire non potest. Bart.

Oĩbus aũt ẽpis & presbyteris interdicimus segregare aliquẽ à sacra cõione antequã cã monstreẽ, [e] pp quã sanctæ regulę hoc fieri iubẽt. Si quis aũt pter hoc à sancta cõione [f] quẽquã segregauerit: ille qdẽ q iniustè à cõione segregatus est, solutus excõicatione à maiore sacerdote, [g] sanctã mereat cõionẽ. Qui vero aliquẽ à sancta cõione segregare p̃sum pserit, modis oĩb. à sacerdote sub quo cõstitutus est, separabit à cõione quanto tp̃e ille pspexerit: vt qđ iniustè fecit, iustè sustineat. [h]

Sed

[a] Cum litteris. sic C. de epis. & cler. l. si qua per calumniam. & ĩ. vt diffe. iudi. in prin. col. 9. Acc.
[b] Si verò. hęc quę dicuntur hic, & ĩ. prox. § sunt ĩ. quõ opo. §. illud. & §. non aliter. collat. 1. & ĩ. vt nul. fabricet ora. do. §. illud col. 5.
[c] Definitum. s. xxx. dierum in vnaquaque dilatione, arg. ĩ. de lit. §. omnem autem. Acc.
[d] Aut schematis. i. ordinis. schema n. p ordine plerunq; ponitur ĩ. vt cũ de appel. cog. §. si vero libe ri. & facit ad hunc §. C. e. l. plac. t. & l. de cernimus. Quid de schachis? Rñ pñt. cũ non fortunæ virib⁹, sed naturali ingenio consistat ille ludus. Item nunquid grates ad tabulas põt? Rñ. non: cum etiam spectacula hic prohibeat.

Schachorũ ludus nõ ẽ clericis prohibetur.

[e] Cũ mõstretur. Not. sine causa transactionem non fieri. vt ff. de transact. l cũ hi. §. si prætor. & de pœ. l. respiciendum.
[f] Communione. est ergo excommunicatio à corpore Christi: vt hic. Item est alia. s. ab ingressu ecclesiæ: vt ĩ. de interdi. colle. hær. in fi. & C. de sum tri. l. 3 i fi.
[g] Sacerdote i. archiepiscopo.
[h] Sustineat. ff. quod quisq. iu. l. 2. in prin.

Con-

Sed neque proprijs mani bus liceat episcopum ali quem percutere. hoc.n. extraneum sacerdoti est. Si quis aût eps secundùm ecclesiasticas regulas sacerdotio pulsus, præsumpserit ingredi ciuitatê ex qua pulsus est, relinquês locum in quo iussus est degere: iubemus hûc in monasterio in alia regione constitutum tradi: vt quod in sacerdotio deliquit, degens in monasterio corrigat.

CAP. XII. Quales esse debent qui in clericos ordinantur.

Presbyteri & clerici ac etiam diaconissæ ordinari debent, qui sint ætatis hic insertæ. & sint rectæ fidei, & vita honesta, & castè viuentes, & castitatem vouentes. & si contradictor apparuerit, ordinatio differri debet, donec plenè fiat examinatio. Bart.

Clericos aût nô aliter ordinari pmittimus, nisi literas sciant, & rectâ fidê, vitamq; habeant honestam: & neq; côcubinâ aut naturales habuerint aut habeant filios, sed castè viuêtes, aut vxorê legitimam, & ipsam vnâ & primâ hñtes, neq; viduâ, neq; separatâ à viro, neq; aliter legibus aut sacris canonibus interdictam.

CAP. XIII. De ætate presbyterorum & cæterorum clericorum.

Presbyterum aût minorem 30. ann. fieri nô permittimus. Sed neque diaconum aut subdiaconum minorem 25. neque minorem lectorem decê & octo. annor. Diaconissam verò non ordinari in sancta ecclesia, quæ minor est an. 40. aut ad secûdas venerit nuptias.

CAP. XIIII. De vxoribus clericorum.

Si autem tempore ordinationis clerici cuiuscunque collegij, aut ordinis accusator aliquis apparuerit, dicens eum indignum ordinatione esse: differatur ordinatio, & vniuersa procedant tâ pro examinatione, q̃ pro multis causis quas in eporum ordinationib. sanciuimus. Si verò futurus ordinari diaconus non habuerit vxorem (sicut prius dictum est) coniunctam sibi, non aliter ordinetur, nisi prius abordinante eum interrogatus promiserit posse post ordinationem, & sine legitima vxore honestè viuere: non valente eo qui ordinat, in tempore ordinationis permittere diaconum aut subdiaconum post ordinationem vxorem accipere. Is autê qui permittit episcopus expellatur ab episcopatu. Si verò post ordinationê presbyter aut diaconus, aut subdiaconus vxorem duxerit: expellatur à clero, & curiæ ciuitatis illius in qua clericus erat, cum proprijs rebus tradatur. Si verò lector secundam ducat vxorem, aut primam quidem viduam aut separatam à viro, aut legibus vel sacris canonibus interdictam, nequaquam ad alium ecclesiasticum ordinem prouehatur: sed & si quolibet modo ad maiorem ordinem perducat, expellatur eo, & priori restituatur.

CAP. XV. Quibus casibus curiales clerici ordinari possunt.

Curiales & officiales non debent clerici ordinari, nisi monasticam vitam per xv. an. impleuerint, pæna contra facientibus imminente. In prædictis tamen casibus iura vetera seruantur. Item clerici meritò & non simoniacè ordinari debent: ecclesiis tamen in quibus ordinantur benè eorum ante & post donare possunt. Bar.

Sed neq; curialê aut officialê clericum fieri permittimus: vt non ex hoc venerabili clero iniuria fiat. Si verò tales personæ in clero constituantur: tanquam nec ad ordinê perducti, propriæ fortunæ restituantur, nisi forsan monasticam vitam aliquis eorum non minus xv. annis impleuit. Tales enim ordinari præcipimus, legitima videlicet parte curiæ & fisco danda, si in clero constituti, monacho concedentem vitam impleuerint. Si verò post clericatus honorem aliquis eorum vxorem duxerit, aut concubinam habuerit, curiæ & officio cuius fortunæ subiacebat, reddatur, etiam si maximè tali ecclesiastico gradu tenebatur, in quo quis constitutus non prohibetur sacris canonibus

Constitutio. & p centû milliaria remoto. vt C. de episc. & cle. l. quicunque.

Minorem. 35. annor. tantum ẽt tempus dẽt habere eps: vt ĩ. eo. §. hoc quoq; decretis.

Annor. xl. lex. C. dicebat de 50 ann. quæ corrigitur: vt C. eo. l. nulla. & eodem modo corrigitur alia q̃ dicit de 50. an. ĩ. quô opo. epi. § quæta igit.

Differat. sed nô differt executio snię pfecti præ. supplicatione facta: vt ĩ. vt spõ. larg. §. aliud. q̃ est ĩ.

Sancimus. vt ĩ. eo. §. si quis autem.

Accipere. arg. q̃ sacerdos nô pôt dando penitentiâ pmittere retineri côcubinã. sed arg. contra ff. de leg. 2. l. si quis in princi. testamenti. § 1.

Apostata officio curiæ traditur.

Tradatur. q̃ dr clericû apostatantẽ, officio curiæ dari: vt hic & ĩ. quô opor. episc. §. semel, & à sacerdotio cadere: vt hic. & ĩ. de nup. §. sed & si quis. & ĩ. quô opor. episc. §. neque. sic ẽt de monacho: vt ĩ. de monach. §. si vero relinquens.

De ætate istorũ ordinãdorum vide c. cum in cũctis. ex de elect.

Permittimus. sed olim fiebat cũ distinctione: vt C. de epis. & elec. l. officiales.

Monasticam. nô tamen erat monachus, aliàs propriã substantiam habere nô posset: vt ĩ. de monac. §. illud qđ ĩ. dr. Sed quô hoc, cû ĩ. dicat, idẽ est in alijs monachis? Rñ. non ponit respectiue sic ĩ. vt de fun. seu fun §. 1 col. §. Quare ergo vxorem ducere prohibetur? Rñ. quia habitũ habuit, & quia satis est clericatũ contra'ẽ.

Parte. idest dodrante, secundùm Al. vt ĩ. eod. §. curialem. Vel dic verius de ea de qua dicitur C. eo l. officiales. prima verior est.

nibus & legibus vxorem accipere. Hoc autem & super alijs omnib. monachis tenere sancimus, q. de monasterijs ad quem libet ecclesiasticum trãsferũtur gradum, ẽt si nulli fortunæ subiecti fuerint. Et generaliter sancimus, nulli licere in quoli bet ecclesiastico gradu constituto, discedere ab eo & sæcularẽ fieri: scientibus tale aliquid facienti bus, quia & quasi apposito sibi cingulo aut dignitate aut militia nudabuntur, & curiali [a] fortunę propriæ ciuitatis tradentur. Qui autẽ ante nostrã legẽ clerici ordinati sunt ex curiali fortuna: p substitutas personas [b] pecuniaria munera complere à corporalibus autem liberos seruari.

CAP. XVI. Vt ordinationes gratis fiant.

Sed neq; clericum cuiuscunq; gradus dare aliquid ei à quo ordinatur, aut alij cuilibet personæ pmittimus: solas aũt præbere eum consuetudines ijs qui ordinantium minis strantes sunt, ex consuetudine accipiẽtibus, vnius anni emolumẽta nõ trãscendentem. [c] In sancta vero ecclesia in qua constituitur, sacrum comple re ministerium, & nulla penitus proprijs clericis dare pro sua insinuatione: nec ob hanc causam proprijs emolumẽtis aut alijs portionibus hũc pri uari. Sed neque xenodochum aut nosocomũ aut ptochotrophum, aut aliũ quẽlibet venerabilis domus gubernatorem, aut quamcunq; ecclesiasticã solicitudinem agentẽ, dare aliquid illi à quo constituit, aut alij cuicunque personæ pro cõmissi sibi gubernatione. Qui vero præter hæc quæ disposui mus, aut dat, aut accipit, aut mediator fit, sacerdotio, aut clero huiusmodi cõmissæ sibi cuiuscunq; gubernationis nudabitur ijs quæ accipiunt, vindicãdis venerabili loco cuius talis psona ordinationem aut sollicitudinem aut gubernationem accipit. Si autem sæcularis sit qui accipit, aut mediator factus est, quod datum est, duplum repetitur, & venerabili loco in quo talis persona ordinationem aut gubernationẽ aut solicitudinem susceperit, præbeatur. Si quis autem clericus cuiuslibet gradus, siue gubernator cuiuslibet venerabilis domus, aut ante ordinationem commissam sibi cuiuscunque gubernationis aut sollicitudinis, aut postea aliquid voluerit suarum rerum offerre ecclesiæ in qua ordinatur, aut loco cuius gubernationem aut sollicitudinem susce pit: non solum non prohibemus [d] hoc fieri, sed etiam magis inuitamus eos talia pro salute animæ suæ facere. Nos enim illa solum dari prohibemus, quæ proprijs personis quibusdam præbeatur, non quæ sanctis ecclesijs, aut alijs venerabilib. locis offerunt.

CAP. XVII. Quomodo seruus ordinari possit, aut adscriptitius.

Domino sciente & non contradicente potest seruus clericus ordinari: eo ignorante non: & si constitutus ad sæcularem vitam redibit domino restituendus est, adscriptitij vero præter dominorum voluntatem possunt ordinari. Bartol.

SI seruus sciente & non contradicente domino in clero ordinatus fuerit: ex hoc ipso q cõstitutus est, liber & ingenuus [e] erit. Si vero ignorante [f] domino ordinatio fiat: liceat domino intra spacium vnius anni & ser uilem fortunam [g] probare, & suum seruum recipere. Si vero seruus sciente domino siue insciente (sicut diximus) eo q in clero constitutus est, liber factus ecclesiasticum ministerium reliquerit, & ad sæcularem tran sierit vitam: suo domino ad seruitium [h] tradatur. Adscriptitios autem in ipsis possessionibus quarum sunt adscriptitij, clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: tamen, vt clerici facti, impositam sibi agriculturam [i] adimpleant.

CAP.

Pœna est delicti merces.

[a] Curiali. imo videt q in monasterium mittat: vt j. eod. §. si monachus. quæ est contra. Sol. si semel fugiat, mittit in monasterium: si secundo dat iudici: vt ibi & hic dr. Sed q̃uo datur curiæ: cum ex delicto non pmium, sed pœnam debeat pati. C. de decur. l. nequis. ff. de inter. & rele. l. relegatorũ. in si & l. sequen. quę sunt contra. Sol. non traditur curię, vt sit decurio, sed vt seruiat decurionibus, & facit ad hunc §. j. de mona. §. si vero relinquens.

[b] Substitutas personas. ar. q per substitutum quis seruit: vt C eo l. quisqs. & l. ad similitudinem.

Concor. xij. dist. c. quemadmodum. vbi de hoc late tractatur.

[c] Non transcendentem. consuetudo facit, vt aliquid possit dari, quod aliàs non liceret: vt j. eod. §. præ oibus. & § pro consuetudinibus, sed arg. contra j. vt nulli iu. §. s.

[d] Non prohibemus. eadẽ de episcopo dicta sunt. j. eod §. præ oibus §. si vero laic. & §. si quis autem episcoporum. & fac. C. eod. l. si quęquam.

[e] Liber & ingenuus. olim clericus etiã dño volente fieri nõ poterat. C. eo. l. iubemus. §. seruos. sed monachus sic volente eo. vt C. eod. titu. l. serui. hodie autẽ fieri possunt clerici, etiã sciẽte dño: vt hic & sic nota, patientiam consensui compara ri. sic ff. ad mu. leg. quoties.

Patientia cõsensui cõparat.

[f] Ignorante: quod psumitur. vt C. qui milita. non pos. l. super seruis.

[g] Fortunam. l. quod possederit eũ vt seruum tpe ingressus. nec enim amisit possessionem ob ingressum. aliàs male aperet cum eo, si statim onus probandi in se reuolueretur. & est arg. C. de agr. & cens. l. si quis. lib. xi.

[h] Ad seruitiũ. imo curiæ: vt j. eo §. sed neq; curialẽ. in fi. q est contra. Sol. curialis vel liber curiæ datur: vt ibi: seruus verò dño suo: vt hic. & sic ibi de libero: & hic de seruo dicit.

[i] Agriculturam adimpleant. etiam per substitutum: vt C. eo. l. ad similitudinem. & l. quisquis. & not.

CAP. XVIII. De ædificatoribus ecclesiarum.

Clerici à patrono præsentari debent, & ab episcopo ordinari: alias quosc unq; putauerit meliores, ordinare potest: & clerici in suis ecclesijs morari debent. Bart.

Si quis oratorij † domū fabricauerit, & voluerit in ea clericos ordinare aut ipse, aut eius hęredes: si expensas ipsis clericis ministrāt, & dignos denominant, denominatos ordinari. Si verò q ab eis eliguntur, tanquā indignos prohibent sacræ regulę ordinari: tunc sanctissimus episcopus quoscunq; putauerit meliores, ordinari procuret. a Sancimus aūt reuerēdissimos clericos suis ecclesijs obsecūdare, & oēs eis cōpetens ecclesiasticum ministerium adimplere hoc requirēte vniuscuiusque ciuitatis sanctissimo epo, & cuiuscunq; ordinis ecclesiastici primatib⁹, eos q hoc n custodiūt, regulari mulctę subdētib⁹.

CAP. XIX. Vt omnes clerici res suas in sua potestate habeant.

Presbyteri & omnes clerici res ad se pertinentes in suo dominio habere debent atq; potestate, & eas donare, & de eis testari possunt si sub parentum existant potestate, dūmodo filijs, aut his non extantibus parentibus eorū relinquāt. Bar.

Presbyteros aūt & diaconos & subdiaconos, cātores b & lectores, quos oēs clericos appellamus, res quolibet mō ad eorū dominium venientes habere sub sua potestate p̄cipimus, ad similitudinē c castrensium d peculiorum, & donare secundum leges, & in his testari, licet sub parētum sint potestate: sic tamen, vt horum filij, aut his non existentibus parentes eorum legitimam partem ferant. e

CAP. XX. Quibus poenis subijciantur clerici q falsum tulerint testimoniū.

Presbyteri, diaconi, & alij clerici si falsum perhibeant testimonium in causa pecuniaria vel criminali, pœna hic inserta sunt puniendi.

Reuerendissimis autē presbyteris aut diaconis ēt si inuenti fuerint pro pecuniaria causa falsum perhibuisse testimoniū, sufficiat pro verberib. f tribus annis separari à sacro ministerio, & monasterijs tradi. Pro criminalibus autem causis si falsum testimonium dixerint clero nudatos, legitimis g subdi pœnis præcipimus: reliquos autem omnes in alijs etiam ecclesiasticis ordinibus constitutos, si falsum testimonium cuiuslibet causæ siue pecuniariæ, siue criminalis dixisse conuincantur, non solum ecclesiastico officio repelli, sed etiam verberibus subdi.

CAP. XXI. Vt clerici apud proprium conueniantur episcopum.

Clerici et monachi coram episcopo in causa pecuniaria conueniendi sunt, in criminalibus coram episcopo vel iudice ciuili ad electionem actoris sunt conueniendi, episcopo negligente ad iudicem loci iurisdictio deuoluitur, in processibus forma hic tradita seruata. Bartolus.

SI quis contra h aliquem clericum aut monachum, aut diaconissam aut monastriam aut ascetriam habeat aliquam actionem, adeat prius sanctissimum episcopum, cui horum vnusquisque subiaceat: i ille vero causam inter eos iudicet: & si quidem vtraque pars ijs quæ iudicata sunt, acquieuerit: iubemus per loci iudicem hoc executioni perfectæ contradi. k Si quis autem litigantium intra decem dies contradicat l ijs, quæ iudicata sunt: tunc locorum

---

& nota, in ipsis, nam donec in ecclesia est idoneus, aliunde sumi alius nō dēt: vt C. eo. l. in ecclesijs. secus si nō sit ibi idoneus: vt ar. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. § & si lege. Itē nōne idē erat ēt olim qd̄ p auth. illā statuit: vt C e. l. quisqs? Dicas q̄ sic. vel illa loquebat̄ vbi tunc, qñ dñi aderat volūtas. Item qd si ꝯ voluntatem dñi faciat? M. dicit q̄ nō p̄t: licet p̄ter volūtaté dñi posuit: vt hic, & argu. ff. de proc. l. Pomponius. § fi. Sed tu dicas ꝯ: vt l. nouel. e. ti. vbi dicit, q̄ dño inuito pōt.

Concor. ca. cū nos oportuit. in gl. sup verbo idonee. in fi. ex. de off. iud. ordi.

a Ordinari p̄curet. ad epm pertinet electio: vt hic, & i. vt clerici qui re. § fi. & i. de mona. § ordinationem.

b Cātores. s. qui oēs sint filijfami.

c Ad similitudinē. non omnimodo: vt i. posuit hic ibi vt &c.

d Castrensium. ff. de inof. test. l. si institu-ta §. de inofficioso.

e Ferant. sed quo iure? Rñ. quidā p q̄relā. Sed certe hoc idē erat p aliud auth. vt cū de app. cogn. § sed hæc quidē. Dic ergo condi. ex hac l. & sic nō est ꝯ qd̄ dr̄ in castrensi & quasi non datur querela: vt C. de inof. test. l. fi. in fi. & C. eo. l. cū lege. in fi & l. sacrosanctæ, & ff de inoff test. l. si institutā. §. de inoff. & intellige hunc §. in plasis. alias serua qd̄ dr̄. de eccle. tit. §. interdicimus.

f Pro verberibus. i. loco tormentorum. quæ eis remittunt.

g Legitimis. q̄ sunt, dt ff ad l. Corne. de sica. l. i. & j. in fi. & ad l. Corn. de fal. l. i. §. vlti.

h Si quis ꝯ. ab hinc vsq; ad §. presby. autem & diaconis. j. e. tract. de conuentionib⁹ & accusationib. clericorum oīi ordinis.

i Subiaceat. vt j. vt cler. ap. pro. epis. cō. § i col. 6. & j. apud quos oportet causā di mo. & asce. §. i.

k Contradi. vt C. de de epi. au. l. episcopale. in fi. sed in cuius bonis? Rñ. si noīe ecclesiæ, in bo. ecclesiæ, vt fit in bonis pupilli tutore damnato: vt ff. de re iud. l. si se. §. tutor. & ff. si quis cau. l. fi. si autē suo noīe: si tunc nō habet vnde, vt quia secularis clericus est; tunc in suis bonis: alias aūt dic vt diximus j. de non alien. §. si aūt creditor. l fi.

l Contradicat. s. appellando, vt sequit ibi. & non liceat &c. à sñia ergo epi appellatur. Sed ꝯ. C. de epi. au. l. epale. in alio ēt lex illa huic ꝯdicit: qa ibi æquiparat eū præfe. prætō. hic aūt facit eum minorem quolibet defensore ciui-

Appellat à sñia episcopi.

cinitatis, cùm dicat defensorem sententiam episcopi retractare: quod nō esset, ois maior esset. vt 3. de appel. coll. iiij. §. illud. quase dicunt quidam his duobus casibus hanc corrigere illā. tu autem dic quòd hic vt eorum ordinarius cognouit episcopus, vt pa tet ex præcedenti. §.

appellatur, vt C. qui pro sua iurisdictio. l. ij. in fine. licet hoc sit contra regulam quæ est. ff. quis & à quo. l. s. in fin.

d Et secundum leges. Not. quòd iterum examinat sic. ¶. proxi. §. Accus.

si qs cōtra aliquem. ibi adit ab extraneis audiri fuit electus, & sic primo modo non contradicit, cū alio casu loquatur. Item nec secundo: quia parificat' præfecto. ſ. quando ab extraneis eligit': vel licet iudex locorum, sine defensor retractet: vt hic. faciunt ex cōmissione principis, quam habent per legē istam. vnde ipse princeps retractare videtur. quod fieri potest: vt ff. de offic. eius cui manda. est iurisdict. l. & si prætor.

a In tali causa. no. casum vbi tantum semel appellatur. sic. C. de asses. tol. l. i. j. ss. respon. & C. de appel. l. illud. §. similimodo. & §. orientalem. sic. C. de præci. impe. offe. l. si quis. regulariter autē his potest appellari. licet non ter. C. ne li. in vna eademque causa. l. i.

Appellare licet bis.

b Ordinem. ordo legum est. C. de appe. l. præcipimus. & 3 de nuptijs. §. illud. vsque in fin.

[i] Si quis. Videtur dicere, q epidemetici habebant sub se mēsores, qui quidē mēsurabāt hospitia, accipientes tertiam, vt j. l. prox. & in eminenti loco scribebant nomē ei⁹ qui ibi debebat hospitari: quod nō licet delere, nec variare postquā fecerint, quasi suo officio functi: vt ff. de re iudi. l. iudex. & i. de of. procu. Cæs. l. fi.

[k] Metatorum. dicti mensores: de quibus habes i. de mēsorib⁹.

[l] Postib⁹. i. ostijs. sic ff. de instito. l. sed & si pupillus. § de quo.

[m] Hospitaturi. s. militis. Acc.

[n] Falsi quia delet verū: vt ff de fal. l. i. §. qui in rationibus.

[o] In qualibet. Metatorum. expone. i. l. prox.

[p] Et relictam. præfecit q maiorē habet partem de re: vt i de do. l. sancimus. § i & facit i. de his qui se defe. l. i. circa princi. Arg. j i. quan. & qui. quar. pars debe l. i. circa princ. Sed quis diuidet i Rn mēsor i vt i. hac leg. tunuit: & i. l. prox.

[q] Ergasteria. q sunt in plateis, vel angiportis: vt j. l. vlti.

[r] Si libet. si habes q-libet. vr̄ abundare ppter verbum. alter. si habes quibuslibet. s. de prædictis illustribus.

[s] Et alter. puta hospes. nam & i. prius eligit hospes. Accur.

† Redhibere. Epidemetici q dicantur.

Metati q dicantur. Exo. 13. d

† al. inferioribus.

† Gallice appellant fourriers.

Cun-

ri, qui illustrissimâ sunt prędicti dignitate, fisco nostro se pœnam illaturos esse cognoscant: cęteri verò militia sciât se esse priuandos, si generale præceptû amplius vsurpando quàm iussimus, reprehensibili temeritate violauerint.

Præsentibus iudicibus qui de causa cognoscendi potestatem habent, nô debent eorum prætores adiri. Bart.

III. Idê AA. Vincê. P. P.

Cunctos iudices scire volumus, à prætorijs ordinariorû iudicû his a pñtibus abstinêdû.

Domus fabricensium ad hospites recipiendos non grauantur. Bart.

IIII. Idem AA. Aemiliano magist. offic.

Fabricêsium b domibus vbicunq; constitutis omnem molestiam hospitum præcipimus amoueri: q & Antiochensibus & cęterarum ciuitatum fabricis similis donorû excusatio præbeatur, absente scilicet sacro comitatu. c

V. Impp. Hon & Theo. AA. Ioanni P. P.

Deuotû d possessorem ab omni inquietudine liberamus. Primo igitur omnium ad nullû prędium e publicum vel priuatû domus nr̃æ, vel cuiuscûq; iuris vllus metator f accedat, si à quoquâ fuerit destinatus. Licentiam n. dño, actori, g ipsiq; plebi serenitas nr̃a cômisit, vt cû qui pparandi gr̃a ad possessionê venerit, expellendi habeat facultatê, nec crimê aliquod pertimescat: cû sibi arbitriû vltionis sue sciat esse côcessum: h rectęq; sacrilegû prior arceat, q primus inuenit. Administrante verò, eiusq; officij proceres, quorû pceptio inhibitâ personâ ad agrû aliquê destinauerit, in têpus proscribi debere censuimus. Solâ sanè hospitalitatem i sub hac obseruatione côcedim', vt nihil ab hospite quod vel hominum vel aialiû pascuis necessariû creditur, postuletur: oîumque sit acceleratû iter atq; côtinuû, nec vlli liceat residere: ne diuturnitas commanentium vlla ex parte prędium vexet. Decem et librarum auri mulcta feriatur quisquis administrator, rogator, apparitorve vllus, militans, vel iter agens, vllo in loco aliquid ab hospite postulauerit. k Intantum n. inhiberi sceleratum morê iubemus, vt ipsis quoq; præbentibus impunitum esse non patiamur, si quid sponte l contra præceptum nostrû probati fuerint obtulisse.

VI. Iidem AA. Adriano procur. Africæ.

Hoc prospectum est, vt infausta m hospitalitatis præbitio tolleretur, nec balneum n quisquam à domino ædium postulet.

VII. Iidem AA. Eustathio P. P.

Deuotissimos milites ex procinctu redeuntes, vel proficiscentes ad bella, muri o sacratissimæ vrbis singulæ turres in pedeplanis p suis suscipiant.

Medici sacri palatij, & vrbis Romæ magistri liberalium artium, & pictores ingenui, quoad viuunt, sunt immunes ab onere hospitandi. Bart.

VIII. Impp. Theodo. & Valent. AA. Helioni magist. offic.

Archiatros q nostri palatij, necnon vrbis Romæ, & magistros literarum, r pro necessarijs artibus, uel liberalibus disciplinis, necnon picturæ professores (si modo ingenui sunt) hospitali molestia quo ad viuent liberari præcipimus.

Hospitantes milites in domibus habitationum ipsorum, nullam aliam discussionê, vel pœnam debent subire. Item nullus debet impetrare vt à munere hospitandi milites

---

Legati Apostolici nô debêt in episcoporû domibus hospitari.

a Cunctos. Illis ordinatijs iudicibus. Et not. legatos curiæ Romanæ, qui hospitantur in domibus plurium episcopatû, & facit in authen. de defen. ciui. §. nulla. vbi defensor nô perdit iurisdictionem pp præsentiam præsidis.

b Fabricensium. hi sunt qui faciût publica arma: vt no. ȷ̃. de fabr. in rub.

c Comitatu. aliàs comitatu: aliàs comeatu.

d Deuotû. quales debêt esse omnes prouinciales.

e Prædiû. quia secus in domo: vt ȷ̃. ea. l. §. solam.

f Metator. i. miles: vt ȷ̃. in rub. no.

g Actori. i. castaldioni dñi eo absente.

h Concessum. No. hic & ȷ̃. de iu. fi. l. prohibitum. & est argu. ad id qđ no. ff. de iusti. & iu. l. vt vim. Item facit ȷ̃. qñ lic. vnicui. sine iu. se vin. l. 1. & 2. & de iu. emphyt. l. 2. & de adulte. l. Gracchus & ff. de adult. l. mariti & ad l. Aqui. l. sed & quicunq. & l. quêadmodû. § 1. & in auth. vt lice. mat. & auiæ. §. his. & ȷ̃. de decu. l. eos. & l. ghalitei. Item no. q hic permittit vltionê. nô solû defensionem. sic ff. de bo. lib. l. qui cû maior. §. si libertus. in fi. sed hic p defensione ponit. & d. l. q cû maior. per iudiciû vindicat: vt no. ff. ad leg. Aquil. l. scientiam. §. qui cum aliter. in fi.

i Hospitalitatem. i. recipiendo hospitê: tertia, dimidia parte domus: vt ȷ̃. l. 2. Ac.

k Postulauerit. sic ȷ̃. ne rusti. ad vllû. l. 2. & de ero. mil. an. l. 3.

l Sponte. sic & ȷ̃. ne rusticani ad vllû. l. 2. in fi & ȷ̃. ti. 2 l. 2. Ac.

† Hęc verba recitâtur in gl. sup verbo expelli. i proin. c. vlti. ex.

m Hoc infaustu. i. horrenda secundum Hug. aliàs pro malo homines: vt ȷ̃. de repu. l. cêsensu. circa prin. Acc.

n Nec balneû. s. nec comitibus lauacra.

o Deuotissimos. Muri. genitiui casus est. Acc.

p Pedeplanis. i. in pedib. turriû & murorû vrbis. q ipsiæ iût, poterunt milites descendere. vt se ibi. p. patent alijs vestibus ad eundû & redeundû. & vt vna dictio in pedeplanis.

q Archiatros. i. principes medicorû. seu maiores medicos. & facit. ȷ̃. de inoff. testa. l. fi. & de pfes. & med. l. medico. & l. fi. Acc.

r Literarû nô prima rû: vt ff. de mu. & ho. l. vt gradatum. §. fi.

Omnes.

† contra d. loc. & adu. & per hunc text. vnde tbtd glo. dicere. q dñs pôt p pria auctoritate expellere emphyteutam si nô soluat et cano. nû. Consulit ... gl. q dñs expellat emphyteutâ iudicis auctoritate. p l. 3. C. de pignoribus.

fit immunis, & vicini domus grauetur. Bart.

IX. Iidem AA. Nomo magist. offic.

OMnes qui metata [a] in suis domibus præstant, siue hospitia præbuerint metatoribus, [b] siue quolibet pacto satis eis fecerint, nullam vel pēsionis, vel discussionis domus gratia molestiam sustinere cogantur. Dein de neminē volumus cuiuslibet loci vel ordinis i hac florētissima vrbe domum propriam excusantem, metatum sibi in alienis ædibus priuilegio mi litiæ vindicare. [c] quod & in prouinciis obseruari oportet, cęteris verò quibus illustris dignitas sub cingulo vel citra cingulum [d] pro suo solo honore delata est, excusandarum ædium licentiam penitus denegamus. Hoc iuris etiam in his præcipimus obseruari, quos ipsa quidem administrationis conditio spectabiles nouit: honor tñ additus à nr̄a liberalitate reddit illustres. Sciturus omnib. q̄ si quis cum cingulo perfruatur, & excusationem ita propriæ domus impetrauerit, vt à pensione ẽt portionis tertiæ [e] fit immunis, & militiæ cā metatū in alienis domibus sibi crediderit vindicandum: si quidem honore præditus excusationis ius habeat, carebit legum priuilegiis, [f] quas fraudare conatus est. Si vero inter eos, quib. nulla suffragatur dignitas, numeretur, centum libr. auri sacratissimis largitionibus pendendarum illatione multabitur.

Quidam in hac lege nominati dum viuunt, & post mortem eorum hæredes filij, parentes, nepotes, frater, soror, vxor, & eorum tres domus à molestia recipiendi milites habent immunitatem: quidam duas: quidam vnam tantum, quidam dimidiam tantum. Bartolus.

X. Impp. Valent. & Martian. AA. [a]

HAc lege sancimus, vt si quis consularē ac patriciam meruerit dignitatem, [g] tres domos proprias dum superest, habeat hospitum immunitate securas: hæredes verò eius filij, aut pater, aut mater, nepotes, aut frater, aut soror, aut vxor duarum [h] domorum suarum excusatione potiantur. Si quis verò cōsulatu tantummodo gloriatur, duas semis [i] domos suas immunes habeat: post fata verò eius memorati hæredes vnam semis domum suam habeant nullis hospitiis prægrauatam. Pari priuilegio perfruatur cū memoratis hęredibus, qui solius patriciæ dignitatis sine consulatu decoratur insignibus. Præfectorii vero, necnon & magistri militū duas domos suas habeat, quoad vixerint, hospitibus liberatas. Hæredes vero eorū memorati vnā defendant domū suā simili excusatione munitam. Magistri verò officiorū, vel quæstores vnam semis domum suā, quoad vixerint, habeant hospitum onere liberatā. Hęredes verò eorum prædicti vnam ab hospitibus iure defendant. Comites autem domesticorum, & protectorum, & sacrarū largitionum, & rerū priuatarum, & vir spectabilis primicerius notariorū, singulas domos suas ab hospitum grauamine, dum viuunt, gaudeant esse securas. Memorati verò hæredes eorum mediam partem vnius domus suæ sciant excusatione muniri: residuæ verò partis dimidiæ tertiam portionē hospitibus deputandam esse cognoscant. Si qui illustres honorarias dignitates quascunque sine actu cælitus [k] impetrauerunt, æquo animo suas domos hospitibus post hāc legem pandant pro tertia quæ legibus præfinita est portione: exceptis videlicet ergasteriis [l] quę in plateis, [m] vel angiportis esse noscūtur: quod in omnibus domibus quæ hospitales sunt obseruari iubemus: ita vt nemo vel ex sacro rescripto vel ex diuina annotatione, seu pragmatica sanctione cōtra hanc legem vti possit excusationis auxilio: [n] his omnibus quæ per hanc legem constituimus, in hac æterna vrbe obseruandis.

Tribuni ex primicerio immunitatem habent ab hospite recipiendo in domibus, quas tenent in vrbe Constantinopolitana. Barto.

---

[a] OMnes. Metata. i. castra vel hospitia, vt postea exponit.
[b] Metatoribus. id est militibus.
[c] Vindicare. sic ff. qd quisque iu. l. 1.
[d] Cingulum. ad qd' ℥. vt dig. ordo se. l. 2. & i auth. vt ord. p̄d. col. 5. Item & facit ℥. l. proxi. §. si qui.
[e] Tertiæ ℥. eod. l. 2.
[f] Priuilegiis. Not. eū carere priuilegijs legum, qui eas fraudare conatur. sic ℥. de Iudæ. l. Iudæos. & ff. de mino. l. auxilium. in fi. & facit. ff. de pœnis. l. quædam. & supra de epis. & cler. l. presbyteros. Sed arg. contra ff. de iud. l. properandum. vbi etiam contumaci seruatur ius.
[g] HAc lege. Dignitatem & sic habet duas. Acc.
[h] Duarum. minus habet hæres q̄ defunctus. & sic est argu. contra. ff. de reg. iur. l. hæredem. Item uo. priuilegium transit ad superiores. quod dic, vt ℥. de præ. sac. scri. l. 1 sacris. vel nō sunt superiores. cum defuncti non sint.
[i] Semis. i. medietas, vt insti. de hære. in stit. § hæreditas. Alij ergo semisses pro tertia præstabant hospitium: vt ℥. eo. §. comites.
[k] Cælitus. i. à principe: ad qd ℥. l. præ.
[l] Ergasteriis. i. stationibus: vt sup. eo. l. 2. §. ergasteria.
[m] Plateis. nam quasi omnia sunt in plateis, vel angiportu: quod expone, vt ff. de ver. sign. l. portus. in fi.
[n] Auxilio. sic sup. de pet. bon. sub. l. 1. & 2. aliud ũ per leg. scriptam in corpore iuris: vt sup. hac l. proxi.

Decem.

a Decem. supra l. prox.
b DE SALGA mo &c.
Hoc expone, vt ſ. l. e. 1. sed P. dixit, nomine salgami & oleum intelligas. gamos, i. mulier. sed secundum Hug. salgamū, i. culcitra: compositū à gamos & salica, vel saluo & gamos nuptiæ, vel mulier: quia maxime pp talia fiunt culcitræ. & est neutri generis.
c Ne quis. Auferat, i. accipiat: & hoc ad officium præsidis pertinet: vt ff. de offi præsi. l. illicitas. Et no. et à vo'ëte: quia semper præsumitur coactio sic ſ. tit. 1. l. devotum in fi. & ſ. de re milit. l. fi. §. vt autē. & de offi. procon. l. obseruare & ſ. ne rusti. ad vlium. l. 2. & ne quid à col. ex. l. 3. & de rap. vir. l. 1. & ſ. de eto. mili. an. l. 1 & 3. Item sicuti salgamum hoc comprehēdit: sic penas omne id quod esui & potui est destinatum: vt ff. de penu leg. l. 3. in princip.
DE COMMEATU.
d Ne cui. Tribunorū nisi vsque ad sing. ua milites. vt sup. de erog. milit an. l. per hanc. §. vt autem. Vel hic barbari etiā propriè, vt subijcit: ibi non.
e D. re. facit. ſ. de te sta. mili. l. tribuni. & l. milites & l. fina. in prin.
f Capite. sed qui in pace deserit militiā. perdit eam: vt ff. de re milit. l. non omnes §. 1. Et oo. puniri licentiantem & licētiarum.
g Quicunq;. Sacratum. si scalium.
Licētiam & licētiatus æqua puniunt.
i Priuatarum. principis.
t Tempus. subaudi exstauer t ad suum officium redire. & habeas, militandi non

IX. Imp. Zeno A

Decem a post primiceriū tribunos in domibus quas in hac regia vrbe possident, metatorum iussimus vacationem mereri.

Deest constitutio Græca, ex prætermissis repetenda.

TITVLVS XLII.

DE SALGAMO b hospitibus nō præstando. †

† pbēdo.

I. Imp. Constantinus A.

Ne quis comitum, vel tribunorū aut ppositorū, aut militum nomine, salgami gratia culcitras, lignum, oleum a suis extorqueat hospitibus, sed nec volētibus hospitibus in prædictis speciebus aliquid auferat: c sed sint prouinciales nostri ab hac præbitione securi: comitibus, tribunis, vel certè præpositis, militibusque graui vexationi subiacentibus.

TITVLVS XLIII.

DE COMMEATV.

Tempore expeditionis nullus militibus commeatum dare potest: contra faciens capite punitur. Bart.

I. Imp. Constan. & Constans AA. Leontio PP.

Ne cui liceat præpositorū vel tribunorum d cohortum vicariorum & familiarium eorum tempore expeditionis quocunque genere cuiquam de militibus à castris atque signis, vel his etiā locis in quibus perendant, discedendi commeatum dare. e Si quis vero cōtra hanc legem facere ausus fuerit, & militem contra interdictum commeatum dimiserit eo tempore in quo Barbarorum incursio extiterit, & nunc cum præsentes in castris atq; apud signa milites esse debeant, quisquam abfuerit: capite f vindicetur.

II. Impp. Gra. & Valen & Theod. AAA. Syagrio mag. offic.

Quicunque de scriniis, aut agentibus in rebus, vel etiam ex officiis palatinis, his videlicet qui sacrarum g & priuatarum h remunerationum comitibus obsecundant, sex mensium spacium supra diem cōmeatus, aut iussionē euectionis abfuerit: is in inferiorem locum, quinq; antelatis posterioribus, deuoluatur. Is verò qui anni vacationem arbitratu proprio, iudiciarij præcepti obligatus assumpserit, à decem post se militantibus transferatur: ac deinde cum iam aliquibus desidia quadriennio officium proprium adire neglexerit, quadraginta de sequentibus postferatur. Qui vero nec post quadriennij quidem tempus, i † militantium non immerito matriculis auferatur.

† Aliàs nec post quadri. q. de sēpus militauerit, & &c.

Qui sine commeatu biennio, aut triennio, vel quadriennio vacauerit, modo hic inscripto punitur. Bart.

III. Impp. Hono. & Theod. AA. Haisoni comiti & magistro militum.

Si quis k sine commeatu aliquo annū penatibus l proprijs, vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, decem sequentibus postponatur. in quo vero biennalis culpa deprehenditur, viginti sibi antepositos congemiscat: tertius autem annus triginta prælatos iure deflebit ita, vt quartus exemplo m matriculæ nullam veniam derelinquat.

TITVLVS XLIIII.

DE TYRONIBVS. a

I. Impp. Valentinian. & Theod. AA. Modesto P.P.

immerito &c. habet tamen ratio tempor. & valetudinis: vt ff. de re mili. l. qui eo meatus. & facit ſ. le. prox. l. cum fuit cōco.
k Si quis, differt à præcedenti: quia hic sine commeatu. ibi sic.
l In penatibus. i. domibus proprijs: vt ſ. de exhib. l. 2. Acc.
m exemplo. aliàs examplo, & augetur pœna. quia assuefcit delictum. sic ſ. de dome sti l. 3. li. 11 & de primicerio. l. fi & de adno diuer. in. l fina. & de superexa. eti. l. 1. & ſ. l. prox. Sed arg. contra. ff de pœ. l. si diutiou & ff. de ritu nu. l. qui in prouin. eta §. fi. sed vtrobiq; patet ratio.
Consuetudo in dalinquēdo aggrauat pœnam.
a DE TYRONIBUS
Idest nouis militibus. quia adhuc non sunt scripti inter milites fortissimos: vt ff. de milit. testam. l. ex eo.
Nullos

NVllus tyro vagus,[a] aut veteranus, [b] aut censibus [c] obnoxius, ad militiā accedat.

II. Impp. Grat. Valentin. & Teodosius AAA.

QVisquis [*] alieni iuris mancipium in tyrocinio militiæ scribi curauerit conuictus ac proditus auri libram ærario nostro cogatur inferre, mancipio scilicet domino (si factum ignoraue rit [d]) reddendo.

III. Imp. Honorius A.

TYrones in scholis [e] loco semper posteriore ponantur, nec enim patimur quenquam celsiore gradum obtinere, nisi cui & laborum adsiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragantur.

TITVLVS XLV.

DE LITTORVM & itinerum custodia.

I. Imp. Hono. & Theod. AA. Eustathio P.P.

SAluberrima sanctione cēsemus, ne merces illicitæ [f] ad nationes Barbaras deferantur: & quęcunque naues ex quo libet portu seu littore dimittuntur, nullam cōcussionem vel damna sustineant: [g] ita tamen vt earum naucleri deponāt in quā prouinciā ituri sunt: vt hoc manifestato, nulla cōtra eos postea indigna tio seu cōcussio quoquo modo procedat.

TITVLVS XLVI.

DE DESERTORIbus & occultatoribus [h] eorum.

Recipiens scienter desertorem in agro, vel in domo, si est actor vel procurator, capite punitur: sed domus vel prædium confiscatur: si ipsius est domini. Item manifestans desertorem præmiatur. Item desertor est, qui tempore belli se absentauit à signis. Item si seipsum prodiderit veniam meretur. Punitur verò desertor à pœna legibus statuta: quam si iudex dissimulauerit, vel gratia distulerit ipse punitur. Bartol.

I. Imp. Gratia. Valentin. & Theodosius AAA. Syagrio P.P.

SI quis fortè desertorem agro tectoue susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere: actor quidem vel procurator loci qui hoc sciens prudensque commiserit, capitali supplicio subiugetur: dominus verò, si huius rei conscius fuerit: prędij, in quo latuerit desertor, amissio [i] ne puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit, [k] mediocri [l] loci ingenu[a] imunitate [m] potiat. Neq; solū de his loquimur qui proxime signis felicibus applicati, militiæ rudimenta timuerunt: verumetiam qui stipendijs militantibus [n] degenerem latebram præbuisse monstrantur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore aberit à signis. [o] Horum sponte processerit: [p] peccati anterioris supplicium non timebit. Sin verò flagitiosa ignauia delitescat per eum in cuius domo fuerit, inuigilantibus extrinsecus quoque officijs publicis, vbicunque correptus, seueritati iudicis offeratur degeneris mortis gladium subiturus. Sinautē rector prouinciæ propositam seueritatem vel gratia vel dissimulatione distulerit, patrimonij atque existimationis damno subijciatur: & in officij primores [q] capitaliter vindicetur.

Scholaris vagus nō debet magister fieri.

[a] NVllus. Vagus. quia firmiter debent stare in militia: vt supra de re milit. l. milites. Et sic est argumen. q̄ vagus scholaris non fiat magister.

[*] Similis est cōstitu tio li. 5. C. The. titu. 9. l. 2.

[b] Veteranus. vel propter debilitatem: vel quia diu laborauit. vt s. de his qui non imple. sti. le. 1. & 2. Acc.

[c] Aut censibus. s. qui mili. non pos. l. j. & ij.

[d] QVisquis. Ignorauerit. facit s. q. mili. non poss l. pe. & fi. & s. de cab. l. generali. & ff. de pub. l. cotē §. dominus. & s. l. proxi. in fin. Acc.

[e] TYrones. in scholis & nō dicas vbi addiscunt: quia ibi omnes sunt tyrones: vnde non esset post quos poneren tur. Sed dic q̄ tyro electus inter milites stet loco posteriori in scholis, idest in societatibus militū, seu in matricula: vt ff. de testa. mili. l. ex eo. & s. tit. 1 l. pe. & l. vlt. & sic bene sequitur, nec enim &c. & s. de offic. ma. offi. le. 1. & 2. & de proxi. sac. scri. l. vnicuique. & de agen. in re. l. vnicuiq. & fa. j. de di. off. & ap. l. 2. & s. de of. co. rei mi. l. 1. & de professi. l. magistros. & ff. de al. seri. l. fina. Sed ar. contra. s. de offi. rect. prouinci. leg. potioris.

DE LITTOrum &c.

[f] SAluberrima. Illicitæ. vt victualia & arma. aliās pœna capitis cum amissione bonorū imponitur: vt s. q̄ res expor. non de le. 1. & 2. & ff. de pub. l. cotem. in princip.

[g] Sustineant. sic s. de naui. le. l. 1.

[h] DE DESERtoribus &c.

Desertores militem, occultatores priuatos vocat.

[i] SI quis. Amissione. sic s. ad fa. mo. l. j & de his qui latro. vel ali. l. 2. & de ca. & postli. re. l. fin. & de incest. nupt. l. 3.

[k] Prodiderit. idest manifestauerit. Acc.

[l] Mediocris. idest homo pauper. sic etō statio honesti loci diues: vt ff. de transact. leg. cum hi. §. si in annos.

[m] Immunitate. munerum forte. seruus vero fit liber: vt s. p. qui. cau. ser. pro præ. ac. lib. l. fi. & facit in authen. de non alie. §. fi. & j. de episco. & cler. l. nulli. in fi. & j. loc. & condu l. fi.

[n] Militantibus. licet non sint proxime applicati.

[o] A signis. alibi largius vt ff. de re milita. l. 3. §. emansor.

[p] Processerit. idest qui se prodiderit, antequam ab alio manifestetur. sic sup. de pœ. iu. qui ma. iud. in auth. nouo iure.

[q] In officij primores. idest in officiales præsidis. Et no. contra præsidem, & officiales, qui pœnas legibus impositas, vel gratia vel dissimula-

Pœnæ legū differri nō debet.

Desertor inuentus resistens, vt rebellis opprimitur. Item diligens debet esse iudex, ne sub praetextu alicuius licentiae desertor possit euadere, hoc dicit. Bartol.

II. Imppp. Arc. Theo. & Hon. AAA. Adriano PP.

SI desertores inuenti, resistendum, atque armis oppugnandum putauerint: tanquam rebelles ipsis temeritatis suae conatibus opprimantur.[a] ita tamen vt prouinciarum iudices sollicita cautione disquirant, ne sub falsarum tractoriarum[b] nomine desertionis suae crimen defendere moliantur: ne suppositis & commentitijs epistolis euadendi habeat facultatem.

III. Iidem AA. Longino PP.

QVi relictis militaribus castris, se ad depraedationem vel latrocinium contulerit, seueritatem iudicis non euadant.

TITVLVS XLVII. DE VETERANIS.

Veteranis gaudent priuilegijs hic insertis. Bar.

I. Imp. Constantinus A.

CVm [†] introissent [c] principia, & salutatus esset à praefectis & tribunis, & viris eminentissimis, acclamatum est: Auguste Constantine, Deus te nobis seruet, vra salus, nra salus. vere dicim[d], iurati dicim[e]. Adunati veterani exclamauerunt: Constantine Auguste, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus dixit: Magis magisque conueteranis meis beatitudinem augere debeo quàm minuere. Victorinus veteranus dixit: Muneribus & oneribus vniuersis locis conueniri non sinamur. Constantinus Augustus dixit: Apertius indica quae sunt [e] maxima munera quae vos contumaciter grauant. Vniuersi veterani dixerunt: Ipse perspicis: Constantinus Augustus dixit: Iam nunc magnificentia [f] mea omnibus veteranis id esse concessum perspicuum sit, ne quis eorum in vllo munere ciuili, [g] nec in operibus publicis conueniatur, nec vlla collatione. [h] nec à magistratibus, nec vectigalibus, in quibuscunque nundinis interfuerint, vllam ob venditionem [i] proponendâ dare debebunt. Publicani quoque (vt adsolent agentibus supplere) ab eisdem veteranis amoueantur: quiete post labores suos perenniter perfruantur. Fisco quoque nostro eadē epistola interdicimus, vt nullum omnino ex his inquietet: sed liceat eis emere & vendere, optimis negotijs pecuniam tractare, & mercimonia agitare: nec solum integra beneficia eorum sub saeculi nostri otio, & pace perfruantur, sed etiam nullo munere ciuili, corporali seu personali vel deportatorio [k] onere eos affici concedimus. Dat. Calend. Mart. ciuitate Belouocorum. Constantino A. vi. & Constantio Caes. Coss.

Veteranus falsus protector nullis iniurijs est pulsandus: contrafaciens est secundum qualitatem facti puniendus per rectorem prouinciae. Bartol.

II. Idem A. Maximo.

PRouidendum est, ne veterani qui protectoria dignitate cumulari, [l] aut honores varios pro meritis suis consecuti sunt, incongruis pulsentur iniurijs. quòd si quis in hoc crimine fuerit deprehensus: rectores prouinciarum pro iurisdictione sua examinantes factum, pro sui qualitate eos coerceant.

Veteranus, qui se latrocinio dedit, priuilegijs nudatus, competentibus poenis à rectore prouinciae punitur. Bart.

III. Idem A. Euagrio P. V.

VEterani: qui ex negligentia vitae nec rus colunt, [m] nec aliquid honestum peragunt, sed latrocinijs sese dederunt: omnibus veteranorum priuilegijs exuti, [n] poenis competentibus à prouinciarum rectoribus subijciantur.

Veteranus effectus, inuitus vel nolens non militat: & sententia contra eum lata tali ordine non seruato non valet: nisi dum ipse militabas, quaestio in cognitione esset deducta: quia tunc ibi finitur licet ve-

---

simulatione differunt, secundum Al.

[a] SI desertores. Opprimantur. vt ff. quando li. vocetur. l. in. se vin. l. i. §. i.

[b] Tractoriarum. i. absentiarum, vel liceontiationum. ad quod ff. de tract. l. i.

DE VETERANIS.

[c] CVm introissent principia. scilicet numerorum.

[d] Salutatus. Nota quod non licet cuilibet salutare principem, vt ff. de bien. l. i. & facit supra de senten. pas. l. i. (margin: Salutare principē cuiq. non licet.)

[e] Indita quae sunt. Not. benignam responsionem. sic ff. de transac. l. vt responsum.

[f] Magnificentia ab latiui casus.

[g] Ciuili. s. personali, vt ff. in fi. sed patrimoniale ordinationum subeunt. sic ff de priuil. vete. l. 3 & 4.

[h] Collatione extraordinaria. in ordinarijs n. secus, vt dixi.

[i] Ob venditionem. hoc est vt aliquid dentur pro loco, vbi tenent pergulā. ad quod est ff. de nundi. l. 1.

[k] Deportatorio. deportaturiom dr onus quod redēptor pontis à transeuntibus pro onere vehēdo exigebat vt innuit ff. loca. l. cū plures. §. vehiculum. & de ver. sig. l. in lege. Acc.

(margin: In nouellis codic. sic incipit haec l. Imper. Cōstantinus. cū introisset principia, & salutatus esset à praefectis & tribunis, & viris eminentissimis acclamatum esset Auguste &c. secta. Contius.)

[l] PRouidendum. Cumulati. qui facti sunt protectores. ad quod ff. de domest. & prote. l. i.

[m] VEterani. Nec rus colunt. Not. milites veteranos rus colere. Sed contra supra de man. & col. pa. l. fina. Sed ibi nō coluntur, vt sint adscriptitij.

[n] Exuti vt supra de dig. l. iudices. & facit ff. de circeo. l. 3. & de epis. & cle. l. generaliter magis. o. poena sunt digni. &c. vt supra de epis. & cler. l. presbyteri. Acc.

Nullus

teranensis sit effectus, nisi speciali priuilegio sit indultum sibi contrarium. Ba.

IIII. Impp. [illegible] & Theodosius AA.

NVllus eorum qui sacramentis inhęrere desierit, vel volens permittatur, vel inuitus militare cogatur, seu stare iudicũ sententijs: q̃ non his obseruatis latæ fuerint, nullã firmitatẽ habentib. nisi forte reperiatur ibi tẽpore militiæ coepta [a] cognitio. tunc. n. velut necdũ cingulo deposito, sub militari iudice rem tractari finirique præcipimus, nisi principali beneficio specialiter indulto qdã ex his sese defendãt.

TITVLVS XLVIII.

DE FILIIS OFFICIALIUM MILITARIUM QUI in bello moriuntur. [b]

I. Imp. Cõst. A. Euagrio.

SI qui ex officialibusquorumcunque officiorũ [c] genitii sunt, siue eorundem parentes adhuc sacramento tenentur, siue iam dimissi sunt, [d] in parentum militiam vocentur.

II. Impp. Grat. Valẽtin. & Theodosius AAA.

FIlios [e] primipilariorum paternam sequi conditionem oportet. Deest cõstitutio Græca, ex ptermissis inferẽda.

TITVLVS XLIX.

DE OBLATIONE votorum. †

I. Imp. [illegible] & Hono. A. [illegible] P.V.

QVando votis [f] cõmunibus felix annus aperitur, in vna libra auri, & solidis obrizatis principibus offerẽdi deuotionẽ animo libentiũ suscipiamus: statuentes, vt deinceps sequentibus annis vniuscuiusque sedulitas principib. suis talia iferat semp & deferat.

TITVLVS L.

DE NVMERARIIS, ACTVArijs, & chartularijs, & adiutoribus, scriniarijs & exceptoribus sedis excelsę, [†] cęterorumque iudicum tam militarium, quam ciuiliũ.

Numerarij seruientes rectoribus in diuersis obsequijs, tormentis & lacerationibus puniuntur.

I. Imp. Cõstã. A ad Veronicianũ Vic. Asiæ.

VOrax [h] & fraudulentum numerariorum propositum, qui diuersis obsequijs rectoribus obsequuntur, ita inhibẽdum est, vt antea sanciuimus, & nunc itidem sancimus [i] conditioni eos subdi tormentorum, & eculeis atque lacerationibus subiacere.

Numerarij consularium, qui hodie tabularij appellantur, tormentis subijciuntur, nisi iudicibus, vel alijs ad prouinciam per principem destinatis nomen debitorum sub actorum testificatione monstrauerint, vt eis indicantibus omnes fisci debitores ad solutionem compellantur, tempusq; tabulariorum triennio concluditur.

II. Impp. Valent. & Valens AA. Clearcho.

QVi numerarij appellari consueuerant consularium atque p̃sidum, dumtaxat tabularij post hanc nr̃am sanctionem vocabuntur, [k] scientes se tormentis esse subiectos, nisi iudicibus, vel his qui prouecti nostro iudicio ad prouincias venerint, vel exactoribus debitorum aut reliquorum nomen & modum frequenter ingesserint sub actorum testificatione: [l] quos scire oportet, cũ his qui debitores sunt, sese ad solutionem esse retinendos, nisi omnia debita ipsis fuerint indicantibus persoluta. [m] trienij [n] tñ spacio tabulariorum decet tẽpus omne cõcludi.

Tabularius præfecti prætorio cingulum & ordinem militiæ retinet. Bartol.

III. Iidem AA. Rufino PP.

NVmerarius [o] amplissimæ tuæ sedis cingulum habere, & militiæ ordinem tenere iubemus.

In omni prouincia duo numerarij & tabularij collocantur, vnus ad ratiocinium arcæ fiscalis, alius super titulis largitionalibus, nullusque alterius officio se immisceat. Bartolus.

[a] NVllus. Coepta. vt ff. de iur. om. iudi. l. cũ qdã. & C. de iudi. l. si qs postea & l. vbi. & ff. vbi dam. con. l. si.

[b] DE FILIIS offi. [illegible] &c.

Quæ officia multa sunt: vt ex superioribus ti. patet.

[c] SI q. officiorũ militarũ, vt ex rub. patet.

[d] Sic oẽ filij vocent. q. d. nõ in aliã militiã ad quod concor. ff. de tab. l. si & ff. l. pxi. nõ. n. debẽt diuidi familiæ. vt ff. com. vtri. iudi. l. possessionũ. sed vbi est emolumẽtũ, p̃fertilius oibus alijs vt ff. de proxi. sacro. scri. l. vnicuique. §. tu

[e] FIlios. ff. l. proxi. cum suis concordan.

DE OBLATIONE votorum.

[f] QVando. votis. i. voluntati donãdi princi pib. ann. aperit. Ac.

[g] In vna libra auri. donũ erat in libra auri p obolos puri auri qd vocat obryzatũ, vt ff. de vet. nu. po. l. 1. & fin. Et not. q. qui donat, de melioribus rebus debet dare.

DE NVMERA. ris, act. &c.

[h] VOrax sic ff. ne li. ce. po. l. 2. Sancim in quadã. quam non habemus. & facit. ff. de decurio. le. quilibet.

[k] QVi numerarij. Vocabunt. No. mutari nomẽ. sic in auth. vt iudi. sine quoquo suf. §. illud.

[l] Testificatione. sic ff. de app. l. pcipimus. §. in his autẽ omnib.

[m] Persoluta prædictorum desidia. quasi litem suam quodammodo faciant vt iudex: vt Instit. de obli. quæ ex qua. de li. in prin.

[i] † Al. de obseruatiõe voto ni, aliás de obligatione. Mutatio non est p [illegible]

[n] Triennij. Not. officium tabularij triẽnio durare.

[o] NVmerarios amplissimę tuæ sedis. præfecto prætorio loquitur. In pro

[†] Excelsæ. i. prætorianæ.

IIII. Imppp. Grat. Valen. & Theo. AAA. omnibus rectoribus prouinciarũ.

IN prouincijs singulis duo numerarij, qui & tabularij,[a] collocenẽ,[b] quò ad[c] vnum fiscalis[d] arcæ rõciniũ, ad alterũ largitiõales[e] ptinere tituli iubeanẽ: hoc sciturí, q̃ si ex alteri[9] æquã actibus ad alteram partẽ illicita fuerit vsurpatione translatum:[f] is qui culpam iudicis dissimulatione texerit, grauissimo sit supplicio subiugandus.

Licet scriptor alicui iudici obsequens efficiatur decurio nõ desinit esse scriptor: & agnoscere debet munera ciuitatis, & peracto officio ad propriam curiam redit. Bartol.

V. Iidem AAA. Principio P.P.

EXceptores[g] omnes iudicibus prouincialibus obsequẽtes, qui nec cohortalẽ militiam sustinere videnẽ, neq; à fiscis vllas consequuntur annonas, absq; metu dare corpus operam, etiam si decuriones sint, minimè prohibemus:[h] dũmodo munera[i] propriæ ciuitatis agnoscant, & peracto secũdum morem exceptionis officio, ad propriam sibi curiam[k] redeundum esse non nesciant.

Numerarij à communione actuariorum abstinere debent. Bartol.

VI. Impp. Arcad. & Honorius AA. Seuero P. V.

NE diutius ad cunctorum perniciẽ actuarij[l] numerariorũ consortijs adiuuentur, illustris auctoritas tua[m] cunctos ex numerarijs actuariorũ societate præcipiat abstinere, atque ab eorum cõmunione discedere, q̃ si hoc moniti[n] custodire neglexerint, hisdem pœnis se quibus actuarios, nõ ambigãt subiacere.[o]

Actuarij secundum cõsuetudinem antiquam sunt ordinandi: & si aliter factum fuerit, factum ab eis non valet: & ipse faciens punitur.

VII. Impp. Theo. & Valentinia. AA. Hierio P. P.

ACtuarios[p] tã classium vrbis Constãtinopolitanę, quàm Thymelæ,[q] equorumq; curialium ciuitatum diuersarum,[r] non aliter nisi[s] (vt cõsueuerãt) manus sanxerit principalis, sublimitas tua[t] præcipiat ordinari. quod si quis talis sub tua fuerit indicatiõe conuictus: profecto irritis his quæ vetita contrectauerit,[u] etiã congruã indignationem incurrat.

Scriniarij vel numerarij non possunt à præfecto prætorio pecuniam sumere mutuò vel aliquid pro expensis publicis alicui promittere. Bartolus.

VIII. Iidem AA. Hermogeni P. P.

SCriniarios vel numerarios officij magnitudinis[x] tuæ iubemus nullatenus in posterum aut mutuam pecuniam sumere,[y] aut polliceri cuiquam pro publicis expensis cogi:[z] quos nullam post depositam militiam inquietudinem sustinere volumus.

Nullus in numero militum numeratus actuarius fieri potest, nec actuarius officio deposito ad aliquam militiam aspirare potest. Bartolus.

IX. Imp. Leo. Iun. & Zeno. AA.

NEmini[b] licere deinceps iubemus in quacũq; militia cõnumerato, solicitudinem actuarij subire: vel post depositã eandẽ curã ad militiã adspirare: quaten[9] inter priuatos agẽs omniq; militari priuilegio denudat[9].

a IN prouincijs. Tabularij. s. vocantur, vt j. eod. l. 2.
b Collocentur. vt j. de suscep. l. duos.
c Quo ad. alias quo pro vt. alias quò pro quia.
d Fiscalis. fiscalis autem arca dicitur, quia à principio consuetudo fuit populi Romani, vt pecuniã quam ex tributis percipiebant, in marsupium ab initio reponerent: sed si marsupium non sufficeret, ad fiscum, idest ad saccum deuenirent. Hoc idem in principe fuit, vt primo in bursa, deinde ad fiscum deuenirent, i. ad saccum, & sic quandoque ratio fiscalis dicitur ratio Imperatoris postea cũ nec fiscus sufficeret, ad domum deuentum est, quæ vocatur ærarium, eo quòd æs ibi reponebat. Aeris vero appellatiõe tota tũc temporis omnis pecunia continebatur: & sic populus Romanus auctus est.

Aeris appellatione omnis pecunia continet.

e Largitionales. i. qui ipsi principi largiuntur, seu dantur. vt j. de cano. lar. tit. l. 1 & l. 2.
f Translatum. sic j. de compen. l. & de exact. l. 1. & nota inferiorem debere accusare superiorem. Acc.

Superiorẽ debet accusare inferior.

g EXceptores. i. scriptores. H. vt ff. loc. l. sed addes. §. fin.
h Prohibemus. si quis ex scriptore fit decurio. remanet scriptor idem in notario, vt j. de fil. l. si quis decurio. sed non de nouo, vt j. de dec. l. vniuersos.
i Munera. quæ decurionibus imminent.
k Curiam. i. officij decurionum. & facit j. de adses. l. vlt. & C. de aduoc. diuer. iud. leg. 2.
l NE diuti[9]. Actuarij. qui recipiunt pecunias publicas: vt j. de er. mil. an. l. actuarij. numerarij. n. scientes de actu, docerent facere Trebellianum: vnde non debent eis sociari. vt j. eo. l. nulli. & j. de diuer. offi. l. j. in his. & facit supra de paganis. l. 1.
m Auctoritas tua. loquitur præfec. vrb. Accursius.
n Moniti. numerarij.
o Subiacere. forte extra ordinem: vt d. l. in his.
p ACtuarios. expone vt sup. leg. prox.
q Thymelæ. i. scenę vbi histriones ludũt.
r Diuersarum. s. actuarios.
s Nisi. accipe manus &c. Acc.
t Sublimitas. tua. loquitur præfecto prætorio.
u Cõtrectauerit. No. non valere quę fiunt à nõ iure electo, arg. contra ff. de offic. proco. leg. Barbarius.
x SCriniarios. Tuę magnitudinis. loquit̃ præfecto prætorio.
y Sumere. hic j. si certum pet. l. eos. & ff. si certum pet. leg. præsidis.
z Cogi. s. scriniarios. Accur.
a Volumus. sic. j. de admi. tut. l. cum quædam.
b NEmini sic supra de episc. & cler. l. officiales & arg. j. de agen. in reb. l. 3. §. defensores. Nulli.

nihil nundinationis vel fraudis circa commendanda ratiocinia, quibus obnoxius est, attentare valeat.

Scriniarij adiutores non debent sociari numerarijs & chartularijs nisi secundum modum hic declaratum. Item numerarijs in prouincijs hic descriptis adiunguntur scriniarij adiutores ordine hic declarato. Item adiutoribus & tractatoribus incumbit necessitas scribendi praecepta & commonitiones et euectiones, quae fiunt prouincialibus: & scripturae sine forma predicta facta praesumuntur falsae & contra facientes poenis hic declaratis puniuntur. Bar.

X. Imp. Zeno A. PP.

NVlli scriniario liceat pro tempore numerarios plus quàm quaternis vicibus, nec his tamen continuandis, adiuuare. [a] Idemque hoc super chartularijs [b] in praebenda pro tempore numerarijs opera obseruari decernimus, ita vt adiutorum [c] quidem biennij, chartulariorum verò vnius anni interuallo continuatio interrumpatur: nulla [d] adiutoribus ad chartulariorum solicitudinem quam semel dedignati sunt, descendendi danda licentia: ita vt Orientalis quidem tractus tempore numerarijs non nisi ab his scrinijs qui intra triginta viros a numerario retro numerandos, Asianae verò dioeceseos numerariis non nisi ab his qui intra quinquaginta à numerario similiter retro numerandos inueniuntur, Ponticae vero & Thraciae dioeceseos passim, & pro suo libito ex omni multitudine eligendorum adiutorum tribuatur facultas. Omnia sanè commonitoria, vel praeceptiones, aut euectiones, seu quaelibet publica instrumenta non solum adiutoribus, verumetiam prouinciae illius de qua disponitur tractatori inspiciendi, itidemque subscribendi, aliorum quoque qui vnà cum eo tractant, in eadem subscriptione mentione habenda, necessitatem incumbere. Si quid autem sine hac obseruatione ex Orientali, vel Asiano, vel Thraciano scrinio fuerit emissum, falsi suspicione non careat: exceptis publicis instrumentis, quae à scrinio Ponticae dioeceseos emittuntur, quòd in iisdem instrumentis solum numerariũ eiusdem dioeceseos eiusque adiutorem & chartularium subscribere magnitudo tua disposuit: ita vt si quid huius legis fuerit violatum, numerarij quidem tam gradus sui quàm solennitatum seu solatiorum vniuersi vnius anni iacturam: adiutores verò quinquaginta librarum auri, & chartularij quindecim itidem librarum auri poenam subeant.

Officium actuarij, quod olim durabat biennio, hodie concluditur anno. Bar.

XI. Iidem A. Cotoni magistro militum.

OFficio tuae magnitudinis [a] datis precibus, [f] postulante, vt numerariorũ actus non in biennium, sed in vnum annum statuatur: [g] nostra pietas huiusmodi petitionibus annuens, [h] dispositionem quae super biennio promulgata [i] fuerat, super vno tantummodo anno reuocauit. [k]

Officiales praefecti praetorio Illyricano, si dignitatem comitiuam adipiscuntur, profertur sententia interlocutoria seu decretum electionis. Et illud eis dari debet, quod ante hanc legem dabatur, cum officio praedicto deposito eligebantur praetoriani tribuni. Bartolus.

XII. Imp. Anastasius A. P.P. Illyrici.

PER hanc diuinam pragmaticam sanctionem decernimus, quod antea tribunis praetorianis, dum dignitas eis qui in scrinijs seu gradibus officij tuae celsitudinis [l] deponunt militiam, praebebatur, & custoditum fuisse dignoscitur, hoc super honore quoque comitiuae dignitatis

[a] NVlli. Adiuuare propter ti morem rationis cor rumpendae, & corruptibiliter notandae.
[b] Chartularijs. chartularij sunt scriptores qui nõ sunt scriniarij. Idest notarij, vel idest, qui non praesunt scrinijs.
[c] Adiutorum. idest scriniariorum.
[d] Nulla. No ascendendum ad dignitates per gradus, non descendendum, vt ff. quemadmo. ciui. mu. indi. le. maioribus. & ff. de mun. & hon. l. vt gradatim.
[e] OFficio tuae magnitudinis. loquitur magistro militum officiorum.
[f] Precib. scilicet porrectis.
[g] Statuatur. i. statueremus, quod & fecimus tunc.
[h] Annuens. s. tunc.
[i] Promulgata. ad postulationem tui officij.
[k] Reuocauit. s. tunc, vel postea. & sic nunc reuocamus quod tunc concessimus ad petitionem officij tui. sed quanto tempore durabunt? Resp. triennio forte, vt ff. eo. l. 2. § fi. Vel aliter expone legem: quia statuerat, vt per bienniũ duraret, nunc remouet quod est vltra annum ad petitionem tui officij. ad quod sup. de prosi. sacro. scri. leg. pro biennio.
[l] PEr hanc. Tuae celsitudinis. loquitur praefecto praetorio Illyrici. nã eius officiales deponebãt officium, & fiebant tribuni praetoriani ascendendo ad maiorem dignitatem, vt ff. l. nulli. & tunc proferebatur quaedã interlocutoria, seu decretum electionis, & aliquid ei dabatur. hic ergo statuit idẽ seruari in illis qui eliguntur ad comitiuam de dictis officialibus.

eis impertiri: vt sententia pro fine eorum militiæ proferenda, dignitatis ẽt mentionem contineat. Hoc quoq; tãtummodo, & sine speciali codicillorum vel diuinorum apicum sanctione ad eandẽ dignitatem adipiscendã, & priuilegia eam sequẽtia sufficiat: ita tamẽ vt primi ordinis comitiuam per interlocutionẽ eiusdem potestatis mereantur hi, idest cornicularius, & chartularius, & primiscrinii, & numerarius scrinij Macedoniæ, & scrinij Daciæ, & scrinij operum, & scrinij auri. Hoc eodem in his ẽt qui post nouellam dispositionem diuæ memoriæ Zenonis quæ de eisdem pœnis loquitur, & de eisdẽ psonis, q̃ deposuerunt militiam, obtinẽte.

TITVLVS LI.

DE CVRSV † PVblico, a & angariis, & parangariis.

I. Imp. Const. A. Titiano.

Quos qui publico cursui deputati sunt, non lignis vel fustibus, sed flagellis tantummodo agitari decernimus: b pœna nõ defutura contra eum qui aliter fecerit.

Præsides & rationales, quibus per rempublicã annona subministrantur pro pecoribus gubernandis, vsurpare non possunt bubulcos. Item nullus cum annona aliam viã debet tenere, nisi per cursum publicum. qua proficiscendi licentia est concessa. Bar.

II. Iidẽ A. Acyndino P. P.

Præsidibus, & rationalibus, cæterisq; quibus propterea respublica & annonas & alimenta pecoribus c subministrat. vsurpandi parauere di d licentia derogetur. e Sed nec per aliam viã eundi quisquam habeat facultatem, nisi per quam cursus publicus stare dignoscitur: f excepta videlicet tua g sublimissima sede, cui cursus publicus, & proficiscendi per eum licentia, & vbi ratio exegerit præest. h

Nullus iudex, vel custos publici cursus pati debet per publicum cursum aliquem ire: nisi vadens primò seriem suæ euectionis ostendat, et volens resistere, aut vltra tẽpus vehere si repertus fuerit, retinebitur. B.

III. Imp. Constantinus A. Tauro P. P.

Evectiones ab omnibus i postulentur, & tam iudices quàm custodes k publici cursus minimè transire patiãtur, anteq̃ seriem euectionis aspexerint. Quòd si quis putauerit resistendum, & sine euectione iter facere detegitur, vel vltra tempus quod euectioni insertum l est, publico cursu vti conatus sit: vbi repertus m fuerit, ibidem ittbemus retineri: & si quidem dignitate præditus sit, de eius nomine ad prouidentiam tuam, n & ad illustrem virum comitem, & magistrum officiorum referri: aduersus verò cæteros protinus o indignatio competens exercenda est, quos sinceritas tua pro loco gradúque militiæ p ibidem coerceri posse crediderit.

Parhippus appellatur: qui licentiam habens de duobus vehendis, tertium vehit, aut euectionem extra ordinem facit. Si autem secundum licentiam sibi datam quis vehit, non debet delictum reputari, sine euectionem faciat euectioni præpositus, siue mulio. Bart.

IIII. Imp. Iulianus A.

Parhippum q eum videri, & habendum esse, qui vsurpato vno vel duobus veredis, q quos solos euectio continebat, alterum tertiumve r extra ordinem commoueat. Nihil autem interesse debet, nec ad crimen vocari, vtrum agens in rebus suo itineri, an s mulionis subiugando modo euectionis datæ formæ licentiam non excedat.

a DE CVRSV publico &c. Quandoque ponitur cursus p officio currendi: quandoq; pro loco per quem curritur, s̃m H. vt j. l. 2. erant n. quidã officiales q̃ præerant officio, vt facerent cõduci militibus annonã & arma in plaustris quæ ducebant cũ equis, vel in ipsis equis j. eo l. cursum. & j. de fabri. l. fi. §. quoties.

b Quos. Decernimus. sic ff. ad Sil la. l. 1. §. impuberi.

c Præsidib. Pecoribus sub. pro.

Parauere-d° qd sit.

d Vsurpandi parauuredi, i. quadrigarij, & dicitur à para, quod est iuxta, veredo, i. equo ducẽte thedã. à veho & theda, s̃m A. & sic bubulci vel aurigæ dicuntur. Acc.

e Derogetur. i. denegetur.

f Dignoscitur: vt j. eo. l. si quis. & ff. de re. di. l. fi.

g Tua. loquitur præfecto prętorio.

h Præsto est i. cõcessa est, vel præstita: vt j. eo l. iudicibus. & loquitur præfecto prætorio. vel est aduerbiũ tẽporis: i. præsentaliter concessa.

† De cursu publico. multa Alcia. hic nõ aspernẽda. itidẽ & Budeus I an no. poste. ad Pandectas.

i Evectiões ab oĩbus. s. prouincialibus. vel speciali l. excusentur, vt j. e. l. cursum.

k Custodes. Vt sunt agentes in rebus, vt j. de decur. l. 2. & l. fi.

l Insertum. sic ff. ex qui. cau. mai. l. si cui. §. fin.

m Vbi repertus aliàs reperit. sic ff. de offi. præfi. l. 3.

n Prouidẽtiam tuã. loquitur præfe. prę.

o Protinus. facit j. de deserto. l. 2.

p Militiæ sic ff. de of fi. præfi. l. 3.

q Parhippum. Veredis expone, vt j. l. 2. vel s̃m P. veredus dicitur currus, à veho & rheda, inde dicitur veredus. i. vahens rhedam.

r Tertiumve. aliàs tertiumva: aliàs tertium vel &c. & dicas agẽs in rebus qui p̃est euectionibus, vt j. eo l. auectiones.

s An. aliàs necne, aliàs an ne.

† Vide Cassiodo. li. 4. & 5. Variar. epistol. 4.

a Si quis per publicum cursum. ex pone vt in rub. & fa cit. j. eo l. 2. & j. § 1. & est ratio vt tollatur copia se furandi.
b Competens. i. arbitratu. ff. de pœ. l. sanctio.
c Evectionum copiam senatui. quia parificatur principi.
d Discedit. sic j. de decu. l. si quis decurio.
e Vetitum. oibus est vetitum, nisi certis: vt j. eo. l. iudicibus.
f In oibus. Quarta pars. nõ non oës simul, sed separati.
k expone veredo - rũ: vt j. l. parhippũ.
g Publicis. sic j. de oper. pu. l. turres.
h Solatio. i. stallatio.
i Vagendi. Deni veredi. i. xx. vt de leg. i. l. si quis testamento.
k Per singulos dies. vt non sese inuicem impediant.
l Ex vtraque parte. scilicet mittentium, & remittentium. ed quod j. eo l fi.
m Dimittantur. i. mittantur & remittantur.
n Iudicibus. l. alij magistratus quã inferiores nõ debẽt de publico habere euectiones, sed accipiant ad vecturam.
o Reseruandum. & senatui: vt j. eod. l. euectionum.
p Iudices. qui præsunt mittendis, & agentes in rebus: vt j. eo. l. 1.
q Constitutos. i. deputatos I quarta veredorum: vt j. l. in omnibus. non autẽ alium pro alio: quia tunc esset parhippũ.
r Grauissimæ. Contractus. i. venditio quæ vehuntur, quia dic, vt j. de naulcu. l. pen. & quæ res vẽ. non pos. l. 1.
s Merces. quia locat alicui ad vecturã nul malia publico cursui deputata.
t Nullus. Priuatus. quinimo

V. Impp. Val. & Valẽs AA.

Si quis per publicum cursum [a] iter faciẽs, cuiuscũq; dignitatis, vel militiæ, ab itinere recto diuerterit, pœna in eũ cõpetens [b] proferatur.

Senatus habet potestatem euectionis, cum ad principem vadit: vehens verò contra publicũ cursum, pœna hic inserta punitur. Bart.

VI. Iidem AA. Grat. A.

Evectionum copiam [c] senatui [c] cum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est: ita tñ, cũ aut à nobis euocatur, aut à clementiæ nostræ veneratiõe discedit. [d] Si quis ergo posthac ꝙ vetitum [e] sibi cursum publicũ illicita temeritate præsũpserit, motum in se nr̃æ mansuetudinis excitabit.

Stabula prouincialiũ non debent fieri sumptu publico: sed expensis prouincialium: pro quibus habebunt animaliũ stercus. Barto.

VII. Iidem AAA.

In oibus prouinciis veredorũ quarta pars [f] reparetur. stabula autẽ vt ẽpensis publicis [g] extruãtur, ꝙ ratione est: cũ prouincialiũ sumptu, in quo rũ locis stabula cõstituta sunt, citi⁹ arbitremur apparãda, & vtili⁹ sit tã publico, quã his, quos stercus animalium pro suo solatio [h] hẽre cõcedim⁹.

Viij. Imppp. Val. Gra. & valẽs AAA. Floro C. R. P.

Vagẽdi itineris pos [i] sit esse moderatio, deni veredi [i] per dies singulos [k] ex vtraq; parte [l] dimittañt: [m] pœna quin que librarum auri minimẽ defutura ꝙ eos, q statuta nostra neglexerint.

Faciendæ euectionis copia omnibus iudicibus denegetur, excepto præfecto prætorio, & officiorũ magistro, nisi ad trãsmittendas publicas functiones euectionem faciant. Bartolus.

IX. Imppp. Grat. Valen. & Theo AAA ʼPP.

Iudicibus [n] faciendæ euectionis copiã denegamus: cũ id tñ nostro numini, & tuæ sedi, necnon viro illustri magistro officiorum sit reseruandum: [o] cum neque præfecto vrbi, nec ducib. nec vicarijs, nec cuiquam alij præter memoratas duas potestatas à nobis hoc concessum sit. His enim tantum ambulandi facultatem iudices [p] ex suo arbitrio præbituri sunt quos in transmissionem publicarum functionum persecutores viderint constitutos: [q] scituri, si definitionem nostram excesserint, se quidem vigintiquinque auri libris, officia verò quinquaginta esse multandos.

Super animalibus publicis ad euectionem cursus publici deputatis, nullus contractus. locationis etiam ad vecturam emptionis tenet. Bartolus.

X. Iidem AAA. Philagio.

Grauissimæ pœnæ acerbitate proposita euectionem contractus, [r] animalium quoque publicorum merces, [s] & ementis & distrahentis coercitione prohibemus.

XI. Iidem AAA. Cynegio.

Nullus euectione vtatur priuatus, [t] tametsi valuerit impetrare.

XII. Imppp. Valentinian. Theodosius, & Arcadius AAA. Cynegio.

Seculare est, quod à seculari principe, vel domino recipitur §. marchio.qui feudum dare possunt. vt si Christianissimus Rex Francorum inuestiat aliquem de marchia vel comitatu: & de hoc feudo maior pars libri feudorum loquitur, & plusquam de ecclesiastico,& hæc probantur in prælud feud in vltima diuisio per Baldum.Sed quia nobiliora sunt præmittenda. §.fina.institutin.de iure persona cap.sedes.& ibi doct.de rescrip.Deci.in ca.aneritæ. de præbend. ideo præmisi hãc diuisionem, sicut facit Obertus de Orto.c.vno. qui feudum dare possunt.& quia ecclesiasticum est nobilius.argum.cap.solitæ.de maiorit. & obedient.

Secunda diuisio, quoddam est regale, aliud non regale. est, quod à Rege vel Imperatore recognoscitur immediate, vt est feudum marchiæ, ducatus, comitatus, vel alterius dignitatis regalis: ideo vicecomes Turenç vel comes Fuxi pñt dici hêre feudû regale. C. vn. quis dic. dux, marc.vel comes.vel potest Imperatio dici. vt.nec in Berber. in d ca.2.q. de feudis, & duobus concurrentibus vocatur regale. primo quod sit dignitas, puta regnû. marchia, comitatus, vel ducatus. secundo quod ab imperatore vel rege nro concedetur, vel alio non recognoscente superiorẽ, vt Ioannes Curt in tract. de feu. in prime. parte. q.8.col. 2. Occasione præmissorum quæro de quæstiõe, an Rex Franciæ possit alienare ea quæ sunt regni? & Bal. in proœ.C.& in prima consti concludit, ꝙ non, abdicando à se omnem iurisdictionem, dignitatem, dominiû,& nihil sibi retinendo: quia esset principatû seu regnum deformare: quod non potest rex facere: imo si retineret sibi directum dominium, adhuc nõ valeret, si in regni detrimentum vel incommodû redderet.argu.l. in summe.ff.de pecul.Corse.in c.grãdi de supplen negl prælat.li 6 Panor.in c.intellecto. de iureiuran & in c Abbate sanè.de re iudi.lib.6 Ioan. Sãxon in consue. Turon.in rub.(de pied de fied.) artic.2. & in rub.(des danaisons entre gens nobles.)et ti 6. D Boer in additio. ad Bened. Plumb. in l.innitus. ff.de fideic.liber.etiam cum iuramento, per text. in d.c intellecto & successor posset reuocare. Bar.l.prohibere §.planè.ff.quòd vi aut clàm. Bal.in c.licet col.7.de probat. Felyn in cap.ad audientiam. col.2. de præscri.Deci.in ca.1.col 4. de prob. imo fortius rex non potest inuitis ciuibus suis alienare vnâ de ciuitatib. sui regni. Host.in c.dilecti filii de maio & obe.& ibi Innocen.& Felin. Oldrad.consilio 231.vt etiã Alexan in addi.ad Bar.in d. §. planè. Bal.in ca. similes. quo tempore miles inuestitu petere debeat, c.vno. §.in generali si de feudo defuncti contentio sit inter do.& agna. vas. Ioan. de Pla in l fi.C. de loca. præd.ciui.lib. 23.Panorm in consil. 3.colum. 18.in 2. volu.Guido Papæ in decisio. Delphina.quæsti. 219. Aufre in decisi capel. Tholosa. qõ. 485. Iason in §. item Seruiana.col.28 insti.in.de actio.num. 125.l. si non sostem. §.libertus. ff.de codi. inde.l.debitorum. C.de pactis.& in prę feudo.in prima diuisio.Barba. & Fely.in c. 1.de proba.vide D.de Ripa in consil. 25. de rescrip.in lib.respon & lib. 2.de lagib.cons. 1.nu. 52.Bal. consi.324 quæritur.volum.2. Barto.de Chasse.in consuet.Burgun: in rub.(des fieda.)§. 8.in versicu.(en alienation)in fi Curt.in tracta.Feudo.in 6. parte q.2.Socy.consi 40.quæstio.col. 1.nume. 7.in 2. volum Ioan Lupus in repe c. per vestras. fo. 8 2. col. 4.de donatio.inter vir.& vxo.Gomes. in §.item Seruiana.nume 4 tatum seq.vbi 6.modis limitat. Insti. de actio. & in Spec.perme.tit 8 fol 15.cum seq.& nouissimè conterraneus meus.D. Iac.Bonaudi. in addi. ad Ioan.de terra Rubea,tracta. primo conclu. 12. Alber.Brun. consi. 12.in secunda ratione.& hoc maximè quando metu alienaret. nãquòd metus causa gestum est, ratum non habebo, lege 1.& per totum. ff. quod met. cau.& quando alienaret voluntariè, hoc non esset sine peccato, tenet Lucas de Penna in lege prima.C. de capiu.ciuium censib. eximen. lib. 1 & est notandum.

Non regale est quod ab inferioribus à principe Imperatore, vel rege recognoscitur, vel à principe sed nõ cõsistit in dignitatio. sed princeps de aliqua plebe inuestit.capit. vnc.qui feudum dare possunt. & titu. quis dicatur dux, comes, vel marchio si verò aliquis inuestitur à domino de Cleromonte, feudum diceretur non regale, ponit Bald. & alii in proœmio Feudorum primo, & sequitur Iason in prima diuisione.

Tertia diuisio feudum quoddam est nobile. aliud minus nobile. aliud aliqualiter nobile, & ignobile. Nobile est, quod possessorem nobilitat, vt quando à Rege Franciæ est concessum, vel imperatore, vel Papa, vt si ꝯcederent ducatum, vel marchiã c j.quis dicatur dux vel marchio. Berber.in 2.q Bald & Iason.

in 2.diuisione.& Alua.in secunda.Bonus de Curtili in tract.nobilita.in 3.parte.col.34.nu.101.Alex.consil.30 quoniam, col.pen.1.parte.

k Minus nobile est quando dux marchio, vel comes alteri concedit in feudum: & tale proprie dicitur valuasor, siue vasallus, vt no. Io.And.in add.ad Specul.in titu.de praescrip.& Bonus de Curtili in trac. nobilita.in 113.parte,nu. 20. & istud de consuetudine libri feudorum non poterat alienari in nō nobilem, sed in regno Franciae potest vendi, & in feudū dari sed non super eo ressum accipere. D. Boe.in cōsuetu. Bitur.§.2.de consuetu.feu.& censue. vt supra latius dixi.

h Aliqualiter nobile siue mediocriter est, quādo habentes à duce, marchione vel comite alijs subfeudāt & recipientes vocantur minores valuasores. Aluar. in secunda diuisio infra.& ibi communiter doct.

i Ignobile est quando à minoribus valuasoribus cōceditur & minimis.c.vno,qui feudū dare possunt.& ibi Baldus.in §.marchio.dicit, rusticos posse in feudum concedere,dummodo suarum terrā administrationem habeant.§.nouj per quos fiat inuestitura sequitur Iacob.in suo tractatu.de feudo versicu in feudum in octaua diuisione.Ioānes Rayna.in septima. Petr.Iaco in titu.de causis in quibus do.debet &c in quinta diuisio.Petrus de Ferra.in octaua diuisione, vbi supra Iason in 2.Curtius secunda parte.q.quarta secundae partis.

k Quarta diuisio.Feudum aliud est paternum,quoddam antiquum,aliud nouum.Paternum dicitur quod per patrem est acquisitum,vel ab aliquo ascendente communis agnationis vsque ad quartum gradū.tex. in c.vno,de succes. fra. & gradib.succe.in feu.qui est melior de iure secundum Alex.consi. 30. quoniā in 1.vol. In hoc quod declarat feudum paternum quid sit,vide tex in titu.de natura successionis feu.& Alexan consi.55.prospectis.in quarto volu & consi. 22. ponderatis,in v.vol.& Curt consi.49.nume 3.Petr. Iaco in sua practica de causis ex quibus do. dēt amittere proprieta.in secūda diuisione Alua.in sex.Deci. consi.240.ad clariorem,nume.v.Alber.Brun. consil. 72 tota virtus.colum.prima Socin.cons.67.visis col. v.in fi.& cōsi.133.visis inuestituris col.vj.j.& 2.vo, & cons 66,visa donatione.in 2.volum.Bolog.consi. primo.Bal.consi.317.in primis.in primo volu. col. penul.& consi.351.in literis,eo.volum.& consi.seq. quo probetur.& quae personae contineantur in hoc feudo,declarat Bald.in §.hoc quoque, de successio. sed quae proprie conueniunt hae personae supra patrē,videlicet auus,proauus,abauus,& atauus:& abinde vero supra perdit nomen paterni.& antiquum appellatur. ex quo singulariter infert quod si cuidam concedatur feudum paternum,non extenderetur vltra quartā generationem.& sic eum ministerio ponuntur illa verba in inuestituris concedimus in feudum paternū, & antiquum,sequitur Io Raynau,in cōpreh. feuda. in prima diuisione,quod est perpetuo notandū secūdum eos. Hodie notarij ponunt omnia verba haec & multo plura.& ideo extenditur vsque ad infinitū, & etiam ratione consuetudinis de qua supra.

l Nouum vero est, quando fuit de nouo acquisitum & habet initiū in persona ipsius inuestiti,nec prouenit à successione progenitoris.c.1.qui testes sunt necessa.ad probandum no.inuestitu.Oldr.consi.178.factum tale.Alber.in dictio.in versi nouū. Iac.de sancto Georgio in tractatu de feudis.in vers.in feudum. in sexta diuisiona Curtius cōl. 50.in tertio dubio & consi. seq Ioan. Raynaud. in prima diuisio Socin. consi 252.visis.in 2.volum.Deci.consi.53.placet mihi.& consilio cccex. quoniam ex numero 4. Albert. Brunus cons. lxviij.si volumus. Tres effectus ponit Curtius in suo tract.in prima parte quaest 8 col.2 & seq [illegible] emphyteu.& illud regulariter non nobilitat,nisi vt supra dictū est in praecedenti diuisione.quia nobilitas non nascitur in ictu oculi secundum Bal.in 10.diuisio.infra, per textū in l.stemmata.ff de gradi.Pet.de Ferra.i sua practica,in forma libelli quo agitur ad reuocationē feudi in verbo,ac nomine in secunda diuisio.& in hoc nō succedunt ascendentes,nec collaterales.de consu. feu.c.1. de inuesti.noua.& c.vno.de succ.fra.sed hodie contrarium obseruatur in regno Franciae,vt no.Bene.vbi supra in ver.& vxorem,nu. 514.& Do.de Chassa.in d. §. v.nume.7.in ti. (des successions) in glos.1& des enfans)§ vj & supra latius extitit discussū.& ponit Alua.in 6.diuisio & Ias in 5.Alber.in l.1. §. si quis aedificium.ff.de noui operis nunc.Imol in ca. vlt. de feu Oldra.cons.178.factum tale.

m Quinta diuisio.Feudum quoddam est paternum, aliud maternum.paternum in proxima cellula fuit declaratum.

n Maternum est quod primo per foeminā est acquisitum.capi.vno.de feudo foeminae. & sicut large omne feudum quod fuit ex superioribus agnationis cōmunis acquisitum,paternum dicitur:ita qd ex quacunque foemina ex superioribus,quae fuerit ex communi cognatione,fuit acquisitum,maternum dicitur, vt habetur in titulo de feudo foeminae & Bal.in quinta diuisio.Alua.in septima. Natura feudi paterni est vt tantum descendentes masculos respiciat in §.profecto 3.de lege Corra.natura feudi materni vt primo masculos respiciat,secundo foeminas d.titu.de feu. foeminae.& pulchrè no.Curtius in d.tracta.feudo.in tertia parte q. 1.in 2.limitatione.

o Sexta diuisio Feudum quoddam est masculinum, quoddam foemininū.Masculinū est quod ad masculos transit,& non ad foeminas §.hoc autē qui feudū dare possunt.imo foeminae non succedunt. etiā si de eis sit facta mētio,nisi masculis deficientibus.§.quinetiam episcop vel abbat.cap.vno de feudo foeminae. Ias.in ver.& foeminis.Pet.de Ferrar.i vbi s.in sexta diuisio.nisi vt fuit dictum s. in natura feu. vide.

p Foemininum seu foemineum dicitur quod ad foeminas transit,sicut supra de materno diximus.c.1.quemadmodum feudum ad filiam pertineat. Iaco.in tractatu de feu.in versi.In feudū.in quinta diuisio.licet Io. Raynau.duas diuisiones misceat.Itē si aliqs recepit feudum pro se & haeredibus tām masculis q̄ foeminis extantibus masculis foeminae excluderētur c. 2.§.1.episco.vel abbatem,Alexan.consi xx.in quinto volumine.Alber.Brunus cons. 65. super casu.sed hodie in regno tene quod supra dixi in natura feudorū in vers.vij.vide tamen D.Io le. cirier in d. tractatu de iure primogeniturę lib.1.quaestio 19.

q Septima diuisio. Feudum aliud habet propriā naturam.aliud impropriam. Habens propriā est feudū simplex, rectum,purū,liberum, nā natura feudi est quaedā qualitas innata à principio generationis feudi siue tempore inuestiturae,ex qua virtus contractus perficitur,& semper videtur inesse: nisi per pactū impropriet,vt ait tex.in tit.de feudo non habente propriam naturam,& § praeterea qd sit inuestitura. & supra late dictum est in tertia quaest. principali,sequitur Hostien.in summa huius tituli de feu.§.qualiter feudum,& Ias.in quarta diuisio & ista consuetudo seu eius tenor semper debet attendi,ca.1.in fi.de duobus fratri. & ibi Bald. c. accepimus.de priuilegio.de Ana. consi. septimo, visis &c. columna 2. & consi.37.Barba. consilio 17. praeclare. columna tertia in primo volum.Deci.consilio.263.in cōtractu. in prin.& consilio 309.quoniam num.3.& cōs.415. in causa.numero 5. consilio 33. viso inuestiturae. in fine.Alber.Brunus consilio 18. colum. 4 & consilio sequen.& consilio 39.columna secunda & cons.41. autum.a.

r Non habens propriam naturam, vel habens impropriam

propriam, est feudum conditionatum, vt ad certū seruitium vel conditionem ex pacto præstitum. §. si. quid sit inuestitura & de capita. qui curiam vendi. vt est feudum guardiæ & castaldiæ, & quod pro mercede datur, de feudo guardiæ. c. 1. Item feudum cameræ vel cauenæ. cap. si. de feu. cog. & ĩ dicit Io. Raynaud. in comprehenso feudi. in quarta diuisi. Alua in tertia. Iacob. in suo tracta de feu. in verbo, in feudum. in quarta diuisio. Bal. in quarta. de Fere. in septima. Et impropriè dicitur feudum quando pactum apponitur contra alterum ex requisitis in feudo, vt latè concludit Curtius in d. suo tract. feu. in 1. parte q6. 6. cum sequen.

t Octaua diuisio sequitur Quoddam feudum est reale, personale, personalissimum. Reale est quod ad hæredes transit tam ex parte dantis quam recipientis. §. cum vero Corra. qui feudum dare possunt. c. vno. de duob. fratribus quia vnusquisque in hoc sibi præsumitur voluisse prouidere & hæredibus. l. si pactū. ff. de proba. d. c. 1. de duobus fratribus. sequitur Alexan consi. 104. considerans, in 2. volu. illum tex. dicens singularem. col. 2 in prin.

s Personale est, quod ad vitam alicuius conceditur, & non transit ad hæredes recipientis, sed bñ dātis, ut feudum guardiæ & castaldiæ. c. 1. de fee. guar. Ias. declarat in 6. diui. vt quando feudum habitationis concederetur quod morte finitur. Alua. in 2. diui.

e Personalissimum est, qḋ neque ex parte dantis, neque ex parte recipientis transit ad hæredes. c. 1. qui dicatur dux exemplum ponunt doctores in soldata: vt si detur nobili in paupertatem redacto annua pensio: tunc soldata vocatur, de qua in dicto tit. & ibi per Alua & l. stipu atio ista. § si quis ita ff. de verb. obli. l vt pomum ff de vsufru. Bal. in sexta diuiso. & Alua in 10 & non censetur propriè feudum, vt tenet Io Berber in d viator. tit. de feu. q. 2. Ias. in præludiis, col pen & ab initio feudum erat personalissimum: quia ad nullum trāsmissibile. l. 1. §. si impuberi ff. de collat. bon. & militia vocabatur l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi testamen. Hodie vero factum est feudum realissimum & ad quemlibet successorem transitorium etiam particularem, ita qḋ potest donari, vendi, & alio modo alienari, sicut alia bona patrimonialia & hoc in isto regno: vt supra clare dixi: & tenet Bene. in repe. c Raynut. in vers. & vxorem. tertie decisio nume. 525 & seq. & in quinta decisio. de testa.

z Nona diuisio feudorum est quia quoddam est iurabile, aliud non. Iurabile est pro quo domino fidelitas iuratur, vt fit regulariter pro omni feudo, vt in c. vno de noua forma fidelit. & illud expressè ponit Pet. Iaco. in sua practica in nona diu. Pet de Ferr. vbi supra in quarta diuisione. Et si plures in domini locum succedunt, vni iurādum erit nomine omnium dominorum. Petr. Iacob. vbi supra, & Guido Papæ consi. 207. dominus. & Bald. sibi contrarius in c. imperialem. §. præterea ducatus, colum. vltima. de prohibita feud. aliena. per Frider dicens antequam præstandum esse iuramentum, argum. l. procurator. C. de eden. Iaco. plenè distinguit in dicto tract. de feudis. in versicu. qui quidem inuesti. præstiterunt. columna 8. Atet. in l. 1. § ex his, & ibi doct. & ff. de ver. obligat latè Ias. in l. de pupillo. §. si plures. ff. de oper. no. nun & hæc est communis & in practica sequēda s̄m D. de Chassa. in consuetu. Burgun. in titu. (des fiedz) . § 7 in prin. in tex. in §. omnes. si de feu. defuncti conten. sit inter do. & agna. vasal. D. Ioann. Sanson articulo octauo. titu. (des successions des fiedz) Alber. Brunus consi. 107. quatuor rationibus. vbi vide latius, & per D. Ioā. le cirier in suo pulchro tractatu de iure primogenituræ. quæstione 2. libro 2. in 16 prærogatiua.

y Non iurabile est, quando illo pacto conceditur, vt non interuenit fidelitas. in §. nulla. per quos fiat inuesti. c. vno. in prin. de ca Conradi. quod est sing secundum Ro singu 266. sequitur Alua in 12 diuisione in præludiis feudorum. Notandum est tamen quod licet feudum reperiatur sine iuramento: non tamen erit sine fidelitate. ita Ioan. Raynau. in 2. diuisione feudo. Ioan Berber. in 2. quæst. tit. de feu. & Ias. in proœm. feud nu. 112.

2 Decima diuisio. Feudū quoddam est ligium, quoddam non ligium. Ligium est quando iuratur fidelitas contra omnium hominem mundi nullo excepto, & istud non recipitur, nisi à principe non recognoscente aliquem in superiorem: vt est imperator, & Rex Franciæ. c. per venerabilem, qui filii sint legiti. ideo Dux Sabaudiæ potest dici homo ligius Regis Franciæ, vicecomes Turenæ, & alii magni feudatarii regni. Et dicitur homo ligius, quasi ille ligatus & subditus, & legalitatem prædicto regi debens, glos. sing in cle pastoralis. & ibi Cardi. de re iud. Spec. in tit. de feu. in § quoniam. versi 1. Io Mainuet. co. nt. versi fin. Ioan. Berber. vbi sup. q. 2. Bal. consi. 191. ad euidentiam. in 2. lib. Guido Papæ conf. 211. & in suis decisi. q 309 & idem tenet Alex. consi 39 quoniam. col. 2. in 1. volumi. & consi. 2. in prin. in 5. vol. Pan in c. ex diligentia. de simo. Io. du Ana. in conf. 7 visis & ponderatis. col. 3. D de Chassa. in consuet Burgun. in eodem titu § 3 in glo. (& hommage.) & ista requiruntur postea per Curt. in suo tractatu feu. in prima parte quæst. 8 colum. 7. Quatuor effectus ponit Ias. in septima diuisione feudo. sequitur D. Ioan Sancon in consuetu. Turon in ti (comment hommage) & c. artic. 1. in 22. conclu. Casellia. Corra in 1. parte memora. in versi feudum.

Non ligium est, quando in iuramento fidelitatis prior dominus excipitur, vt in ti. hic finitur lex. in si. & §. si. de proh. feu. alien. p Frid. ideo quādo vasalli D. de Terena iurant ei fidelitatem, debent iurare aduersus omnem hominem excepto Rege Franciæ, qui super omnes reges est, & tanquam quidam corporalis Deus in suo regno. ita Bal. in d. §. si & in 7. diuisi. Pet. Iac. in noua, Bened. in repe c Rayn. in vers. & vxorem. nu. 130. de test. quod notes.

A Vndecima diuisio Feudum aliud annale, aliud perpetuum. Annale est, siue temporale quod post annū statim auferri potest, vt est feudum guardiæ & castaldiæ: & quod pro mercede alicuius rei datur. capit 1. de feu guardiæ. iste tamen annus per pactum potest prolongari, & tunc potentior est conuentionalis prouisio quàm legalis, qua cessante sibi locum vendicat legalis. l. quod si nolit. §. si quid ita ff de ædi. edi. Bal. in procemio feu. in 9 diuisio. plus dicens posse pacisci. vt nullo tempore possit auferri. sequitur Iaco da Sancto Georgio in tracta de feu. in versi. in feudum. in nona diui. & Petr. Iac. in quarta. Host. in summa. de feu. §. qualiter feudum. versicu. perpetuum feudum. Ioann. Berber. in viato. iuris in tit. de feu in q. e Sed hodie hoc in regno sunt perpetua ac officia, & quasi pro patrimonio habētur, vt no Bene. in verb. & vxo. nu. 564. cum seq. de testa. & supra latius dictum est. ideo vide si libet.

B Perpetuum erat regulariter omne feudum eo modo datum. §. cum vero Corrad. qui feu. da poss & ibi doct & illud quod est simplex, est perpetuum. c. 1. in si. in quibus cau feu. amit. ita tenet Pet. de Fer. in forma libelli quo agitur ad reuocationem feudi. in versi. ac nomine rec. in 6. diuisi.

C Duodecima diuisio feudorum est quia quoddam est diuisibile, aliud indiuisibile. Et quodlibet feudū regulariter est diuisibile, quibusdam exceptis, videlicet regno, marchia, ducatu, & comitatu. ita attestat Alua. in noua diuisi. in proœmi. per tex. in § omnes. si de feudo defunc. conten. sit inter do. & agna. vasal. capt. imperialem. §. præterea ducatus. de prohib. feu.

feu.elie per Frid.Berber.vbi supra in d.q.2. Iacob.in ver.tu feu.in 11 diuisio.Bar.in l.inter tutores.ff.de administr.tu.& l & ideo. ff.de conditio.tuti. Bal. in l.1.de offi.consul Panorml. in cap. prudentiam. in principio.col 4.de offi dele.& ibi hoc tenent alij post eum.Curtius in tracta. feudorum in quarta parte q. 30. Albet. Burnus Asten. in consilio 60. incip. & ista.ideo diuidi non possunt: quia ab vno solo regunt melius quàm à pluribus ar l.3.§.apparet.ff de administr.tut l.2.§ nouissime ff de origine iuris,capitulo gaudemus.de diuor.§ qa vero 94. distinctio. nam Politia vnius optima est, paucorum etiã bona: sed plurimorũ est difficilis. vt bona sit:cũ plures ad virtutis meritũ peruenire difficile sit.Aristot. in politic.& Lucas de Penna in l.viros.col.2.C.de diuers. offi.lib.12 & Philo.8.metaphi.ait, non capit regnũ duos:quia multitudo principũ est onerosa,cũ in apibus vnus sit princeps,capitulo in apibus 7.q.1. latè D.Iacob.Bonaud.in additio.ad Ioã de terra rubea in tracta cõtra rebelles regum articulo 2. tracta.primi & articulo.3 tracta.tertij conclu.2.Feli.in capitulo. quę in ecclesiarum.col.antepe.de consti.& Ias.in 12. diuisio.Ange.cons.287.incipiẽ. pro e ariori. Curtius consi 69 Panormi consi 82. in primo volu. Barba. consil.14.clementissimi colum.3 & consilio.40 clementissimum.colum.9 4 volu.Chassa. in vlt. parte. Catal.in 55. considera. & Albert. Brunus tractat.de augmen.conclu.10.Hippol.singu.9. sequitur Ioã. le Cirier in suo tracta. de iure primogenituræ.quæst.7. primi li.vbi pulchra verba ponit. vide D. Bartho.de Chassa.in consuetudi Burgun.in titul (des heda) §. vj Alexã. cons 60.visis dubitationibus, in tertio volumine,& consil 35 & sequen. incipien et cum.in quinto vol.Pet.de Ferra.in 9 diuisio. & ideo in istis indiuisibilibus primogenitus succedit c.licet.& ibi doct de voto gl.in c.si hæredes.de testament. Alb.in procemio.ff §.discipulis.late Deci.cons 389. visa longa. nu.6.& alijs filijs debet apanagium, idest legitima non per modum diuisionis sed per modũ prouisionis, secundum Io.de Montferrato in tracta de successione regũ.in primo dubio & secũdo & D.Stephe Burnardus in repe l.quisquis.col.16.C.ad le. Iul. maiest.& D Boer.in tract.de custodie cla.porta. ciu. fo. 15 col 4. nec aliqua iniuria fit vltimogenitis, nec conqueri possunt, vt expresse dicit conterraneus meus D.Io.de terra rubea in tract contra rebelles regum.artic primo tract.primi.cõcl.2 1.& seq. imo hoc cõuenit legi diuinæ secũdum eum in prima cõc.hoc latius deducentem, quem licet videre. intellige tñ supra deducta, videlicet feudũ non posse diuidi esse verũ quo ad dignitatem:secus quo ad administrationem, vt vnus frater regat vnam ciuitatem,alius aliã Benedic.in repet.ca.Raynutius,in verbo.in eodẽ testamen.in 1 num.185.de testa & etiã bona mobilia vel immobilia pertinẽtia ad dignitatẽ bene diuiduntur teste Albe in dictio.in ver.feudum. versi. alia et pulchra.ibi.item quæro pulchram, & in additio ad Petr. Ia.in tit.de causis ex quibus do. debet amittere proprieta.in sexta diuisio sed potest fieri cõcordia respectu exercitij, vt vnus vno anno regat, alter altero anno.ar.l.Lucio & ibi Bar.ff.de aqua quotid & æstiua.& pulchre Pyrrus in consuet.Aurelianen.tit. de feu.c.primo.& D.Vldraic.Zasius in repe.l.secũdę. in verbo non perinde. ff.de origine iuris.

Hodie ex consuetudine regni Franciæ omnia feuda possunt diuidi præter regnũ, vt attestatur Fabia. de Giochis in repetitio authenticæ, nouissima.col fi. C.de inof.test.q.fi.Io.Raynaud.in cõprehensorio feuda.in preludijs ad c.imperialẽ.in quinta diuisioe,& D.Boer.in cõsi.c.R tuti.in § 2 de consuetu.feu.& ibi in additio & in § 2.de test.& in trac.de custo.claui. fol. 15.col.4 sed consuetudo est in d regno,quòd licet diuidatur feudũ, primogenitus inter nobiles habet præcipuum manerium(vt verbo doctorũ vtar) siue habitationem cũ galli vel caponis volatu.istius consuetudinis meminit Benedic. vbi s.Guido Papę in decisio. Delphina. q.476. Io Sanxon in consue. Turo.in tit.(des successions de fiedz)arti.11.& late D.Ioan.le cirier,in tracta.suo solenni de iure primogenituræ.lib 1.quæstione quarta vbi late refert cõsuetudines. vide ibi & lib.1.q 11.conclu. secunda & sequen.& an ɔsuetudo diuidendi feuda valeat, videtur tex.in d.§.pręterea. qui consuetudinẽ reprobet: ergo non videtur valere: sed contrarium credo,& ita tenet Oldra.cons. 327. perlectis.in fin. pen. colum. Bal.Alua & alij in d.§.pręterea.Cardina.& alij in c. licet deuote & non obstat ille.§.reprobans consuetudinẽ.nã debet intelligi, si nõ fuerit inducta & seruata sciente superiore: sed in hoc regno patiẽte superiore & sciẽte fuit inducta & seruata: ergo sequit quod valebit.hoc tenet Ioan And in additio.Ad Specul.in ti de feu.in versi non omittã & Albet.Brunus cons. 66.ex themate quod &c late D.Ioan le Cirier,in suo tractatu de iure primogenituræ.qstione 11. primi libri in 3. conclusio & hæc consuetudo est in Italia, teste Alexan.consi. 18 visis.in 2.volumine.Decius cõsil. 389.Soci.cons.68 in primo vol & consil.155. visis.col 2.in 7.vol. Curt.consi.67. sapienter. nume.31. & cons.69.D.Ioannes.

b Decimatertia diuisio feudorum est: quia aliud est feudum purũ siue simplex, aliud vero conditionatũ seu non rectum. Purum siue rectũ dicitur, quod non habet seruitia determinata. §.pe.& vl.q d si inuestitura.sequitur Petrus la v.in sua practica ti.de causis ex quib.domi debeat amittere proprieta.in septima diuisione. Hosti. in summa huius titulo.§. qualiter feudum distinguatur. Alijs etiam modis dicitur rectũ, vt habetur in ti.de consuetu recti feudi per docto.& Curt.in suo tract. feudo.in prima parte quæstio. 8. col.6 Imol.in c si.col.antepenul.de feu.

f Non rectum siue conditionatũ est, quod in cõcessione est certũ seruitiũ determinatũ, puta de associãdo vxorem domini, vel de filia maritãda, aut de seruiẽdo domino in mensa, vel aliud simile § fin de capita.qui curiã vendid.c.primo.de noui. feu & ibi not. & hoc casu ad alia nõ assigneta nec expressa seruitia nõ tenetur vasallus, l. prima.§.si conueniat.ff.depo si.l.legẽ.C.de pac.Ioan.Raynau.vbi supra in § firmiter. col.22. Iacob.vbi s. in secunda diuisione. Rectũ vero potest dici quando de domini voluntate & licẽtia adipiscitur possessionẽ præsente curia vasallus: nõ perinde est ac si inuestitura esset facta. & est hoc feudũ intransmissibile. a.t vno, de cõsuetu.recti feu. secus si data esset licentia sine curia. nã tunc nõ rectũ diceretur.c.1 qb.mod.feu.cõsti.potest, vel dicitur rectum. in perpetuum. Alua in 12 diuisione. Bal. & Iason 2.

g Decimaquarta diuisio est: feudorum aliud est francum, aliud non francum Francũ est, quod vasallus à seruitijs est immunis & nullũ seruitium debet:tñ non est francum à maleficijs ɔsistentibus in tacẽdo fraudẽ, vt quia non denunciauit insidias dño quas contra eũ sciet parari siue in faciendo, vt si cõmittat feloniã contra dñm, priuatur feudo.c. vno quib. mo. feu. amit.Feli. late in ca.cæterum.col. 3.numero 6. de iudic.alioqui esset quædam donatio, & non in feudũ concessio, vt declarat Imol in c.ad nostra.col.pen.de rebus eccle non alienan.imo tale feudũ cõtineret repugnãtiã, videlicet quod sit feudũ & prorsus liberũ ab omni fidelitate, quod in iure nõ est admittẽda.l.vbi ff.de reg iur.l.Titius.ff.de conditio & demõstra.c.solicitudinem.de appell.Alua in secunda diuisio. Bal. in octaua. Berberi.in d.titulo.in tit de feudis.in secũda quæst.Benedic.in repe.c.Raynutius.in ver.& vxorem.numero 444.cum sequen.de test.Fel.latè in ca. quæ in ecclesiarum. numero 72. de constitutio. Decius consilio 192. & pro tenui. numero 4. Curtius

sion in prima parte in q. 8. columna nona, Alexander consilio 3. colum. pen. in primo vol. & tres effectus huius feudi licet videre p Ias. in octaua diuisione. Et ideò si in inuestitura hoc modo dicat, Titius concessit tale castrum in feudum liberū & francum: hæc concessio importat feudum omni libertate liberum exceptis duobus supradictis, & etiam importat omni seruitio francum, vt no. Ioannes Andr. in additi. ad specu. in titu. de præscrip. & Iaco. in d. suo tractat. de feu. in verbo in feudum. in octaua diuisione. Baldus in l. si plures. C. de conditio. insert. c. vnu de capit qui curiam ven. illa tamen concessio non importat quòd faciat rem allodialem, quæ tunc dicit quādo à nemine tenetur nec recognoscitur, nisi à solo Deo. & sic dic. franca, qa sui iuris & nulli subiacens seruituti. nullum onus potest imponi sine cōsensu possessoris. c. 1. de allod. & ibi doctor. Guido pa pæ singu. 330. & Benedictus nu. 254 cum seq. de test. & in talis bonis allodialibus non habet rex vel alius dominus nisi protectionē, vt tenet Benedictus, vt s. & in hoc regnu pauca sunt quæ nō sint feudalia vel emphyteuticaria secundum eum. nu. 565. cum seq. vide Corne consi. 16. aperta. col pen. in 1. volu. & an domini temporales habeant de iure communi intētionem fundatam, quod non, excepto rege. D. Boer. in § pen de consuetu. feudi in lib. consuetud. Bitur. & Io. Sanson. titu. 1. articulo tertio in consuet. Turon. eos vide si libet.

H Aliud est non francum, & est quando in concessione dominus retinet aliquod seruitium, prout fit regulariter. vt habetur in lib. o feu. & not. Andr. de Iser. in titu. in quibus causis feu. amitt. & Baldus in octaua diuisione. Notandum est tamē, quòd res quo ad propositū potest duobus modis franca & libera vocari, primo quando à nemine tenetur, imo possidens habet & directum & vtile dominium: & dicit allodiū, & nō loquimur hic: sed loquitur titulus de allodijs. secundò dr franca, vt hic, qa ad aliud seruitium non expressum non tenetur vasallus. dabit tamē laudimiū dño directo pro inuestitura, vt tenet Ioannes Raynaud. in d. comprehensio. in c. imperialem. §. præterea. in primo quæstio. 20 numero 16. supra allega. & hoc quando alienatur, non verò quādo renouat instat emphyteusis. l. fi. C. de iure emphyte. & dominus habebit ius retentionis in feudo sicut in emphyteusi. Iaso. in tracta. feu. in versi. qui quidem inuestitu. col. 66 pro quo facit text. in capitu. vno, in fine ibi. aliquid propter feudum receperint. qui feudare possunt. in c. primo. §. Titius. si de feudo defuncti contentio sit inter dom. & agna. vasalli, doct. in cap ad nostram de rebus eccle. non alienan. D. Boer. in §. 6. de consuetu. satis lente pertransit contra morem suum. Dominus de Chassa in consuetu. Burgun. in titulo. (des retractz) §. decimo glos. prima, numero 7 in additio nouit. Quare Galli vocentur Franci, à Francione capitaneo. vel quia liberi, satis explicat Gaguinus in princip. sui libri, & Benedictus in repetit. c. Raynutius. in verb. ab que. in 2 numero 39. & seq. de test. & D de Chassa. in consuet. Burgu. in tit. (des mains mortes.) §. 5. in prin. vbi vide. & per Pau. Aemilium in princip. sui libri & histor. Gallorum.

I Decimaquarta diuisio. Feudum quoddam ad hæredes omnes est transitorium, aliud non. Transitoriū ad omnes hæredes est regulariter quodlibet feudum. nam æqualiter ad omnes descēdētes trāsit c. 2. §. 1 ibi. quod hodie q feu. da. possunt. & istud declarat Ias. in præludiis feu. col. fi. nu. 228.

K Aliud est non transitorium ad omnes, sed solum ad primogenitum, vt est regnum hoc Franciæ, quod solum primogenito masculo defertur, & nō alijs eo superstite, & idem in Anglia & Sicilia. text. in capit. licet. de voto. & ibi plene docto. Barto. in l. 1. colum. 16. versi. sed posset dubitari. C. de de summa trinit. Baldus in cap. 1. in princi. si de feud. controuer. fue. inter dom. & agna. vasalli. & l. cū antiquioribus. C. de iure deliberan. & Petrus Iacob. in sua pract. in tit. de successio. regni Franciæ. col. 3. Io. de terra Rubea in tra. contra rebelles regū. & ibi D Bonaudi in additio. in tract. primo conclu. 8. art. primo. Iac. in suo tracta. de feudis, in versi. cu. in feudum. in ta diui & Alua in 10 & c. vno, de succ feud. Petrus de Fer. vbi supra in vlti. diuisione. Dominus Ioānes Sanson in consuetud. Turon. in ti. (des successions des fiefs.) articulo 3. & si adamussim velit videre de hac materia primogenituræ, vide in d. tract de iure primogenituræ per Domi. Ioan. le cirier. Vel quoddam est familiare: aliud est hæreditarium, vt not. Bal. in lege, cum virum, C. de fideicom. Familiare est qđ pro se & familia recipitur, & in restitutione fideicōmissi non venit: nisi fideicommissarius sit de familia. l. quia poterat ff. ad Treb. Hæreditarium est quod quis habet pro se, & hæredibus quibuscunque. & ad omnes hæredes extenditur, siue sint de familia siue nō, & Deci. consi. 390. quoniam ex. nu. 5 & 391. in causa. secus si pro se & liberis. And. de Ise. in §. hoc quoq;. de suc. feud. Alexan. consi. 19. super eo. in 5. vo. Deci. consi. 185. in causa & Curt. In suo tracta. de feud. in 1. par quæst. 8.

L Decimasexta diuisio feudorum est: nam aliud est corporale, aliud incorporale. Corporale est quod in immobilibus consistit, castro, manso, & similibus rebus tangibilibus. §. Item & seq. & §. si quis de māso. si de inuest. feu. controuer. fuerit. & Petrus Iacob. in forma libelli pro re emphyteuticaria, l fi. Iac. Alu. in prælu. feud. in 23. diuisio. & in c. vno. col. 4. in quibus ca. fit feud. amit. Curtius in suo tract. feu. in sexta quæst. in quarto requisito, declarant doc. instit. de rebus corporalibus.

M Incorporale est quod consistit in iuribus decimalibus, vel iurisdictionalibus & similibus, vt feudum guardiæ, & castaldiæ, capitu. vno. § fin. de feu. cogn. sequit Siluester de prierio in sua summa, in verbo, feudum in prin in secunda quæstio. Alua. in vltima diuisione. in proœmio feudorum. Iason. in xiij. diuisio. Ideò laici possidentes decimas (quas ante cōcilium Lateranen. à Papa causa defensionis ecclesiæ habuerūt) iustè nunc eas detinent, vt vult Panor. in capitulo, cum apostolica. de iis quæ fiunt à prælat sine consen. capit. tamen non possent alteri laico in feudum dare, nisi loco religioso, v no. doct. in c. phibemus de deci. sequit Pet. de Bellapertica in 5. q. trac. de feud & hoc cum consensu capituli, secundū eos. & Berber. in viator. iuris. in ti. de feud q. 4. & an sine consensu, ponit Ias. in c. 1. q feudū dare possunt. col. pe. & vlti. cano. Cardi. & And. & imo. in cap. secundo de feu. vbi plenè eos vide si libet, & latè ponit D Boer. in consue. Bituri. in § 23 de consue. præ. Cum consensu tamē episcopi poterit dari in feudum decima alteri laico consuetudine dictante: licet cōtraria opinio sit cōmunior, vt attestatur Stephanus maleret. in tractatu de elect. fol. 26. col. 1.

N Decimaseptima diuisio. Feudum quoddam est de camera, aliud de cauena. probat hæc diuisio in capitulo vno, in fi. de feudi cognitio Feudum de camera est, quando princeps cuidam nobili cōcedit decē recipienda de camera cōmuni, vbi thesaurus reponitur: hoc debet recipi singulis annis. & exemplum ponit Aluar. in d. c. primo. in ciuitate Paduæ, vbi est locus qui appellatur camera ad quā est deputatus officialis. q camerarius appellatur: cuius officiū est colligere & distribuere oēs introitus ciuitatis & de hoc videt no. in §. præcepta. in auth. de defen. ciui. col. 3. & tali vasallo non debet fieri solutio de tali camera, vel cauena, nisi ibi sit, vnde solui possit. nam si euacuata sit sine domini culpa, debet vasallus expectare donec solui possit. Solui autem posse intelligit

deducto

deducto ęre alieno, vt in titulo, de nouis feu. in prin. & Alua. in d. § fi. de feudi cognitio. colum. 2. & istud transit ad hæredes, & est feudum propriè §. si verò vasallus. quid sit inuesti. declarat Iaf. in præluд. feudorum. col. pen.

V Feudum de canena est, quando princeps concedit vt decem sextaria frumenti vel vini ex canena recipiant: quæ dicitur locus in quo frumentum, vinũ & huiusmodi introitus colliguntur, conseruantur & distribuuntur declarat Alu. ponendo exemplum in ecclesia suæ ciuitatis, in qua est locus qui vocatur Canipa, ad quam est officialis cõstitutus, qui habet colligere, conseruare, & distribuere tales introitus. & ille feudatarius nomine regio colliget & recipit quicquam in vino pro se, sicut in ciuitate Burdegalensi aduocatus regius & procurator, & vide Alua. in proœ. feudo. in 17. diui. & Bal. in c. vno. de nouis feu. & c. vno. §. si verò vasallus. quid sit inuestitura & Alua. vbi s.

P Decimaoctaua diuisio feudorum est. nam quoddam dicitur feudũ guardiæ. aliud castaldiæ. & aliud quod pro mercede datur. Feudũ guardiæ est qđ pro custodia datur, vt quando princeps deputat alicui castro guardiatorem siue custodem: nam propter custodiam designatur tale feudum: vel guardia habet feudũ annexũ, vt declarant doct. in c. vno de feudo guardiæ. & põt poni exemplũ in capitaneo aquarũ mortuarum, cui custodia ciuitatis datur in feudũ, & vocatus capitaneus aquarum mortuarum, & habet magnam turrim, in summitate cuius singulis noctibus ponit lumen vt reducat nauigãtes ad portum, vt sæpius vidisti, instar ciuitatis Ianuæ de qua meminit io. de Platea in l. pen. C. de usufr. lib. 11 & hoc feudũ anno finito põt reuocari, nisi ad certũ tempus fuerit constitutũ c. vno de feudo guardiæ. Quia et officia olim non durabant nisi anno. l. præsi. cum simi. ff. si cer. pe. & finito officio finitũ erat feudum: quia cessante causa &c. c. cum cessante. de ap. l. adigate ff. de iu. par. l. qđ dictum. de pac. & de isto custoda ponit latè D Boet. in suo eleganti tracta. de cust clauium porta ciu per totũ, maximè fo 6. vbi pulchrè. Sed hodie cõiter feuda & officia sunt in hoc regno perpetua, idest, ad vitam recipiẽtiũ duratura, & hoc qñ emanant à rege vel ab iis, qui sunt ex eius sanguine. & hoc ex consuetudine generali regni, vt sæpius vidi obseruari, & audiui. & ponit Bened. in repeti. ca. Raynut. in verb. duas nume. 44. cum seq. de testa. secus ab aliis dominis: quia ad nutum durant dominorum. Notandum est hic, q habens castri custodiam vel ciuitatis, si eam amiserit, præsumitur culpa amisisse. l. cum ita. §. species. ff. de lega. 2 & gl. refert Barba. in add. ad Bal. in c. vno. de feu. guardię, quod est menti tenendum contra custodes fortalitiorum: qui in hoc regno custodiis castrorum relinquuntur, vt nuper vidimus de ciuitate Rhodiorum, & aliis multis castris. & pro hoc potest allegari text. in l. quicunq. C de fund limitro. lib. 11. vbi nullus priuatus põt custodiam castri recipere in limitibus regni existentis, nisi ex concessione principis, & ?facieus capite plectitur: & hoc propter regni pericula dictum cum ingentia. nec aliquis in prædicto regno potest episcopatũ obtinere sine regis nominatione & consensu, vt habetur in tit. de elec. in concordato in § 1. latè ponit Bene. vbi s. nu 405. cum seq. de testa. & in ord. reg. in tit (du droit de regale.)

Q Feudum castaldię est, quod datur pp procurationem: nam castaldus dicitur is, cui res domini gubernanda mandatur. gl. in c. vno de feudo guardiæ. & in l. fi. C. quod cum eo.

R Feudum, quod datur pro mercede, dicitur illud, qđ est alicui concessum pp laborẽ, & pro mercede. Alua. ita tenet d. ca vno de feudo guardiæ. & ibi Barba. in addit. ad Bal. dicit, q communiter datur pro mercede alicuius vilis officij, vt pro officio coqui. A'. legatis seruis. §. si ex officio. ff. de leg. 3. & coquus principis dicitur habere dignitatem, secundum eum. nil allegat, sed adduco tex. in l. nemo. ibi, nobis iubentibus fasti netus. C. de dignit. lib. 12. quem alamat singu. Rom. sing 805. dicẽs officium quantumcunque vile mandante principe effici nobile. sequit Fely. in c. fraternitatis. de hær. doc. in l. j. C. de man. prin. Iaf. in l. omnium. in 1. no C. de test. idem dicit Are. de secretariis principis in § fi. col. 1. insti de exce. sequitur Bonus de Curri. in tract nobilit. in 3. par. nu. 156.

S Decimanona diuisio feudorum est: Aliud est in curte domini, quoddam extra curtem. hæc diuisio elicitur ex c. vno de capitu qui curiã vendit. vbi idẽ dr feudum in curia, qñ dñs habet dñium possessionũ & feudorũ totius villæ, ita q omnes rustici & coloni dictæ villæ recolligunt oẽs fructus & reditus dñi, & portant illos ad domum dominicalẽ. i. ipsius dñi existentem in dicta villa: & illa domus appellatur curia seu curtis domini. ideò si dñs concederet in feudum vnum mansum de dicta villa, vel alij, vt vasallus haberet annuatim certum reditum de dicta curte. & omnes fructus essent dñi: tunc ille vasallus dicitur in curte, & est feudum in curte. ponit idem Alua in proœm. feu. in 14 dist.

T Feudum extra curtem est, qñ dñs non habet dominiũ totius villæ; sed possessiones pro maiori parte sunt rusticorum vel aliorum: & dñs modicum habet, puta duas vel tres possessiones: & non est necesse quòd teneat ibi domum dominicalem. nam si dictas possessiões infeudaret, diceretur habere vasallum extra curtem. c. vno. §. pen. & ti. quibus modis feudum amitti.

V Vigesima diuisio feudorum est, quia feudũ aliud est aduocatiæ, aliud de tabula seu quaternata. Feudũ aduocatiæ appellatur, qñ est aliquis aduocatus forẽ fisci: & illi aduocatiæ est feudum annexum pro suis stipendiis exoluendis. & idem in iudicatura vel procuratia, notaria, vel alio officio cui feudũ sit annexum. probantur prædicta in cap. vno § quicunque aduocatiam. de pace ten. & eius violat & idẽ puto in feudo scutiferorum secundũm Alua. in proœ. feudor. in 18. diuisi. & in tit. de feudo guardiæ. & Iaf. in col. pen. in prælu. feu.

X Feudum de tabula, seu quaternata est, qñ spectat ad collationem regis vel domini, & illa sunt inscripta in quaternis cameræ, sicut in camera cõputorũ Parisiis. declarat And. de Iser. in c. 1. de controu. inuesti. apud pares terminan. Alua. in 25. diuisi. sequitur Lucas de Pen. in l. 1. col 2. C. de ven. rerum fisc. li. 11. & l. quicunq. col. 3. de omni agro deser. lib. eo. & l. 1. col 8 de imponenda lucr. descriptio lib. 10. videto si liber. Aliud est feudum emptitium seu mercenarium: & id est qđ pecunia acquiritur. l. Titius ff. de obseq. Cur. cõs. 50. col. 1. Aliud est feudũ edictale, qđ qs habet statim q est hæres vasalli, cuius plenã repræsentat, & onus hommagij vr subiisse. no. Spec. in titu de feu. in §. qm. versi 27. & hoc habet ex edicto prætoris mutuũ, vt ibi no. Aliud decretale quasi dño decretum. Nam mortuo vasallo hæres siue filius tenetur à domino petere inuestituram, & dominum agnoscere, & iuramentum fidelitatis præstare, & idem dominus tenetur eundem recipere vasallum. & reciproco videtur sibi decernere ius in feu. ideo decretale feudũ vocatur, vt declarat Iaf. in præludiis feudorum in fi. & D. Boet. in §. item, de consue. feu. in consuetu. Bituric. sicut dicitur de bonorũ possessione. nam quædam est edictalis, quædam decretalis, de qua vltima est tex. in l. 1. § decretalis. ff. de successio. edic. de vtraque loquitur glos. in l. 3. § à municipibus. de bo. poss. doc. in l. fi. C. qui admit declarat mirificè cõsocius ac cõtemporaneus meus D. de Cõtadis in suo tract. de bo. possess. fol. 7. & seq. vbi

potes

potes videre: Aliud est feudũ quod ipso iure amittitur. aliud per sententiam. ipso iure tunc amittitur, quãdo vasallus iure prohibente sine domini permissione alienat: nam licet in alium transferre feudũ nõ possit, tamen illud vere amittit de consuetu. libri feudorũ c. 1. de lege Corra. gl. in c. 1. quib. mo. feu. amit. c. imperialẽ. §. callidis. iuncta gl. & §. seq. de prohib. feu. aliena. per Fride. ibi late Ioan. Raynau. & Pet. Iaco. in sua practica, in forma libelli pro re feuda. in 2. & sit. de feudo aperto. c. vno. §. qui clericus, si de feu. defun. conten. sit inter domi. & agna. vasa. Batba. cons. 21. illud afferũ. col. 8. in 2 vol. D. Barth. de Chassa. in consue. Burgun. in ti. (des fiedz) §. 8. gl. (cõmise nhapoint de lieu.) & D. Ioan. Sanson in consuetu. Turõ. in tit. (commẽt hommag. se dobit offrir) arti. 1. in 1. conclusio. & vndecim casus in quibus ipso iure perdi aut feudum, ponit Francis. Curt. in suo tract. feudal. in quarta parte. ver. restat &c. & quod remediũ possit dominus intẽtare. ponit Ias. in l. vna. col. 5. & seq. post alios ff. de condi. ex lege. & in procemio feudo. Hodie alienatur nec perditur, vt supra dixi in 3. quęst. versic. sextò &c. Per sententiã feudum vasallus amittit, quando requiritur sententia priuatiua, & lea nõ priuat. c. 1. de feu. sine culpa nõ amit. §. 1. quo tẽpore miles inuestitu. pete. debeat. & iurib. supra adductis. in dubio tamen, quãdo vasallus amittit feudũ debet intelligi per sententiam, non ipso iure. Petr. Iaco in sua dicta practi. in forma libelli de cõdict. ex lege nõ scripta col. 1. & Curtius vbi s. Quęro nũc finaliter quæ sit vtilitas, quãdo ipso iure amittatur. & an sit maior quam per sentẽtiam? & videtur quòd nulla, quia licet sit priuatio ipso iure siue per sentẽtiã semper requiritur sententia saltem declaratoria. c. cũ secũdum leges. & ibi doct. de hæret. li. 6. Felin. late in c. Rodulphus. de rescrip. & in c. cum non ab homine. de iudi. Respon. tres esse vtilitates præcipuas quãdo ipso iure amittitur. Prima est, quia quãdo quis est ipso iure priuatus, tenetur ad restitutionẽ fructuũ, quos recepit à die quo fuit priuatus. licet ea post interuenerit sentẽtia declaratoria ita tenet gl. mirabilis & sing. in auth. de incest. nupt. in verb. imminere. colla secunda, secundũ Bal. in mar. in verb. priuatio. & Ange. in tracta. in gl. & eius bona. versicul. quæro licet accusatio, & Iaco. in tract. sæpe allegato de feu. in verbo. dictiq; vasalli. colum. 15. probatur argu. l. eum qui in prin. ff. de ijs qb. vt indig. text. & ibi gl. in ver. prouentions. in c. de multa. de præbend. imo fructus recipiendo post priuationem, ipso iure quis committit furtum, & attestatur Bal. in §. iniuria. col. 3. de pace tenen. & iur. firman. sequitur Ias. in l. secũda. col. 5. nume. 17. C. de iure emphyteu. plus dicens, q. si emphyteuta sit priuatus non soluendo canonẽ per triennium, si tamen perseuerauerit in possessione recipiẽdo fructus, ad restitutionem tenetur. allegat Ange. in §. si verò. in auth. de non alie. col. 2. Secũda vtilitas est propter rei alienationem: quia ipso iure priuatus nõ alienat. l. Manichæos. C. de hæret. l. fi. ff. ad l. Iul. maiest. & ibi latius doctores. Tertia est vtilitas & vltima pro nunc propter modum agendi. nã alio modo agitur post priuationẽ ipso iure ante sententiam declaratoriam. & alio quãdo quis debet priuari per sententiam, vt tenet Io. Rayn. in suo comprehenso. feuda. in §. pœna. nume. 14. de prohi. feu. alie. per Frid. declarant doctores in d. c. cum secundum leges. Fely. in c. Rodulphus. de rescrip. & c. cum non ab homine. de iudic. & hoc facit contra beneficiatos hæreticos, siue Lutheranos, vel simoniacos. alias vtilitates vide per Iaco. de Bellouisu in sua practicta. tit. de quæstio. fo. 82. nume. 111. vbi ponit quinque. multasq; alias feudorũ diuisiones curiosus reperiet, quia tot sunt feuda seu species feudorũ, quot sunt qualitates personarum & modi dãdi, vt no. Io. Berber. in d. viatorio iuris, ti. de feud. His tamen intellectis arbitror alias diuisiones feudorũ recte intelligi. in quibus omnibus submitto me correctioni charitatiuæ cuiuslibet melius sentiẽtis, iuxta text. in l. Claudius Felix, in fine. ff. qui potio. in pigno. habe. gratias Deo, Virginisque Mariæ, ac toti cœlesti curiæ agendo.

FINIS.

Spes mea Christus.

INCIPIVNT CONSVETVDINES FEVDORVM. †

TITVLVS I.

DE IIS, QVI FEVdum dare possunt, a & qui non: & qualiter acquiratur, & retineatur.

Feudum dare possunt prelati ecclesiarum, si ecclesiæ est consuetudo: & nobiles seculares, & qui ab eis feudū capiūt. Bal.

QVIA de feudis b tractaturi sumus, videamus, videamus primū qui feudum dare pñt. Feudū autē dare possunt c archiepš, epš, abbas, abbatissa, præpositus, si antiquitus d ɔsuetudo eorū fuerit feudū dare. e Marchio f & comes similiter feudū dare pñt, qui propriè regni, vel regis capitanei dicunt. Sunt & alij, qui ab illis feuda accipiunt, g qui propriè regis, vel regni valuasores dicuntur: sed hodie capitanei dicūtur, seu appellant, q & ipsi feuda dare pñt. Ipsi verò, qui ab eis accipiunt feudum minores valuasores dicuntur.

Vasallus ipso viuo nō priuatur feudo, ipso verò mortuo, ad filios equaliter pertinet feudū, & si filij nō sint, ad nepotē et ad fratres, eis non extantibus, si feudum est paternum vel nouum: & per pactū est actū. Filiæ verò in feudū non succedunt: nouissimo aūt tēpore collaterales vsq; ad septimū gradū descendentes masculi in infinitum succedunt. h. d. vsque ad §. notandum. Bald.

Et quia vidimus de personis, videamus qualia prius habuerūt initia. Antiquissimo.n. tempore sic erat i dominorū potestate connexū, vt qñ vellet, possent auferre h rē in feudum à se datā: postea verò eo ventū est, vt per annum tm̄ firmitatem haberent: deinde statutum est, vt vsq; ad vitam i fidelis pduceretur. sed cū hoc iure successionis ad filios non pertineret: sic progressum est, vt ad filios deueniret, in quem, s. dñs hoc vellet bñficiū confirmare, qđ hodie ita stabilitū est, vt ad oēs æqualiter † filios † pertineat. Cū verò k Corrad' Romā pficisceretur, petitū est à fidelibus, q in ei' erant seruitio, vt lege ab eo promulgata hoc ēt ad nepotes ex filio producere dignaret: l & vt frater m fratri sine lḡtimo hr̄de defuncto, vel filius in

Vnde adde iste liber feudorū approbatus, vt tradit do. Io. An. in ca. 2. de feudis. vbi ponit elegantissimas rationes, q liber feudorum est approbatus.

In has feudorū consuetudines elegā tes & copiose scripsit Egnidarius Baro qui & libros eiusdem argumenti reliqt.

1 Est aūt feudū alicuius rei inuestitura interueniente sic cōcessæ seu datæ alij, vt dominiū penes cōcedētem remaneat vt habet in Hostiē. & Azo. summa, eo. ti.

2 Idest illis rebus, quæ trāslatæ sunt in ecclesiā ex beneficio regum vel principū sm Albe.

3 Hæc opinio pcedit, qñ infeuda tio ē manifeste dā nosa ecclesiæ. Ba. & Alber.

4 Totam istam gl. approbāt Bal. & Al.

a Quidam habent aliter titulum: ita. s. quibus mo. feu. acquiratur & retineatur: noster aūt apparatus vtitur hoc titulo ab illo verbo primo in antea. s de ijs, qui feudum dare possunt, vterque tamen satis potest sustineri. Ac. Item nota q hoc titulus habet duas partes, prima est, qui feu. dare pos. & hoc expeditur statim vsque ad §. et quia vidimus. Secunda est qualiter acquiratur. et hæc expeditur ab illo §. & quia. vsque in finē.

b QVIA de feudis. quid autē sit feudū, 1 vnde dicatur, in summa dictū est p id qđ legitur. j. in qui. cau. feu. amit. circa princ. 2 col. & j p quos fiat inuest. & per quos ta. c. nulla. Qualiter autē debeat distingui, dic vt in summa plenè nota.

c Dare possunt. quod de regalib. 2 est intelligendū. s. vt si habeāt beneficia aliqua regalia, quod valeāt ea in feudū dare: inde vsitatū est & eos feudum dare posse ēt de alijs, quàm de regalibus.

d Si antiquitus. vt nō stet memoria rem 3 aliter processisse. vel per 30. anno. & retro hoc consueuerat facere. Nam consuetudo multū operat' iurisdictiona, vt C. de emanc. lib. l. 1. & l fin.

[c] Partem suam. i. ad libellum concesserit: quod quidem facere potuit sine domini voluntate, ut j. de feu. alie. c. i. & hoc contingit certe: quia pars tantum feudi est alienata, cum unum erat feudum tantum, quod ad alios fratres peruenerat ex successione patris seu aui, & ideo donec vixerit alienator, frater eius non poterit petere partem illam alienatam, secundum quod hic, j. sequitur, si moriatur sine haerede masculo. nihilominus reuertitur ad me &c. quod ante mortem eius non potest reuerti. imo nec dominus poterit illud recuperare, nisi demum alienatore mortuo sine haerede masculo, sub... & sine fratre, ut j. de feu. ali. §. si clientulus fecerit libellum &c. Vel si vis intelligere, quod hic loquatur etiam de alienatione i. venditionis facta dicas, quod hic loquitur secundum sua tempora. olim enim poterat vasallus necessitate suadente usque ad medietatem sine consensu domini feudum vendere, ut j. qua. olim po. feu. ali. c. i. §. i. & secundum hoc habet locum notule Py. quam hic no. quae sic incipit. Hic colligitur fratrem ad partem eius quam alienauit &c. nam & tunc quando vasallus vendebat partem sine consensu domini, non irritabatur venditio, nisi demum mortuo alienatore sine haerede masculo. verumtamen si dominus volebat eam redimere pro aequali pretio, poterat hoc facere, sed agnatus praeferebatur ei & in prohibendo & in redimendo, ut j. qua. olim po. feu. ali. c. est sciendum §. porro siue de bona. hodie vero inhibita est omnis feudi alienatio tam particularis, quam totalis per leges Lo. & Fr. j. positas. quae si fiat, hodie ipso iure non tenet, & ad dominum libere reuertitur, ut dicit d. l. Fri. imperialem. quod intelligo verum esse quando feudum erat nouum seu tale paternum, ad quod non veniebat aliquis post alienatorem, cum non haberet agnatos seu descendentes, & non erat paternum ad quod agnati venditoris venire debebant post mortem eius sine filiis masculis: quia tunc ipsi agnati praeferuntur domino, sicut olim praeferebantur in redimendo partem feudi alienatam, ut s. eo. est, sicut & alias dicitur, quod si vasallus culpam committat per quam feudum amittere debeat, neque filius neque eius descendentes ad id feudum vocabuntur: sed agnati admittentur, ut j. si de feu. contr. fue. c. si vas. & j. si vas. feu. pri. c. si vasallus. sicut ergo olim praeferebantur agnati domino in redimendo, & hodie praeferentur: cum hoc non sit mutatum. quia quod specialiter non mutatur, quasi stare prohibetur, ut C. de tes. l. sancimus, quod quia in l. noua non videtur expressum, id veter. legi debet intelligi relictum, ut C. de ap. l. praecipimus, in fi. Dices ergo, quod hic loquitur de alienatione quae fiebat olim ante constitutionem Lotharij & Friderici. olim. n. si vasallus alienabat feudum, & postea ipsum recuperabat, ipsum tanquam feudum retinebat. Hodie vero secus, cum statim post alienationem illicitam sit hoc domino apertum, ut j. quid iuris si vas. post alie. feu. ipsum recupe. c. i. Sed videtur quod dominus omnino debeat agnatis praeferri, quando vasallus feudum vendidit, quia tunc videtur dominum contemnere, ut j. in qui. cau. feu. ami. §. denique. in fi. cum vasallus ita dominum peccet, quod feudum amittere debeat: non ad proximos, sed ad dominum beneficium reuerti debet, ut dominus hanc suae iniuriae ultionem habeat, ut in d. §. circa prin. Sed dicas, quod ibi loquitur de feudo nouo, vel de tali paterno ad quod non veniunt agnati ex latere venientes, cum non superfuerint sed tantum descendentes ab eo qui illud acquisiuit & ad hoc videtur facere litera ibi posita, non ad proximos, & non dicit agnatos: quasi voluerit intelligere de descendentibus tantum, arg. ad hoc, j. si de feu. con. fu. c. si vasallus culpam commiserit & eo modo potest intelligi quod legitur j. an illa qui in fra. do. sur. c. si quis interfecerit, licet alibi dicatur, quod ille proximus est, quem nemo sequitur, ut ff. de verb. sig. l. proximus.

Culpa vasalli suis haeredib. nocet.

Proximus est quem nemo sequitur.

[d] Inuestiri. quid ergo erit, si frater consentiat fratri sic facienti, nunquid filio praeiudicium facit? & certe videtur, quod non, ut C. de li. & eo. li. l. 2. ar. ff. de ado. l. si arrogator. & ff. de sen. l. emancipatum, sed quomodo, cum teneatur affirmare quod defunctus voluit: nec debeat haeredi licere, quod defuncto non licebat, & maxime cum non possit filius feu. habere, & haereditatem repudiare, ut j. an agn. vel filius defun. pos. feu. reti. c. si contigerit. & j. de cap. qui cu. ven. c. filius non potest. & C. de li. causa. l. si ab eo. & ff. pro soc. l. haeres, & de diuer. & temp. prae. l. cum haeres. Secundum quod de hac materia potes inuenire in libello disp. Py. 2. char. & pro & contra in rub. non est licitum haeredi &c. & in superioribus rubricellis. Respon. quae opposita sunt, loquuntur in feudo paterno, & hoc non est paternum, sed ab antecessoribus acquisitum: igitur non iure paterno hoc habet nepos, ar. ff. de ado. l. si arrogator § pe.

[e] Si moriatur. hoc filio masculo, ut infr. de ali. feu. §. inde potest praesumi. Acc.

[f] Masculo. hic colligitur fratrem ad partem eius, quam necessitate suadente alienauit, vel etiam non a iure suo cecidit, non admitti, donec superest alienator, nam & si haeres scriptus rogatus esset alteri post mortem suam restituere haereditatem sub. & condemnetur, & bona eius occupentur a fisco: interim veniens fideicommissarius haereditatem petens repellitur. expectanda n. est mors scripti, ut ff de iu. fi. l. mauius Flotus, §. fi. & de leg. 2. l. cum pater. § haereditatem, & §. ab instituto & arg. j. de lege Cor. §. profecto Acc.

[g] Vsque ad septimum. sed hodie obtinet usque in infinitum, ut supra, qui feu. da. pos. §. hoc quoque sciendum est.

dit [a] in feudo, nisi inuestitura fuerit facta in patre, vt filij & filiæ succedant [b] in feudum (tunc enim succedit filia filijs non extātibus [c]) vel nisi inuestitæ fuerint de hoc feudo paterno. In alio verò feudo, quod habuit initium tantùm à fratribus, nō succedit vnus alteri, siue vna inuestitura, [d] siue duab. nisi hoc fuerit dictum expressim, vt alter alteri succedat.

TITVLVS IX.

QVI SVCCESSOres teneantur. [e]

Inuestitura Papæ potētior est q̄ iusiurandum. Item facta inuestitura à laico de alieno feudo in diem vel sub conditione sortitur effectum vasallo mortuo sine successore, siue p̄moriatur inuestitor, siue inuestitus, siue tenens feudum: sed purè facta inuestitura non valet. facta verò inuestitura ab ecclesiastica persona mō prædictō non sortitur effectū, si p̄moriatur inuestitor antequā feudū tenens, vel si sub conditione, vel tempore, antequam conditio vel tempus existat. Bal.

SI quis inuestitus fuerit de alieno feudo post mortē eius: vel si qs fuerit inuestitus sub ɔdōne aliqua vel tempore, quo nullus erat inuestitus: siue p̄moriatur tenens feudū, siue inuestitor siue inuestitus inuestitor & inuestitoris [f] hæredes tenentur inuestito, vel hæredi eius veniente tempore vel conditione: licet alij dicant, si moriatur inuestitus, antequam tenens feudum, vel ante conditionem existentem, vel ante tempus quòd hæredes eius non debeant inuestiri. [g] Nā si quis fuerit inuestit⁹ purè de alieno feudo, non valet habita inuestitura. [h] hoc ita est, nisi fuerit facta ab aliqua ecclesiastica persona. tunc enim si præmoriatur inuestitor ante, quàm feudum tenens, vel conditio, vel tempus existat: non obligatur successor illius. & hoc probatur per legem Lotharij [i] de precarijs & hoc intelligendum est in vasallis, qui feudi successionem non habent.

TITVLVS X.

DE CONTENTIOne inter dominum & fidelem de inuestitura feudi.

Orta contentio inter dominum & fidelem de inuestitura, decidi debet vel per pares curiæ testimonium perhibētes, vel per iuramentum possessoris iurantis cum duodecim sacramētalibus. Ba.

SI contentio fuerit inter dominum & fidelem de inuestitura feudi, per pares [k] curiæ dirimatur. alij enim testes

---

[a] Non succedit. nec eius filij. proles. n: fœminini sexus vel ex fœmineo sexu descendent aspirare nō potest ad feudū, nisi ex pacto: vt hic, & j. de gra. suc. in feu. c. 1. licet enim filiæ vt masculi succedāt patri, legibus tñ à successione feudi remouentur, & eorū filij: vt supra qui feu. da. pos. §. hoc autem notandum est.

Fœminæ ad feudū aspirare non possunt.

[b] Succedant. hic potest notari illud generale, quòd licitum est expressè, quod tacitè non licet: vt C. de pig. l. 3. & ff. de cōtrah. empt. l. Labeo, & C. de do. inter vir. & vxo. l. donationes, cum omnibus concord. seq. i rubricella illa, imo expressim & per pactum licet qd̄ est in li. D. Py. char. 3. licet cōtrariæ sint rubricellæ illæ ib. dē præcedentes. notari tñ hic pōt, quod illud locum habet in feudo masculorum: qm̄ filia rectè succedit matri in feudo secundū quosdam: vt j. de na. feu. c. 1. licet videatur contra. j. de bene. feu ca 1 & sup illud, succedat, inueni glo. talem in quibusdam lib. sic dicentem, vacat hoc c. propter inferius, si duæ. j. de feud. marchio.

Expressè licent, quæ tacitè non.

[c] Non extantibus. vel extantibus & subito mortuis, quasi non videantur extitisse: vt no. j. episcopum vel abb. &c. §. quinetiam si quis.

[d] Inuestitura. hoc est dicere, siue vnus tm̄ fuerit inuestitus siue ambo fuerint inuestiti, non succedet vnus alteri, nisi hoc dictū fuerit expressim; & alter decedat sine legitimo hærede, & n quod hic dr, vt j. qui feu. da. pos. §. cum verò Conradus, & j. de feu. mar. c. si duo fratres.

[e] QVI SVCCESsores teneantur. Hic potest esse titu. qui suc. tenean. tñ similar talis est, qd̄ iuris si quis fuerit inuestitus de alieno feudo hoc autem non vidimus in nostro apparatu.

[f] SIquis inuestitur inuestitoris. nimirū ex qua persona qs lucrum capit, eius quoque factum præstare tenetur, & si qd̄ iure factum non esset: vt ff. de regu. iur. l. ex qua persona, & C. de lib. caus. l. si ab eo Accursius.

[g] Inuestiri. & merito: quia per patrem vel testatorē sibi deferebatur. at in ipsius persona locum non habuit: igitur nec hæreditas competit, nimirum nec debet permitti hæredi quod defuncto non fuit licitum: vt ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. cum hæres, & ff. quod quisque iu. l. 3. & ff. de verb. obl. l. 2. & quarum rerum actio non da. le. 1. & de condit. & dem. l. cui, & de edend. l. quædam, & in summa in titulo illo, nō est licitum hæredi. &c. vt not. supra. tit. 1. §. hoc quoque, super verbo illo, inuestita filium &c. & sunt hæc omnia intelligenda quādo nō fuerat in possessionem missus hic secundus vasallus: vt supra titulo, qui successores teneantur. ca si quis inuestitus. & hoc est quod alibi dicit, possessionis maximum commodum esse: vt ff. de rei vend. l. is qui destinauit. Sed opponitur: quomodo potuit hic secundus vasallus in possessionē mitti, cum alter possidebat? Respon. benè: quia potuit aliqua causa interueniente feudo priuari: & sic etiam ante tempus ipsi reo potuit fieri traditio.

Hæredi non licet quod defuncto nō licuit.

[h] Habita inuestitura, scilicet quòd hæredes inuestitoris tenentur præmortuo inuestitore antequā tenens feudum, vel conditio, vel tempus existat: vel nisi fuerit.

[i] Per legem Lotharij. quæ est in Lombard. tit. quando liceat rectoribus. le. 2. & titulo, de precarijs.

[k] DE CONTENtione inter dominum & fidelem de inuestitura feudi. SI contentio fuerit. Per pares. istud plenius notabitur in tit quid sit inuestitura, capit. 1. §. primo, in distinctione, quæ ibi fit & infra tit. si de inue. inter dominum & vasallum lis oria.

Inopia.

a Inopia. hic notandũ est, quòd inopia probationũ emergente consolandum est ad auxiliũ, quod alias esset respuendum: sicut etiam no. in C. de hære. & ma. l. quoniam. & ff. de te. l. sciat, & C. de repu. l. con sensu. Accursius.

rio incumbit domino. quod si probare non potuit se pignori dedisse, restituere debet cum domino, vel probare per pares curtis vel breue testarum, quod sibi de feudo dederit, postquam per pignus accepit: vt supra, si de per. inue feu. c. similiter aliquis. Huic

& si idonei sint, admittendi non sunt. inopia a tamẽ probationum dirimatur per religionẽ clientuli possessoris feudi, vel cum duodecim sacramẽtalibus secundum quosdam. Ceterùm si dominus possideat, etiam per suum iusiurandum cum duodecim sacramentalibus dirimatur. hoc ita. b nisi cliẽtulus c sit castaldus vel actor domini: tũc enim tantum suæ, idest, domini religioni statur: nisi habeat testes pares idoneos. nam aliquando malignãdo d multa bona auferuntur domino hoc modo, & hoc colligitur per legem, quæ est in titulo de acquisitione actorum regis in Lombarda. Idem dicendum est de guardia.

TITVLVS XI.

DE PIGNORI dato feudo, quid iuris sit.

Similiter si qs voluerit dicere de pignore e sibi dato se inuestitũ esse: nõ credatẽ suo iuramẽto, sed testibus idoneis paribus domus, vel curiæ. Insuper sciendum est feudum guardiæ, & castaldiæ, quacunque hora vult, auferri posse à domino, f post annum.

TITVLVS XII.

DE CONTENtione inter me & dominum de portione feudi fratris mei defuncti. g

Fratri superstiti defertur iusiurandum, si partem habeat in feudo, de quo est contentio inter eũ & dominum, sed si nullam habet partem, datur domino. Bal.

Si contentio h fuerit inter me & dominum de portione i feudi fratris mei defuncti, dicendo paternum esse, & sic me debere succedere: ille vero minimè, tanquam habuerim partem meam: siue possideo, siue alienaui k dabitur mihi iusiurandum scilicet patrem meum iure inuestitum fuisse, licet non possideam portio-

b Hoc ita. videtur sacramentum vasallo. nam verum est quod ei datur, nisi sit castaldus qui possidet. tunc enim tantum suæ, idest domini religioni stabitur: alioqui non, nisi forte venit castaldus qui possidet. ubi enim non possidenti domino sacramentum defertur: & hoc est quod dicit. nam malignando, &c. Py. melius tamen puto. s. quòd istud hoc ita, referatur ad proxi. dictum, vt ita exponas. hoc ita. vt. s. per sacramentum. i. per iusiurandum domini possidentis cũ duodecim sacramentalibus dirimatur, nisi clientulus sit castaldus &c. tunc. s. suæ, idest domini religioni statur, ita quod solus iurabit & non habebit necesse iurare cum 12. sacra. sed alibi est in tex. non stabitur: & secundum hoc non debet esse in text. verbum illud. i. domini. sed debebit referri illud verbum suæ. tantum ad cliẽtulum, & non ad dominum: ita dicas tantum suæ, i. clientuli religioni nõ stabitur. nisi habeat testes &c & secundum hoc magis congruit literæ prior expositio.

c Clientulus huic simile est. C. de te. cte. & interrog. l. in bonę fidei. merito nota, quòd possessori defertur iusiur. tum possessionis fauore, tum quia reus est: nimirum (vt supra dictum est) maximum est possessionis commodum, quoniam melior est possidentis conditio quam petentis: vt hic, & ff. de Sal. inter. l. 1. & ff. de pi. l. si debitor. nam & actore non probãte, & si nihil præstiterit reus, obtinere debet: vt C. de eden. l. q accusare. & fauorabiliores sunt rei quam actores: vt ff. de re. iu. l. fauorabiliores: & promptiores sumus ad absoluendum quam ad condemnandum. ff. de ac. & ob. l. Arrianus.

d Malignando, alias malitiando: & alias, aliquando multa bona.

f Secundum Alu. & Abd. de Iser. non debet hic esse ii. sed s. qui contienas ad seperior. & hoc sacis pater p dicione. similiter quæ est dictio conn nuatiua.

DE PIGNORI DATO FEVDO &c.

e Similiter. De pignore hoc intelligo locum habere, quando de pignore constabat: alioqui probatio

obuiare videtur. C. qui pot. in pignore. ha. l. si generaliter. authen. item possessor. Respond. illud locum habet quando inficiabitur rem fuisse illius: sed hic bene confitebatur rem domini fuisse: licet diceret sibi obligatã pro pignore non esse. Vel aliter dicimus: quia potest intelligi iste §. si. quando dominus in probatione defecerit: & sic datur defensio vasallo: nec sufficit iusiurandum, nisi & testes adsint: alioqui crederetur suo sacramento cum duodecim sacramentalibus: vt supra proxi. §.

f Post annum. nisi ad certum tẽpus datum sit. tunc enim nõ posset auferri ante tẽpus. illud autem intelligas & de eo qđ datum est pro merce de alicuius rei: vt supra de feudo guar. ca. 1. qui autem dicatur castaldus, dic vt ibi nota.

g DE CONtentione &c.

Quidam non habent hic aliquem titulum, & male.

h Si contẽtio. alias inuenit in gl. vacat hoc ca. p p superius ca. id illud, de feud. guar. & castal.

i De portione. l. medietate. nam appellatione partis dimidia continetur: vt ff. de vsuf. l. Eĩ, & ff. de ver. sign. l. nomen filiarũ. §. portionis. vel intelligas de portione. i. siue de medietate, siue de aliqua parte intelligendo de maiori vel minori: vt s. si de inuest. §. cum autem quis dixerit.

k Alienaui. intelligo sic, idest, siue possideo per me, siue per alium. nam qui meo nomine possidet, ipse non possidet, sed ego ipse possideo ff. de acquiren. possess. l. quod meo nomine. improprie ergo ponitur alienaui. Vel forte idem refertur ad vasallum iusiurandum & si non possideat: quia feudi non est contentio, sed de feudi qualitate hæsitatio, idest, vtrum fuerit paternum, vel non: vel ratione alterius partis, quam possidet. Istud intelligo, si enim nihil possideat de feudo, & nec dominus, vel forte dominus: aliud est.

Patris appellatione dimidia continetur.

De alie-

DE ALIENATIONE FEVDI.

a S[illegible] clientulus. 1 Vlterius ergo pro parte licet, quod in solidum non liceret, vt ff. de contrah. emp. & ven. l. si quis donationis. & de off. eius cui man. est iu. l. 1. & de in ius. voc. l. sed si hac. §. qui manumittitur, & C. de con. & de l. cum ita, similia studiosus inquirat.

b De libello. sic ergo videtur, quod aliàs non sit alienatio permissa præter quàm libelli concessio. nam cùm de pluribus vnũ conceditur, sequens intellectus patet est, quod de aliis remouetur: sicut econtra, vt ff. de condi. & demon. l. cum ita. & de iudi. l. cum prætor. Sed cù alienationis appellatione pignoris obligatio contineatur: nunquid pignori obligare poterit? Et vt quod non: vt C. de re. alie. nõ alie. l. si nimirum cui nõ in genere licet, nec in specie licebit. ff. nau. cau. stab. l. 1. in prin. & de ope. pu. l. 3. & de rei ven. l. nisi etiam, & instit. de auctho. tut. & instit. qđ cum eo. § si. videtur ei istu l. confirmari. per l. Fride. imperialem & c. quicquid tamen dicetur, obtinet. & verum est, quod vsque ad medietatem valet pignoris obligatio, sicut & olim poterat, vt §. quibus modis feud. amit. §. rursus. nec obst. constitutio: quia loquitur de fraudulenta alienatione: vel quã totum alienare volebat, vel pignorare eo in casu loquit. C. de reb. alie. non alien. l. vlt. nam vt dicimus, licitum est pro parte, quod in totũ non licet: sed huic quomodo respõdebimus? quod dictum est alienare, intelligas de libello, subaudi & pignore: & ita videtur Py. sibi ipsi contradicere cum alias in summa titulum notauit in rubricella illa, quid hodie obtin. de feu. eius. §. sed an hodie &c. sed de hac materia dic vt ibidem notaui.

c Derogatum est ego nõ puto, quod debeat esse in ter. sed potius in glo. & dices verum esse scilicet, quod ei derogatum esse per d. l. Lothar. quæ est infra de prohib. feud. alie. per Lothar. imperialis beneuolentiæ. imo dicas, quod similiter derogatum sit ei per l. Friderl. Imperialem.

d Inde. quæritur vnde procedat illud, inde? Resp. quia dictum est solam alienationem quæ fit in concessione libelli permissam esse: inde præsumi pòt &c. per hoc datur intelligi, quòd nulli sit permissa alienatio præter istã, s. per libellũ cù alicui conceditur: nec obstat, qđ de pignoris obligatione dicitur: quia licet pignoris obligatio contineatur alienationis appellatione, non tamen est alienatio. nimirum pignus in bonis debitoris permanet. ideoq. ipsi perire in dubiũ nõ venit, vt C. de pi. actio. l. pignus.

e In priuato. est ergo deterioris conditionis ecclesia, quã priuatus, cum ecclesia in perpetuum per libellum habere rem non possit, sed priuatus valet. alibi §. vt nn. C. de sac. san. ecc. l. vt inter diuinum. Accursius.

f Ecclesia. cultrix. istud verbũ satis notabile est nam sanctus est omnibus prodesse velle, & neminem lædere, licet soli possit, si diues sit: vt in decretis, causa 14. quæstio 5. denique. Accur.

g Sine filio masculo, in hoc ca. notate illæs: quia hæredis appellatione continetur filius tm masculus: sed alibi ponitur pro liberis: vt ff. ad Trebellianum, l. ex facto. §. vlt. & si vis scire quàtum extendatur nomen hæredis, decurre in lib. dispu. Pyle chat. si rubr. sed quæritur, quatenus hæredis appellatio extendatur et cætera. in qua dicitur, quòd hæredis appellatio in perpetuum significat succedentes: vt ff. de verborum significa. l. hæredis, & ff. de iure immunita. l. quarta. & ff. de verborum obligationib. l. stipulatio ista, cum aliis concordant ibi sequentibus, licet contrarius titulus sequens ibi dicat, quòd significat proximum hæredem duntaxat, vt ff. de verborum significatio. l. sciendum. & ff. de oper. liber. lege. cum patronus. § primo & ff. de minori. lege, in causæ. §. i. cum aliis concor. ibi sequen.

h Reuertitur feudum ad dominum. hic ergo dicitur, quod vasallus hic possit vsque ad medietatem.

c Obcot. ad hoc c. ex de feu. c. 2. & gl. 3. q. 1 eccle siarũ, in prin. ex. de consti.

Alienationis appellatione pignoratio continetur.

† Facit ad hoc C. defun. pa. tr. l. a quibus li. 11. & Bald. ea l. ver. cõsuetudo, q feu. da. pos. § vlt. feu.

nem fratris mei. a Si verò nullã partẽ habuero illius feudi, nec mihi nec dño dabitur iusiurãdũ, nisi propter supradictã rationẽ: c dño non, vt ergo pp hoc aliud meum feudũ amittam. Si tñ vasallus poterit probare paternum fuisse, siue possideat, siue nõ: obtinebit: alioqui nisi probet paternũ fuisse, vel nisi possideat, dominus obtinebit.

TITVLVS XIII.

DE ALIENAtione feudi.

Vasallus hoc iure potest etiam sine voluntate domini feudum alienare ad libellũ vsq; ad medietatẽ, et non in plus. & nõ per alium contractũ, & nõ ecclesiis in perpetuũ, sed priuato sic, et tunc resolutio in e dateris resoluitur ius accepto ris, sed voluntate domini facta alienatio vel proximo agnato, manet stabilis omni tẽpore. In feudo autem marchiæ & comitatus non est successio. Bal.

Si clientulus voluerit partẽ suã feudi alienare 1 idest mediũ sine dñi voluntate, poterit hoc facere: vlterius a progredi nõ põt: secundũ iustũ & verũ vsum: alioquin & feudũ amittit: & nõ valebit, quod factum est. Quod dictum est alienare, intelligas de libello. b Huic consuetudini derogatum est per legẽ Lotharij. Mediolanenses verò irrationabiliter considerantes dicunt clientulũ etiã alienare posse in totum, & sine domini voluntate. Inde d põt præsumi, si cliẽtulus fecerit libellum in perpetuũ de feudo suo alicui ecclesiæ non valet: ideo scilicet, quia nunquam reuersurum sit ad dominum; cum ecclesia non desinat esse hæres. quod obseruandum est & in priuato ex natura perpetui libelli. Sed diuersum obseruatur in ecclesia, quã in priuato. e Ecclesia f enim cultrix & auctrix iustitiæ non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum: priuatus verò sæpe obuiat iustitiæ. Et si clientulus fecerit libellũ vel aliud de medietate feudi sine dñi voluntate, eo mortuo sine lrĩmo hęrede masculo (qđ verbũ ita intelligẽdũ est in feudo, i. sine filio masculo g) reuertit feudũ ad dñm. h Si verò cũ dñi voluntate totũ, vel mediũ alienauerit, stabilis pmaneat alienatio: fratri verò, vel ne-

† Recta lectio fiu est ex ca. cita. Sacerdotis est oibus prodesse velle, & nulli nocere. Posse aũt solius est Dei. Pet. Ven.

Hæredis appellatione cõtinetur tm filius mascul⁹.

dicatum feudi in libello dare sine permissu domini: quod si fecerit, & sine filio masculo decesserit: tunc ad dominum feudum reuertitur. Sed op. vas. licite fecit: ergo pœnam non meret. C. de l. Iul. de adult. l. Gracchus. Rn. hic punitur nō quia alienauit, sed quia sine masculo decessit: & sic dicitur de minore dicitur, quod restituitur, non quia fecit, sed quia sic fecit, vt ff. de minor. xxv. anno. l. si ex cau. §. & nunc, alias hic non punitur: quia istud intelligitur de recto feudo, in quo fœminæ non succedunt. Sed instabis: nonne nepotes hic excluduntur? Respond. non, quoniam filiorū appellatione etiam nepotes continentur: nec enim dulciori vocabulo possunt nominari. ff. de ver. sig. l liberorum, & in lombar. de beneficio l. fin. Accur.

Filiorū appellatione nepotes veniunt.

poti per libellū facta [a] alienatio, etiam sine voluntate dñi. Item in feudo comitatus, vel marchiæ vel aliarum dignitatū nō est successio secundum rōnabilem vsum: sed hodie hoc est vsurpatum. [b]

TITVLVS XIIII.

DE FEVDO marchiæ, vel ducatus, vel comitatus. [c]

In feudis dignitatum non succedit hæres, nisi sit inuestitus. Item in alijs feudis succedunt filij & nepotes, & filijs vel nepotibus defunctis sine descendentibus succedunt eis fratres & nepotes, quinimo & consobrini. Bald.

De marchia, vel ducatu, vel comitatu, vel aliqua regali dignitate si quis inuestitus fuerit per beneficium ab Imperatore: [d] ille tantum debet habere. hæres. n. nō succedit [e] vllo modo, [f] nisi ab imperatore per inuestituram acquisierit. Si capitanei, † vel valuasores maiores, vel minores inuestiti fuerint de beneficio: filij vel nepotes ex parte filiorum succedunt. Si verò vnus ex his filijs, vel nepotibus sine descendentibus masculini sexus hæredibus mortuus fuerit, prædicti fratres, vel nepotes per inuestituram patris & aui [g] in beneficium succedunt. Et similiter intelligendum est in consobrinis. [h] Si duo fratres simul inuestiti [i] fuerint de beneficio nouo, & nō de paterno: si vnus eorū sine descendentib. masculini sexus mortuus fuerit, dominus succedit, non frater, nisi pactum fuerit in inuestitura quod frater fratri succedat. Per pactum .n. frater succedit, non dominus. Et quod diximus de fratribus, vt vnus alij succedat per pactum idem dicendum est de filiabus, si hoc pactum cōcilset, & sic per pactum filiæ succedunt. [k]

TITVLVS XV.

AN MARITVS succedat vxori in beneficio. [l]

a Per libellum facta. subaudi etiam sine domini voluntate, quasi non videatur alienatio, scilicet cum feudum erat paternum. Item & in alia alienatione ei facta. licet enim alias prohibeatur alienatio feudi paterni, tamen inter agnatos sic conceditur, vt j. de ali. feu. patern. l. 1. & j. per quos fi. inuestit. & per quos reci. §. sed & res, & ff de leg. j. l. pater. §. quidecim. Vel & dicas, quod hoc refertur ad proximum dictum: & ita continuabis. stabilis permanet alienatio fratri vero vel nepoti &c. dum tamen sit facta fratri vel nepoti, & ita secundum hoc nihil videtur operari consensus siue voluntas dñi: quia tunc si eius voluntate esset facta qualitercunque, valeret, & non posset irritari secundum quod videmus velle constitutiones Lotha. & Friderici. vel etiam dicas, quòd nihil subauditur, & ita continua cū sequenti litera: fratri vero vel nepoti. i. alienatio libelli facta in feudo comitatus vel marchiæ &c. secundum hoc dices, quod non debet esse. §. Prior tamen expositio verior esse videtur.

† Imo de Bal. sup hoc text. facit tria breviar. al legido iura ad hoc scientia, & ibi diffuse tractat istam materiā.

b Vsurpatum. in feudo ergo non est seruandum, nec mirum quia male inuenta & prauæ consuetudines tractu temporis non confirmantur, vt in auth. vt nulli iudi. §. nulli, collatio noua. licet contrarium dicatur j. de cog. feu. in principio.

Consuetudines malæ tractu temporis nō confirmantur.

c DE FEVDO MARCHIÆ &c. *Alias est titulus talis, qualiter vsus beneficij sit retinendus, quo non vtimur in nostro apparatu.*

d De marchia. Ab Imperatore. In primis illud no. quod ex rei qualitate & differentiā licitum deprehenditur quod alias non liceret. simile C. fami. er. l. si filius, & ff. de procur. l. procurator totum, & de minor. l. ait prætor. §. quæsitum, & ff. de admi. tut. l. qui sine hærede, & C. si adue. do. l. 2. & in sum. vt in lib. dispu. § y. chat. a rub. et rerum de quibus agit. qualicare &c. licet contra sit arg. ff. vsufr. quemadm. caue. l. 1. & 2. & C. de contra. iud. l. vbi lite hic no. quòd licitum est minori quod maiori nō licet, vt C. de arbi. l. 1. & C. si de momen. pos. app. fue. le. 1. & C. ad l. Iul. de adu. l. si adulterium, & C. de proc. l. militem, & ff. de rit. nup. l. obseruandum, licet argu. sit contra. C. de decu. l. fi. & ff. de reg. iur. l. nō debet actori. imo & aliàs dicitur, quòd si licitum est minori multo fortius & maiori ff de offi. præto. l. Barbarius, & C. de post le. 1. & C. de peda. iudi. l. 2. Item hic nō licet hæredi quod defuncto licebat, vt & aliàs, C. de reuo. do. l. 1. & fi. & ff. de do. inter vi. & vxo. l. cum hic, & ff. de pet. hær. l. nec vllū. & in summa, vt in li. Pychar. vj. rubri. contra non licet hæredi quod defuncto licebat, licet sit contra ibi ei. superior. vnde hic solet assignari contra, vt ff. de proba. le. si pactum. sed ibi plerunque est, propter quod soluitur contra.

e Succedit, licet hoc hodie sit vsurpatum, vt j. § proxi. in fi.

f Vllo modo & alias vllo mortuo: sed, vllo modo, credo literam veriorem.

g Patris & aui bene dicit patris & aui: quoniam hoc obseruatur in feudo ab antecessoribus quæsito, non si per se quæsiuisset: quia tunc frater fratri non succedit, vt s. dictum est, & j. proxi. dicetur, nisi ex pacto, vt ibi dicetur.

h In consobrinis. hoc olim vsque ad septimum gradum, sed hodie in infinitū: & intellige hic proprie accipi consobrinos, alioqui de superfluo diceretur. vt insti. de gradi. cog. §. 4.

i Si duo fratres inuestiti. istud expositum est s. de suc. feu. §. filia vero, & s. qui feu. da pos. §. cum vero Corradus, sed est sciendum, quòd induxit arg. à simili, similia studiosius inquirat.

k Succedunt. vt supra, qui feud. da. pos. §. hoc autē notandum. & supra, de suc. feu. §. filia vero, & j. de gradi. suc. in feud. c. 1.

l AN MARITVS SVCCEDAT &c.

Maritus vxori nõ succedit in feudo etiam fœmineo, nisi specialiter sit inuestitus, filij etiam nõ succedunt matri in eodem feudo de rigore, nisi specialiter sit dictum, vel fuerint inuestita, sed de equitate bene succedũt. Hoc obtinet in capitaneis, & maioribus valuasoribus. Bald.

SI fœmina † hñs beneficium & maritum moriatur: nullo modo succedit [a] in beneficium maritus, nisi specialiter inuestitus fuerit. & si ipsa fœmina filios dimiserit; dicunt quidam filios non debere succedere in beneficiũ matris: nisi specialiter sit dictum, vel inuestiti fuerint: quia secundum vsum regni, ad beneficiũ vocantur paternũ, & nõ maternũ. Sed secundum æquitatẽ [b] dicamus filios debere succedere. Hoc dicimus [c] de capitaneis, & de maioribus valuasoribus, [d] & de minoribus: de minimis aũt & de iis, qui beneficium tenent † à maioribus valuasoribus, sic seruetur, [e] sicut inferius dicemus.

TITVLVS XVI.

DE FEVDIS DAtis minimis valuasoribus, [f] quid iuris sit.

Minores valuasoribus minimis feudum auferre possunt quandocunq; pretio tamen restituto, si quod acceperint. Bald.

SI minores [g] valuasores beneficium tollere voluerint minimis valuasoribus, licet eis facere: excepto si beneficium vẽdiderint eis. Si verò pretium de beneficio acceperint, tunc aut pretium reddant, aut beneficium dimittant.

TITVLVS XVII.

QVIBVS MODIS feudum amittatur. [h]

SI capitanei, vel maiores valuasores, qui hodie vocantur capitanei (licet impropriè dicantur minores) seniores in bello dimiserint: [i] vel si credentiam ad eorum damnũ scienter [k] manifestauerint: si valuasores seniorũ vxores adulterauerĩt: [l] si sciẽter seniores assalierint, vel similes culpas commiserint, beneficio carere debent.

TITVLVS XVIII.

APVD QVEM vel quos controuersia feudi definiatur.

SI contentio fuerit de beneficio ĩter capitaneos, coram Imperatore [m] definiri debet. Si verò fuerit contentio inter minores valuasores, & maiores de bñficio, in iudicio parium definiat, vel per iudicẽ curtis. Si ali-

Alias est titu. quo ordine succedant filij in beneficium matris: quo non vtimur in nostro apparatu.

[a] SI fœmina. Succedit. quia 1 alijs bonis iure Lõb. succedat: vt 1 Lõb. de succ. l. si. simile ĩ. de inne. q̃ Titi⁹ accepit à Sẽpronio. c. j.

[b] Aequitatẽ. hic rigori iuris præfertur æquitas, vt & alibi & in sum. vt in lib. Py. 2. quatet no. n. char. rubr. semper. n. æqui tat pfertur rigori, vt C. si res ali. l. cũ res ali. & C. de iud. placuit & ff. ad senatusc. Vall l. si aredito. §. j.

[c] Hoc dicimus. qđ dictum est. ĩ. de natu. feu. in princ. s q̃ sine causa deuestiri non possit. Accur.

[d] Valuasoribus. quidam habent hic in tex statim post valuasoribus, glossatũ seu interlineatum. i. de his qui beneficiũ tenent à minoribus valuasoribus. post ie quitur, sic vt seruetur &c.

[e] Seruetur. sicut cõtinatur in seq. c. pro. xi. licet illud hodie corrigatur, vt ibi no.

[f] DE FEVDIS datis &c.

Alias non erat tit. neque cap. sed § si minores. Acc.

[g] SI minores. istud totum est correctum vt ĩ. de na. fe. in fi.

[h] QVIBVS MOdis &c.

Alias est tit. de amissione feu. quo non vtimur.

[i] SI capitanei. Dimiserint. istũ expositum est ĩ. in prin. illius ti. quib. mod. feu. amit.

[k] Scienter. nũquid ista duo sunt necessaria, l. q̃ manifeste. & quod ad eius damnũ hoc faciat? Resp. vtique q̃a pœnæ potius sunt molliendæ quã exasperãdæ. ff. de pœ. l. pe. si aigo credentiã dñi manifestauerit alias, nõ damnificandi animo, licet dñs dãnificetur: tñ non priuabitur feudo, simi liter dic de liberto. qui conspiratione fecit cum inimicis dñi sui, si non contra dñm conspirauerit. non reuocabitur in seruitutem, vt ff. de offi. præfe. vrbis. l. 1 §. cum patronus, licet videatur arg. cõ in decretis. 5. quæst. v. accusatoribus.

[l] Adulterauerint. illud intelligo, qñ sciẽter vasallus cognouerit ipsam. quid. n. si in lectum suũ sua vxore absente vasallus dominam suam inuenerit, & sic putans vxorem suã esse, eam cognouerit, nunquid pp hoc feudo priuabitur? Certè non. vere enim ipsa adulteriũ non committit, vt in decret. 34. q. 2. c. In lectum. idem intelligo si cõcubina se exercuerit, vt ĩ. quib. mo. feud. amit. §. Item si fidelis. idem dr de eo, q̃ sacratissimas virgines sollicitauerit. C. de epis. & cle. l. si quis non dicam. & in authen de san. epis. §. pen. col. 9.

APVD QVEM vel quos controuersia feudi definiatur.

Alias non est hic aliquis titulus.

[m] SI contentio. Coram imperatore. Istud hodie corrigitur: quia hodie inter maiores nulla est differentia: vt ĩ. de nat. feu. in fi. sic ergo pares curtis cognoscere poterunt et inter capitaneos, & maxime hodie p cõstitutionem Friderici, imperialẽ. §. præterea si interim. Vel dicas quia hic loquitur, qñ controuersia erat inter capitaneos de feudo. q̃ quilibet eorum dicebat se tenere ab Imperatore, & ab eo se esse inuestitum. vnde non est mirum, si imperator tanquã dominus debet

Aequitas iuris præfertur rigori.

† Not. q̃ feudũ in dotem dari nõ põt. Facit Spe. in ti. de loca. §. nũc auté. vat. 222. & in c. 1. §. donate. qua. olim feu. po. alien. per Fride. Bald. & Imo. in l. vius. fulu. mat imo. in c. 2. de feu. & in c. placuit. 4. q. de loca.

† A minoribus valuasorio. legẽdũ esse si Eguinarius Baro.


Pœnæ legum sunt mollẽdæ.

quis [a] de capitaneis, vel de maioribus valuasoribus, vel de minorib. suum beneficium siue totũ [b] siue partem alienauerit, & ipse vel hẽs eius sine hærede [c] decesserit: quia beneficiũ seniorибus aperitur, totum qđ fecit reuocari debet. [d]

TITVLVS XIX.

CONSTITVTIONES feudales domini Lotharij Imperatoris, quas ante ianuam Beati Petri in ciuitate Romana condidit obseruandas.

Præcipit Imperator constitutionem editam super beneficijs militum, & successione, & culpa, cum cõsilio virorum prudentum ab omnibus obseruari. Bal.



SI qs ex militu̕ ordine decesserit, qui de feudo inuestitus fuerit, vt constitutũ habemus, obseruetur de beneficio, & successiõe, & culpis. Si vnus inculpatus fuerit vna de his nominatis culpis, vt habemus insertum, obseruetr per constitutionẽ dñi Lotharij [e] Imperatoris, q̃ est constituta tpe Eugenij Papæ ante ianuã beatissimi Petri Apostoli in ciuitate Romana p laudamentum sapientũ Papiæ atque Mediolani, Mantuę, Veronę, [f] quę Brenus (aliàs Hybern') vocatur, & Parmę, Lucę, & Pisæ, & Sipõti, & marchionum atque ducum, vel capitaneorum atque valuasorum maiorum.

Decedente milite vasallo succedit sibi filius & nepos ex eo, & frater: quinimo & patruus, si feudum sit auitum. Bal.

Imperator Lotharius [f] Eugenio Papæ, & vniuerso populo.

SI quis miles mortu' fuerit sine filio masculo, & nepotem reliquerit: [g] in beneficiũ aui in patris vicẽ succedit. Et si hæredem & fratrem reliquerit, in beneficium patris ipse succedit. Et si filius fratris mortuus fuerit, frater patris in beneficium aui defuncti succedat.

TITVLVS XX.

DE BENEFICIO fratris, & qualiter frater in beneficium fratris succedat. [h]

Frater fratri defuncto sine filio non succedit in feudo nouo.

---

bet cognoscere inter eos sed quod dicitur in prædicta constitutione Friderici, Imperialem. §. præterea .S. quod si controuersia est de feudo inter duos vasallos, q̃ domini est cognitio.

[a] Si aliquis. super hoc ca. quædam exemplaria hñt citu. talem, qualiter alienationes militum euacuari debeant, quo non vtimur.

[b] Siue totum. istud intelligo, quando licite alienauit: & ponitur hic vel, correctiue: quoniam non totum poterat alienare: alioqui ex sola alienatione non inspecta morte hæredis ad dominum reuertitur: vt I. de feu. alie. in prin. expositum est. Vel si vis intelligere, quãdo alienauerit ꝯ prohibitionem, intelligas, q̃ ita de facto euenerat, & erat solùmodo dubitatio, vtrum à bonæ fidei emptore posset reuocari mala fide traditum, & not. hic idem qđ sup quib. mod. feu. ami §. cursus.

[c] Sine hærede. i. sine filio masculo: vt I. de alie. feu. circa fi.

[d] Reuocari debet. Hic nomodum est verbum necessitatis pro possibilitate poni & pro consilio: sicut & alibi: vt ff. de pig. l. creditor, & C. ad leg. Fla. de plag. l. si fratrem. sicut ꝯ verbum consilii, sæpissime ponitur pro necessitate: vt C. de sesen ven. l. non idcirco, & ff. de admi. tu. l. tutores. §. 2.

Consilij, verbum quandoque pro necessitate ponit.

CONSTITVTIONES feudales domini Lotharij Imperatoris: quas ante &c.

[e] SI quis ex Lotharij, hanc constitutionem non memini me legisse, nisi fuerit illa quę sic incipit, Imperialis beneuolentiæ &c. Py ego autẽ puto quòd ista quæ sequitur, sit illa quæ sic incipit. Si quis miles mortuus fuerit, & debet habere superscriptionem talem, Imperator Lothar. Eugen. Papæ & vniuerso populo, & in quibusdam consuetudinibus ita habetur supra scriptũ. & intelligo, quòd teneat hæc constitutio vsque ad illud, c. si quis sine filio masculo: nam in prædictis ca. omnibus, quæ sunt vsq. ad dictum c. si quis &c. loquuntur de beneficiis militum & de successione, & de culpis, si quis ea capitula recte inspexerit: & hæc est de qua dicitur hic, obseruetur de beneficio, & successione, & de culpis &c. ad hoc faciunt plura capitula, quæ sic incipiunt, sancimus &c. quod verbum notat esse. l. Imperatoris. illa enim constitutio Imperialis beneuolentiæ, non loquitur nisi de vna culpa. S. de alienatione feudi: per quod videtur, q̃ hic non loquitur de illa constitutione: nisi forte diceres, quòd illa constitutio in fine, & istæ quæ sunt hic, sint vel debeant esse tantum vna constitutio.

[f] Imperator Lotharius. quidam non habent hanc superscriptionẽ, nec aliquãs puto tamen, quod satis possit admitti talis suprascriptio: quia credo hanc fore illã constitutionem de qua feci mentionem supra prox. & credo, quod duret hæc constitutio vsque ad illud c. si quis sine filio masculo, licet distincta per plura capitula.

Egnina. Baro legit, quę Brennona vocatur.

[g] SI quis miles. Reliquerit. in successiõe militis notabis, quod licet inferiores non relinquant, tamen fratres ex transuerso admittuntur & domino p̃ponuntur, licet in feodo aliorum fratrum fratres nõ succedãt, nisi fuerit specialiter dictum, vt S. proxi. & I. de feo. mar. cap. si duo. Vel quod est verius, idẽ in filiorum successione: quia in feudo antiquo loquitur. & hoc est quod dicit, in beneficio patris ipse succedit &c.

Quid ergo erit, si duo fratres inter se bona fratris diuidãt & vni soli feudum eueniat, quod erat antiquum: nunquid sine hærede mortuo fratre ad quem deuenit, defertur fratri vel domino? Respon. aut refutauit, aut non: si refutauit, vel ad hoc refutauit, vt dominus eum de nouo inuestiret, & recte ad ipsum dominum reuertitur: alioqui fratri: vt infra. de nato. fue. feu. cap. 1. & de eo qui fin. feu agn. de feu. pa. capit. tres erant agnati, & infra, si de feu. contr. fue. ca. Titius cum Sempronio.

[h] DE BENEFICIO FRAT. &c.

Aliàs non est Titulus.

Si quis

a S I quis acquisierit. Emptum. sic ergo feudũ amittitur & acquiritur pretio: vt hic, & J. de na. fe. J. est euidẽter J. de feu. dato in vicem l. commi. vbi dr̃. q̃ nõ sub pretextu pecuniæ, sed amore dñi feudũ acquiritur. Rñ istud intelligo, qñ à vasallo emitur dño sciente. illud vero locum habet, qñ à dño emitur quod fieri prohibet. Sed opponitur ff. tit. quemadm. feu. ad fil. perti. c. si quis sine filio, ex eo verbo, nisi à domino redemerit per quod innuitur, quod à domino emi valeat. Sol. illud intelligendum est, quando redemit sine pretio aliter bene seruiẽdo domino & optime se habendo erga dominum, & ponitur ibi redemit extra propriam significationem, similia studiosus loquitur. hic autem notabile istud generale. Licitum est sine pretio, quod cũ pretio non liceret, vt arg. ff. de iofa. l. facti & argu. C. de prædiis cor. l. fin. & C. mand. l. fin. & de fun. patr. l. r. argum. contra est aliter. f quia non est licitum gratis quod pretio non liceret. vt ff. de ritu nupt. l. palam. argu. contra ad hoc ff de regu. iur. l. cui iur est donandi. licet alias dicatur, quod licitum est pretio, quod gratis non liceret, vt ff. quibus mod. p gn. vel hypo. soluit. l. sicut. §. sed si. & C. de contra. iu. l. vna. & ff. de contrahen. emp. l. & C. de administrat. tuto. l. non omni. & ff. de procuratore. l. procurator cui. ff de pact. l contra. § vlti. ff. de don. l. filius. & C. si maior factus. l fin. & ista generaliter suot in L. Py. quod autem hic dicitur, si insimul, steterint, intelligo maxime, quia idem intelligo, & si non insimul, dum tamen de communi pecunia & domino sciente fuerit emptum, & ita multum interest, cuius pecunia fet ematur. vnde hic poterit repetere, quod notaui mis J qui feu. da. poss. c. cum verò Corradus.

b Domino sciente hoc sũr dictũ est, ne alias inuitus dominus alium, quam quem velit, acquirat vas. vt J. de fratribus de no. bene. inuest. ca. si duo fratres,

Fallit regula, si tempore inuestiture per pactum aliud conuenit. Item si de communibus bonis est emptum. Itẽ si frater est inuestitus vtriusq; nomine domino sciente. Item si frater acquisiuit in hostem regis. Bal.

S I quis acquisierit beneficiũ, & sine filio masculo mortuus fuerit, & fratrem relique rit: frater nõ succedat fratri, sed dñs habeat: nisi p inuestituram à dño ordinatũ fuerit, vt frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine hrẽde masculo: succedat frater fratri morienti sine filio: vel nisi beneficiũ de cõibus bonis fuerit emptum: a vel vtriusq; noie dño sciẽte, b si insimul steterint, vel in hostẽ regis acqsierint.

.TITVLVS XXI.

DE FEVDO SINE culpa non amittendo. c

S Ancimus, vt nemo miles d sine cognita culpa bñficiũ suum amittat: si ex culpis iis vel caussis cõuictus nõ fuerit, quas milites vsi sunt nominare, qñ fidelitatẽ faciunt dñis suis, vel p laudamentum parium suorũ: vel si dñis suis deseruire noluerint, tũc condictio cũ data proponitur ad repetendũ feudũ, ex quo non seruit domino. Nam si steterit viginti annis & vltra, q̃ nõ seruierit domino: nisi necesse fuerit domino, feudũ non amittit. f

Vasallus feudo priuatur alienando, cum vxore domini concumbendo. et in pugna cum posset eum iuuare, dimittendo. Bald.

S I quis e miles beneficium suum vendiderit totum sine voluntate vel iussu f dñi sui, vt proprium beneficium amittat, decernimus: dominus verò habeat, vel si cõcubuerit g cũ vxore dñi sui dño viuẽte: vel si in pugna suum dñm dimiserit, † & cũ eo h, nõ laborauerit, si potuerit.

TITVLVS XXII.

QVO TEMPORE miles inuestituram petere debeat. i

Si miles intra annum & mensem post mortem domini non petat inuestituram ab eius herede, vel post mortem patris à domino, perdit feudum. fallit in casibus his insertis. Bald.

S Ancimus, vt nemo miles k

& in communi causa hic colligitur, quòd ex certa scientia sine contradictione præsumitur dominus consentire, sicut & alias, vt ff. de cust. l. quidã. & C. de nup. l. si vt pponis & ff. de re. iu. l. qui tacet. & in summa ve in lib. disp. Py. secundo quaterno. a thar. su. ex scientia sine contradictione eiusque constitutio; licet cõtra sit sequens rubricella per id quod legit. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. sicut. §. nõ videtur. ff. de proc. l. filius. §. innitur, cum concor. ibi. seq. quod aũt dicitur in h. vel in hostem regis, dicitur per l. quæ est in Lomb. de surc. si fratres post mortẽ &c.

c DE FEVDO sine culpa &c. Quidam nõ habent hic aliquem titulũ, sed nos hoc vtimur.

d. S Ancimus vt nemo miles: quod dix. mꝰ de milite, idem in aliis hodie, vt sup. de na. feu. in fi. simile legitur. C. q ac. non poss. l. 2. & ff. quod met. cau. non est verisimile. & merito idẽ in alliis aliis vasal. quia eadem est hic ratio & æquitas, vnde idẽ iura constituendũ est, vt ff. ad l. Aqui. l. illud. & ff. de legi & senat. l. non possunt. & C. de li. præte. vel exhe. l. 1. Acc.

a S I quis. huic ca. quidam habẽt tit. de fuce. quo non vtimur.

f Iussu. hic iussus p consensu ponitur, i. sine consensu & voluntate domini, & nouissime est in aliis idem quod in milite. vt in consti. Frid. imperialem. & idem de parte, quod hic dicitur de toto. s. vt partem totum alienatam amittat. vt J. de vas. qui contra consti. Lotha. bene. alie. c. 1.

† Hæc regula est vera in omnib. vt J. de nat. fe. de his q feu. dare pos. §. fin. & quib. mo. feud. amitt. in prin.

† Facit ad hoc Ang. in l. 2. §. ocessori, l fin. ff ad Syl. quod est verũ, si dñs cõquestus fuerit de eo, alias secus.

g Concubuerit istud ca. expositum est I. quib. mo. feud. amit. in prio. § 2.

h Et cum eo. No. verbum istud, & solue quæstionẽ quam fecimus, sup. qui. mod feu. amit. in prin.

i QVO TEMPORE MILES &c. S Quidam non habent hic aliquem titu.

k Antimus vt nemo miles. in quibusdam constitutionibus nõ est sancimus, sed ita cõtinuat cũ superiori

periret ea. & eò eo nō laborauerit, si potuerit: sed vl tra annū & mēsem vadat vt inuestiturā &c. & ita se eādū hoc nō dēt eē hic tnceptio. c. nec ri. qđ é falsū.

[a] Vltra annū. hoc denū tps post sciam curris: dum cū crassa & supina ignorantia non sit excusata: pu ta si ignorauerit, qđ oīs de ciuitate sciūt. ff. de iur. & fac. igno. l. r. & l. nec, & l. regu la. & ff. de cal. l. anu[a]. & no. de tali tempo re expressius in C. de re mili. l. t.

Tempus post sciētiā currit.

ultra annum [a] & mensem [b] vadat, vt inuestiturā beneficij sui à filio, vel successore dñi sui po tat; vel post mortem dñi sui, vel patris sui, vel alte rius, cui succedere debet: nisi iusta causa interue nerit, quare non petierit, veluti mortis, [c] vel ca pitalis inimicitię, vel in fantia, [d] vel iusta absen tia: [e] & si (vt suprà di ctum est) non petierit, damnetur. [f]

SI quis fecerit inuesti turā vel cambium [g] de beneficio sui militis, sine illius consensu, cu ius est beneficium, pro non facto [h] habeatur.

[b] Et mensem. sic er go vi, q per annum & mensem possit mi les differre petitioné inuestiturę, quod in alijs non obseruat: imo & anno & die elapso excluduntur alij: dum cū sine pu beres, vt in constitu. Fride. imperialem. §. praeterea. & hoc erit casuale in milite, si cut & alia casualia notantur circa mili tem, q hic enumera re esset superfluum. Vel forte corrigetur istud per consti. Fri. & idem erit in mili te, q3 in alijs, velut ergo contumax feudo priuaretur vasallus post spa tium tanti temporis, ut & alibi priuitur cōtumax, vt C. quorum app. non rec. l. t, & de iud. l. properan dum. §. cum autem. Sed pone, q post annum & men sem secundum vsum consuetum dñs vas. recepit, nūquid huic talem quasi ingratitudinem vt remit tere? Et certe videtur q sic ff. de l. comm. l. post diē & de eo quod cer. lo. l. n.

[c] Veluti mortis. Nunquid si moriatur, antequā pe tat eum superessent tantum duo vel tres dies de an no & mense vel die, dabitur hæredi suo tantum tē pus duntaxat, quantum defuncto supererat: aut da bitur iterum mensis & annus? Resp. ne tu lector pi ger efficiaris, quæres diligenter q notantur in C. de temp. in integ resti. l. antepe. quæ incipit, ea quæ, & omnia poteris inuenire, licet videatur, quòd illud tantum, quod supererat defuncto, dari debeat, vt C. de iu. l. properandum. §. finantem. & ff. de iudi. l. l. si iudex.

[d] Infantia. si habes in litera infantia, tune cessabūt contra. vel anfractus, vt patet in constitu. Fridet. in fra si de feu. contro. fue. c. si minor. si habes infamiat tunc quæritur de cuius infamia sit intelligendum: nunquid de infamia vasal. an de infamia do. si dica tur de infamia vasal. tūc videtur absurdum, q pro ter illam infamiam debeat istud habere priuilegiū cum potius debeat ei nocere delictum suum quā p desse. nimirum dolus proprius non debet aliquē re leuare, neque propria temeritas alicui lucratiua eē debet ff. pro soc. l. verum. § tempus. & de dolo. l. 1. & l. Neratius. & C. de epis & cler. l. omnes. in fi. ne igi tur ex delicto suo fructum consequatur, de vasalli infamia non loquitur, de domini autē infamia sic: puta quia dominus excommunicatus est, & ideo cū domino vasallus non habet loquelam, in quo casu ēa sacramento fidelitatis est absolutus, vt in decr. causa xvj. q. vj. alius. & c. si. & j. tit. hic finitur lex, deinde consuetudines regni incipiunt. capitu. 1. vel ita intelligas infamia, idest, mala fama habita de do

Excōmunicatum vasallus à fi delitatis facto est absolut[9].

mini morte, pone dominum vltra mare mortuum: nec sit fama de eius morte post annum & mensem, certè istud vasallo non valet imputari, vnde appa ret, q hoc tempus ei à tpe sciæ cedat, & sm hoc erit vtile & nō cōtinuū hoc erit ei vtile & non continuū hoc tps. sed nūquid hodie p legē Frideri ci corrigitur? Resp. ibi determinabitur.

Miles non potest deuestiri à domino sine culpa & causa cognita, & con uicta per laudamenta parium. Bal.

a Iudicem moueat. sed nunquid propter vnum testem se mouebit iudex? Rñ. vtique: inducit enim præsumptione n vox vnius, argu. ff. de iureiur. l. si duo patroni § princi & de lib. agno. l. 1. § fi. & C. de aduo diuer. iud. l. nemini. & C. de decur. l. si quis decurio. & ff. quemadmo. test. aper. l. 1. & 2. in fi. & de dote ple. l. Theopompus. licet contra sit in authen. de iustru. caue. & fide. §. si vero moriātur omnes. col. 6. vbi dicit, & omnino se putauerit. & arg. cōtra. ff. de quæst. l. maritus. sed ideo ibi fuit remota quæstio ancillæ: quia nō debuit in dominum suum torqueri. C. de quæstion. l. 1. Item licet contra eodem iure: veno. contra. C. de testib. l. iusiurādi. si ergo vis circa hūc articulum distinguas latius: & recurre ad distinctionem Pyl. actore non probante &c. sic ergo secundū determinationē istius capi. est intelligendū quod dicitur, l. si de feud. controuer. fue. cap inter filiem, & infra de controuer. inter me. &c. & fœ. ni. de benefi. cap. item sciendum.

Præsumptionem inducit vnius depositio.

ueat. [a] vbi nihil est, qđ faciat pro aliquo eorum præter possessionē solā: tunc secundum q iudici melius visum fuerit, aut possidenti dabitur sacramentū: aut actore nihil probante, qui conuenitur, ēt si nihil præstiterit reus, tñ absoluitur, vel obtinet. Et cū datur, aut datur à iudice, aut à parte. si à parte; aut subeat cū duodecim sacramentalibus ꝯ in inferiorē distinctionē, aut referat [b] pars, cui delatum est. Si à iudice, iuret ille, cui delatū est cum duodecim vasallis, cū sex parentibus, [c] cæteros si vult habeat extraneos, dñs verò, si vult, [d] cū parentib. aut cum vasallis solis, aut cū parentib. vasalli, vel cum extraneis mistis parētib⁹: vel vasallis: & iurabit vasallus sine mentione conscientiæ, [e] Dñs quoq; de suo facto similiter. De facto verò patris, vel aui, aut alteri⁹ ascēdētis, iuramento conscientia præponetur. Quidam tamen dicunt non † quidem conscientiam esse præponendam.

† Alias, nunquā tam alias non sam per contraria.

b Refrrat. nimirum nec velle iurare, nec iusiurandum referre, manifestæ turpitudinis est. ff. de iureiur. l. manifestæ. Accur.

c Parentibus. hic potius parentibus creditur, quàm extraneis, cum ex necessitate sex debeant adesse: de reliquis eius arbitrio relinquitur licet contrarium sit in vltimo Accur.

d Si vult. hic melioris conditionis est dominus. q vasallus. Sed quæro, si vasallus propinquos non habeat, quid iuris sit? Respon. tunc alij admittuntur in defectum. nimirum & alibi inopia emergēte probationis admittuntur ij, qui alias repellerentur. C. de hær. & Ma. l. quoniam. in fi. & ff. de testi. l. serui. Respō. vt in summa.

e Conscientiæ. sic ergo de incerto iuratur: sicut & aliàs in Lomb qua. quis te. defende. de si contigerit. & l. si quis post mortē. Sed opponitur, quòd anceps periurium subire vř. ff. de in lit. iuran. l. videamus.

Periuriū anceps subire quis nō debet.

f In quibus. in quibus etiam iurat vasallus de calūnia, si sacramentum de feudo non fecit. Acc.

g A domino. in hoc similis est dominus patronoq; suum iusiur. deferēs liberto. non tenetur de calumnia iurarē, vt ff. de iureiu. l. iusiurandū. §. qui iusiurandū.

h A parte domini. non est enim defendendum amplius ab aduersarijs suis quærere concedi, quam ab aliis pulsati facere patiantur: vt C. de fru. & lit. expen. l. vlt. Acc.

Vasallus à domino non poterit exigere iuramentū calumniæ: sed nec dominus exigere pōt à vasallo: alioqui si exegerit, et ipse cogetur iurare. B.

In quibus [f] ēt causis sacramentū calumniæ à dño non exigetur: quod nuper Rex Fridericus in Romandiola constituit: vt vasallus calumniæ sacramentum à dño [g] nō exigat: quod etiam à parte domini [h] intelligendum est: vt quod quisq; [i] iuris in alium statuit, ipse eodem iure vtatur. Similiter vasallus dominum accusare, [k] Vel testimonium contra eum reddere non debet in ciuili causa modicà aut criminali. Quidam tamen dicunt in criminali non licere, in ciuili licere. in quibus si contra fecerit, feudo priuabitur. [l]

Si contentio est de beneficio inter dominum et vasallum: domino possidente, vasallo autem in probatione deficiēte, absolui

i Quòd quisque. sed quomodo hoc est potuit, non video, dicit solicitus. aut n. Imperator per impetrationem iniquum ius statuit, aut sine impetratione. in primo casu ille solus q impetrauit, est puniendus, cum alterius factum alteri imputari non valeat. vt 2. quæstio. 5. capitu. primo. in princi. vel cap interrogatū. Item res inter alios acta nō debet aliis obesse nec prodesse, vt C. res inter alios acta. l. vltima. C. de pac. debitorum. licet pro & contra aliquando reperiatur, vt in illo generalitèr inter alios acta &c. in secundo casu vbi sua impetratione datum est tale ius, nullus est puniendus, vt C. quod quisque iur. l. tertia. nimirum licite offertur quod exigi prohibetur: vt in authen. de san. episc. § si quis autem. col. 1. nona. & ff. quod quisque iur. l. tertia. & ff. quę in frau. cre. l. pupill⁹. & C. de edi. sacri. l. si & C. de pe. bo. sub. l. 2. & ff qui & à qui. ma. l. vlt. & ff. de vac. & extraor. co. l. 1. & C. de offi. p̄fe. pręto. l. 2 quid ergo est, qđ generaliter hic dicitur? Rñ. per impetrationem statuit hoc imperator, verum voluit hoc generale esse, & quod dixit ff. quod quisq. iur. &c. dixit contemplando personas, quæ huic edicto causam* præstiterunt.

*Et adde secūdùm Bal, quòd quisq. in lood bis habeat p extensionē nō aūt p inuentionē, ad qđ inducit l. si quis mihi bo. §. & quis.

k Accusare. hoc & dicitur de patrono & filio patroni. qui phibētur libertū accusare in causa capitis. vel testimonium contra eum reddere. & si ꝯ fecerint, ab omni bonorum possessione ꝯ tabulas remouentur. ff. de bon. lib. l. qui, cum. liberti quoque aduersus patronos reddentes testimonium puniuntur, vt C. de testibus. l. aduersus. is etiam qui sub testimonio suo intentionem accusatoris adiuuat, vel actoris fidē iussor extiterit: à relictis in testamēto priuatur: & libertas data seruo, qui testiū testimonio suo infringere noluit, aufertur. ff. de iis quib. ut indi. l. post. §. item. & § an libertas.

l Priuabitur. istud intelligitur, quando nulla necessitate cogēte uasallus testimonium dixit, alioqui excusabitur, vt no. ff. si quis cau. l. 2. §. 1. & argum.

 ff. de

tur dominus fine iuramẽto, sed vasallo possidente, & domino in probatione deficiente, si longa est possessio vasalli: sibi defertur sacramentum: si noua, defertur domino, nisi præsumptio sit pro vasallo. Bal.

Item si inter dñm & vasallum cõtrouersia sit de beneficio: possidente dño, & vasallo in probatione deficiente: qui conuenit, nullo pstito sacramento absoluatur. vasallo vero possidẽte, & actore in pbatione deficiẽte: si longa sit. a vasalli possessio, eius iuramento cãfiniat. vbi verò noua est possessio: sacramentũ ei non præstabitur, sed domino deferet: nisi aliud faciat pro possidente.

TITVLVS. XXXIIII.

DE LEGE Conradi.

Si inter capitaneos regis est contentio: coram rege debet definiri per l. Cõradi. si vero inter valuasores, coram paribus curiæ. Bal.

Ex Conradi de beneficio: quæ dicit. Si inter capitaneos cõtrouersia fit, coram rege finiatur: si inter valuasores: coram paribus curiæ: Mediolani non tenetur: † Sed. talis distinctio ibi obseruatur, quia si inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controuersia fuerit, quorum vterque à rege se dicit inuestitum fuisse: tunc causa coram eo decidatur. cæteræ verò causæ apud pares curiæ. Si aũt inter pares b duos de aliquo beneficio controuersia fit, quorum vterq; suum feudum propriũ esse dicat: siue asserant eundem inuestitorem siue diuersos: coram iudice vel arbitro finiatur.

Sed cùm vnum producunt inuestitorẽ: si possidenti dñs guarentizare voluerit: sine fraude ipse obtinebit: nisi aduersarius ꝓ aliquid induxerit.

Dominus sine vasalli voluntate feudum alienare nõ potest: sed hoc nõ seruatur Mediolani. Bald.

Ex eadem lege dẽscẽdit, ꝙ dñs sine voluntate vasalli feudum alienare c non põt. quod Mediolani non obtinet. ibi. n. sine curia. etiam beneficiũ totum. d rectè alienaẽ: dum tamen aut æquali e domino aut maiori vendatur. Inferiori verò sine vasalli voluntate non licet partem alienare, & maiori, retẽta parte alia feudi. v. g. est vasallus, qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet: si partem feudi in vno loco vendat, in alio sibi teneat. ille non debet emptori seruire, sed per priorem dominum totum beneficium recognoscere. cum curia verò cuicunque beneficium etiã rustico & sine vasalli voluntate potest, dum tamen non totum alienetur. Obert. Quidam autem dicunt, & Gerard. non valere, si fiat inferiori.

Non potest regulariter vasallus feudum sine voluntate domini alienare: nisi det alij in feudum, & persona sibi æquali. Bal.

Similiter nec vasallus feudum sine voluntate domini alienabit: in feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, quæ feudo seruire possit: vt si dans miles est: & ille: qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc, vt feudum si contigerit, domino similiter seruire f vt & prior possit: & hoc vt dare liceat in infinitum. g

In quibusdam tamen curiis vltra tertiam personam h feudi concessio non extendi

---

ff. de iis qui. vt indi. l. post. §. en libertas. Item quia officium proprium nõ debet ei esse damnosum. a Si longa sit. istud §. expositum est, & intelligẽdum est, sicut supra dictũ est.

DE LEGE Conradi.

b Ex conradi. Si inter duos pares. Quod in isto c. dicit, obseruatur. quicquid sit expositum. c Feudum alienare. quicquid de alienado feudo obseruandum sit, hic subtiliter distinguitur: sed qualiter sit intelligendũ, in cõstitutione Fride. determinabitur. Not. tamẽ est, ꝙ licite cum vniuersitate transit quod per se transire non potest. ff. de fun. do. l. et. ff. de acq. re. l. quidam. nam licitũ est insolidũ quod pparte nõ liceret. no. in l. i. dis. Py. 6. chat. cit. licitum est insolidum qd pro parte nõ liceret: licet contra notetur in seq. duobus tit. d Totum. quod in curia habetur. quare patet, quædam per se non transeunt quæ cum vniuersitate trãseũt. ff. de Þhen. em. & ven. l. in modicis. & de act. emp. & ven. l. si mercedem. §. si cõ. & de acq. re do. l. damn. & de fun. do. l. & ao. in l. i. dis. Py. s. chat. ti. licite cum vniuersitate trãseũt, quæ aliàs transire non possent, licet contra in tit. ibidem seq. e Aut æquali. hic ego nota, ꝙ licitum est mihi per alium quod per meipsum licebat: dummodo sit pariter bonum illud, sicut & aliud vi num eiusdem generis & bonitatis recte soluitur, vt no. ff. si cer. pet. l. cũ quid, & hoc no. Ẽm consuetudinẽ Medio. pro qua argu. plus seperitur in ff. quæst. in qua sit itur, vtrum vasallus possit per alium feudo seruire. f Similiter seruire. videtur ꝙ secunda psona feudo debeat seruire. sed non debet, vt arg. ff. vsufr. quemadmodum caue. l si vsufr. leg. & §. ũ de feu. cõtrouer. fuerit. e. beneficium. Accut. g In infin' tum nota hic, ꝙ infinitas lllicitum vel illicitum non vitiat, nec excusat, vt ff. de annuis la. l. annua. §. annua. h Tertiam personã. & hoc pp infinitatẽ euitandam. vt ff. de dam. infec. l. qui bona. sed hic quæritur, à quo dño vendicet, ed in quartã personã peruenerit? vtique à primo, vt opinor. Sed ndquid tenetur de euictione tenetur? vtiq. nisi fal lor, ac si de re aliena fecisset inuestiturã. vt §. de inuestitu. rei alienæ. §. cum de re aliena. cum distinctione tamen. quæ est

---

Feudũ cũ vniuersitate transit.

Licet in solidũ qd p parte nõ liceat.

Res illæ per se non transeunt quæ cum vniuersitate transeunt.

Infinitas licita aut illicitum nõ vitiat.

est sibi, sciens aut ignorans receperit alienum. & est ratio quia primus dominus admittitur ad vendicandum, & nō secundus, quoniam ea ratione, qua non potest dominus primus tertium conuenire: ex eadem secundus non poterit conuenire quartum. Sed pone in quintam personam transitum fecisse: quis tunc præfertur? Respond. ad hoc primus: quia primo sibi fuit apertum, nec renunciauit iuri suo. vt ff. de seruis export. l. Titius. Sed opponitur quòd secundus vasallus vel primus habet vtile dominium, et dominus directū, vnde videtur quod vasallus qui habet vtile, præferatur: sicut dicitur de actione vtili & directa: quia directa postponitur, vt ff. de super. l. 1. §. 3. huic studio sui respondeat. Acc.

[a] Masculis. hic ergo appellatione hæredis solus masculus continetur, sed supra etiam aliter notatur de feu. alie. §. inde potest præsumi. Item hic notatur, quod non potest quis plus iuris in alium transferre quam ipse habeat, vt ff. de regul. iur. l. nemo.

leris non transfert quis plus in alium, quàm habeat.

Item hic notatur secundum sententiam posteriorum mortem alienatoris spectandam esse, sicut notatur. 3. de succes. feu. in prin.

[b] Ab eo auferatur. illud contingit propter inficiationis pœnam: quemquam varie in fin. libelli dispu. sy. reperiatur, & hoc si non negauerit aliud si dixerit se nescire vel ignorare. quod intelligendum est secundum sententiam inferiorem, scilicet vbi sciebat & ex certa scientia dixit se ignorare: quod priuetur tunc. argu. ff. de inge. ma. l. penultima.

tur: vt cùm feudum peruenit in quartam personam, ei auferre dominus possit. Profectò ille, qui suum beneficium alij dat in feudum: nō debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat: vt si habeat sibi suisque hæredibus (quod itelligi debet de solis masculis) [a] non debet alij dare, vt habeat ipse & sui hæredes masculi & fœminæ. Vnde quibusdam placet, quòd qui taliter dedit, eo ipso beneficiū amittit. Gerardus & alij dicunt, quòd qui dedit, & cui datum est, beneficiū perdit. Secundū alios verò tunc dño aperitur, cum masculi defecerint. *Si contentio est inter dominum & vasallum, aut vasallus feudum inficiatur, & dominus contra eū probat, & tunc amittit feudum: aut dubitanter respondet, & nō amittit. Bald.*

Si fuerit inter dominum & vasallum de beneficio controuersia, domino dicente, hoc quod tenes in feudum à me habes: ille verò negauerit prorsus: si quidem probatum fuerit: ipsum ab eo auferatur. [b] Sed cū dubitanter responsum fuerit, nescio: minimè, secundum quosdam: sed secundum alios tunc demum priuabit, si fraudulenter i. sciēs hoc negauerit. [c]

TITVLVS XXXV.

DE CLERICO qui inuestituram facit.

Primò tractat de inuestitura facta à clerico de rebus proprijs. Secundò de rebus ecclesiæ quas tenet inuestitor. Tertiò de rebus ecclesiæ, quas tenet alius in feudum. Quartò de inuestitura facta ab archiepiscopo vel episcopo & alijs clericis de rebus ecclesiæ, quæ à nemine detinentur. Bald.

Clerico inuestituram faciente de suis bonis [d] eius successor omnifariā [e] cogitur eam adimplere. cumque de bonis ecclesiæ eā fecerit, si possessio rei pro beneficio inuestituræ penes eum fuerit: ipse & eius successor ipsam adimplere debeant, quod et in laicis contingit. Vbi verò de alterius feudo fecerit inuestituram, si quidem purè, non valeat: sed si sub tpe vel conditione, quo feudum sibi aperiatur, valebit inuestitura & sine voluntate vasalli facta. Si tamē antè decesserit inuestitor, quàm feudum ad eum reuertatur: successor non cogitur eam habere ratam: aut cùm se viuente feudum apertum fuerit possessionē tradat, & inuestituram adimpleat. & ideo sciendum est, archiepiscopum Mediolanensem nō posse dare in feudum quod tpe introitus sui in dominico inuenerit: sed si ei postea feudū aperiatur: ipsum rectè dabit. Profectò alij episcopi & clerici ea, quæ i dominico habent, & feuda his aperta olim dederāt, & hodie dant.

TITVLVS XXXVI.

AN MVTVS, VEL ALIAS imperfectus feudum retineat.

Succedit militi patri mutus aut aliter imperfectus in feudo. Bald.

Mutus & surd[9], cæcus, claud[9], vel aliter imperfectus ēt si sic nat[9] fuerit, totū feudū paternū [f] retinebit. Obert[9] & Gerard[9] & multi alij. Quidā tñ

[c] Sciens hoc negauerit. istud videtur verum quando propter ignorantiā doli præsumptio repellitur ff de liber. ho. exhib. l. 3. §. is qui. & ff. de reg. iur. l. non potest.

DE CLERICO qui inue. &c.

[d] Clerico De suis bonis. Cū clericus dat in feudum de suis rebus, similis est laico, sed cum de rebus ecclesiæ, non sic, vt hic dicitur, quòd autem hic dicitur de feudo, quòd aperiatur & non de alio, male hodie obseruatur. vnde aliud capi. quidam habent in quo contrarium dicitur, & legitur, & incipit, archiepiscopo &c.

[e] Omnifariam. nam quod à defuncto inchoatum est, per hæredem explicari debet. ff. de fideiusso. & nominato. & hæredibus tu. & cura. lege 1.

AN MVTVS, vel aliàs imperfectus feudū retineat.

[f] Mutus. Feudum paternū. totum verò feudum non: vt tamen si feudum fuerit ita magnum, quod eo sibi ablato se exhibere non valeat: tunc debet ei tantum de feudo relinqui, vnde se sustinere possit, vt supra episcop. vel ab. feud. da nō pos. §. mutus. Acc.

Non pos.

ff. de his qui vt indi. l. post. §. an libertas. Item quia officium proprium nõ debet ei esse damnosum.
a Si longa sit. istud t. expositum est, & intelligẽdum est, sicut supra dictũ est.

DE LEGE Conradi.

b Ex conradi. Si inter duos pares. Quod in isto c. dicit, obseruatur, quicqd t. sit expositum.
c Feudum alienare. quicquid de alienãdo feudo obseruandum sit, hic subtiliter distinguitur: sed qualiter sit intelligendũ, in cõstitutione Frid. determinabitur. Not. tamẽ est, q licite cum vniuersitate transit quod per se transire non potest ff. de fun. do. l. 1. & ff. de acq. re. l. quidam. nam licitũ est insolidũ quod p parte nõ liceret. no. in li. dis. Py. 6. char. tit. licitum est insolidum qđ pro parte nõ liceret: licet contra notetur in seq. duobus titu.

Feudũ cũ vniuersitate transit.

d Totum. s. quod in curia habetur. quare quædam per se non transeunt quæ cum vniuersitate trãseũt: ar. ff. de cõtrah. em. & ven. l. in modicis, & de act. emp. & ven. l. si mercedem. §. si cũ. & de acq. re do. l. quidam. & de fun. do. l. 1. & no. in li. dis. Py. 3. char. tit. licite cum vniuersitate trãseũt, q alias transire non possunt, licet contra in ti. ibidem seq.

Licet in solidũ qđ p parte nõ licet.

e Aut æquali. hic ergo nota, q licitum est mihi per alium quod per meipsum licebat: dummodo sit peræque bonum illud, sicut & aliud vinum eiusdem generis & bonitatis recte soluitur, vt no. ff. si cer. pet. l. cũ quid, & hoc no. sm consuetudinẽ Medio. pro qua argu. plus reperitur in

Pas. ad hoc insti. tut. de in. nat. gẽ & cu. § sed & qđ psi.

tur dominus sine iuramẽto, sed vasallo possidente, & domino in probatione deficiente, si longa est possessio vasalli: sibi defertur sacramentum: si noua, defertur domino, nisi præsumptio sit pro vasallo. Bal.

Item si inter dñm & vasallum cõtrouersia sit de beneficio: posfidente dño, & vasallo in probatione deficiente: qui conuenit, nullo pstito sacramento absoluatur. vasallo vero possidẽte, & actore in pbatione deficiẽte: si longa sit a vasalli possessio, eius iuramento cãfiniat. vbi verò noua est possessio: sacramentũ ei non præstabitur, sed domino deferet: nisi aliud faciat pro possidente.

TITVLVS XXXIIII.

DE LEGE Conradi.

Si inter capitaneos regis est contentio: coram rege debet definiri per l. Cõradi. si verò inter valuasores, coram paribus curiæ. Bal.

Ex Conradi de beneficio: quæ dicit. Si inter capitaneos cõtrouersia sit, coram rege finiatur: si inter valuasores: coram paribus curiæ: Mediolani non tenetur: † Sed. talis distinctio ibi obseruatur, quia si inter duos, quicunque fuerint, de beneficio regali controuersia fuerit, quorum vterque à rege dicit inuestitum fuisse: tunc causa coram eo decidatur. cæteræ verò causæ apud pares curiæ. Si aũt inter pares b duos de aliquo beneficio controuersia sit, quorum vterq;

suum feudum propriũ esse dicat: siue asserant eundem inuestitorem siue diuersos: coram iudice vel arbitro finiatur.

Sed cùm vnum producunt inuestitorẽ: si possidenti dñs guarentizare voluerit: sine fraude ipse obtinebit: nisi aduersarius ꝯ aliquid induxerit.

Dominus sine vasalli voluntate feudum alienare nõ potest: sed hoc nõ seruatur Mediolani. Bald.

Ex eadem lege dẽscẽdit, q dñs sine voluntate vasalli feudum alienare c non põt. quod Mediolani non obtinet. ibi. n. sine curia. etiam beneficiũ totum. d rectè alienat: dum tamen aut æquali- e domino aut maiori vendatur. Inferiori verò sine vasalli voluntate non licet partem alienare, & maiori, retẽta parte alia feudi. v. g. est vasallus, qui ab eodem domino in pluribus locis feudum tenet: si partem feudi in vno loco vendat, in alio sibi teneat: ille non debet emptori seruire, sed per priorem dominum totum beneficium recognoscere: cum curia verò cuicunque beneficium etiã rustico & sine vasalli voluntate potest, dum tamen non totum alienetur. Obert. Quidam autem dicunt, & Gerard. non valere, si fiat inferiori.

Py. quæst. in qua quæritur, vtrum vasallus possit per alium feudo seruire.
f Similiter seruire. videtur q secunda psona feudo debeat seruire. sed non debet, vt arg. ff. vsufru. quemadmodum caue. l. si vsufr. leg. & s. si de feu. cõtrouer. fuerit. c. beneficium. Accur.
g In infinitum nota hic, q infinitas licitum vel illicitum non vitiat, nec excusat, vt ff. de annuis le. l. annua. §. annua.
h Tertiam personã. & hoc pp infinitatẽ euitandam, vt ff. de dam. infec. l. qui bona. sed hic quęritur, à quo dño vendicetur, cũ in quartã personã peruenerit: & vtique à primo, vt opinor. Sed nũquid tertius de euictione tenetur? vtiq; nisi fallor, ac si de re aliena fecisset inuestituram, vt s. de inuestitu. rei alienæ. §. cum de re aliena. cum distinctione tamen, quæ est

Infinitas licitũ aut illicitum nõ vitiat.

Non potest regulariter vasallus feudum sine voluntate domini alienare: nisi det alij in feudum, & personæ sibi æquali. Bal.

Similiter nec vasallus feudum sine voluntate domini alienabit: in feudum tamen recte dabit, si secunda persona sit talis, quæ feudo seruire possit: vt si dans miles est: & ille: qui accepit feudum, inueniatur miles, ad hoc, vt feudum si contigerit, domino similiter seruire f vt & prior possit: & hoc vt dare liceat in infinitum. g

In quibusdam tamen curiis vltra tertiam personam, h feudi concessio non extendi

est sibi, sciens aut ignorans receperit eiusdem, & est verò tunc primus dominus admittitur ad vendicandum, & nō secundus, quoniam ea ratione, qua non potest dominus primus tertium conuenire: ex eadem secundus non poterit conuenire quartum. Sed pone in quintam personam transitum fecisse: quis tunc præfertur? Respond. ad hunc primus: qui primo sibi fuit apertum, nec renunciauit iuri suo, vt ff. de seruis export. l. Titius. Sed opponitur quòd secundus vasallus vel primus habet vtile dominium, at dominus directū, vnde videtur quod vasallus qui habet vtile, præferatur: sicut dicitur de actione vtili & directa: quia directa postponitur, vt ff. de supe fi. l. 1. §. 3. huic studio sus respondeat. Acc.

a Masculis. hic ergo appellatione hæredis solus masculus continetur, sed supra etiam aliter notatur de feu. elic. §. inde potest præsumi. Item hic notatur, quòd non potest quis plus iuris in alium transferre quam ipse habeat, vt ff. de regul. iur. l. nemo.

Iuris non transfert quis plus in alium, quàm habet.

Item hic notatur secundum sententiam posteriorum mortem alienatoris spectandam esse, sicut notatur. ī. de succes. feu. in prin.

b Ab eo auferatur. illud contingit propter inficiationis pœnam: quanquam varia in fin. libelli dispu. Py. reperietur, & hoc si non negauerit aliud si dixerit se nescire vel ignorare. quod intelligendum est secundum sententiam inferiorem, scilicet vbi sciebat & ex certa scientia dixit se ignorare: quòd priuetur tunc. arg. ff. de inge. ma. l. penultima.

tur: vt cùm feudum peruenit in quartam personam, ei auferre dominus, possit. Profectò ille, qui suum beneficium alij dat in feudum: nō debet alia lege dare, nisi qua ipse habeat: vt si habeat sibi suisque hæredibus (quod itelligi debet de solis masculis) a non debet alij dare, vt habeat ipse & sui hæredes masculi & fœmine. Vnde quibusdam placet, quòd qui taliter dedit, eo ipso beneficiū amittit. Gerardus & alij dicunt, quòd qui dedit, & cui datum est, beneficiū perdit. Secundū alios verò tunc dño aperitur, cum masculi defecerint. *Si contentio est inter dominum & vasallum, aut vasallus feudum inficiatur, & dominus contra eū probat, & tunc amittit feudum: aut dubitanter respondet, & nō amittit. Bald.*

Si fuerit inter dominum & vasallum de beneficio controuersia, domino dicente, hoc quod tenes in feudum à me habes: ille verò negauerit prorsus: si quidem probatum fuerit: ipsum ab eo auferatur. b Sed cū dubitanter responsum fuerit, nescio: minimè, secundum quosdam: sed secundum alios tunc demum priuabitur, si fraudulenter i. sciēs hoc negauerit. c

TITVLVS XXXV.

DE CLERICO qui inuestituram facit.

Primò tractat de inuestitura facta à clerico de rebus proprijs. Secundò de rebus ecclesiæ quas tenet inuestitor. Tertiò de rebus ecclesiæ, quas tenet alius in feudum. Quartò de inuestitura facta ab archiepiscopo vel episcopo & alijs clericis de rebus ecclesiæ, quæ à nemine detinentur. Bald.

Clericus inuestituram faciente de suis bonis d eius successor omnifariā e cogitur eam adimplere. cumque de bonis ecclesiæ eā fecerit, si possessio rei pro beneficio inuestituræ penes eum fuerit: ipse & eius successor ipsam adimplebit, quod et in laicis contingit. Vbi verò de alterius feudo fecerit inuestituram, si quidem purè, non valeat: sed si sub tēpore vel conditione, quo feudum sibi aperiatur, valebit inuestitura & sine voluntate vasalli facta. Si tamē antè decesserit inuestitor, quàm feudum ad eum reuertatur: successor non cogitur eam habere ratam: aut cùm se viuente feudum apertum fuerit possessionē tradat, & inuestituram adimpleat. & ideo sciendum est, archiepiscopum Mediolanensem nō posse dare in feudum quod tēpore introitus sui in dominico inuenerit: sed si ei postea feudū aperiatur: ipsum rectè dabit. Profectò alij episcopi & clerici ea, quæ ī dominico habent, & feuda his aperta olim dederāt, & hodie dant.

TITVLVS XXXVI.

AN MVTVS, VEL ALIAS imperfectus feudum retineat.

Succedit militi patri mutus aut aliter imperfectus in feudo. Bald.

Mutus & surd⁹, cæcus, claud⁹, vel aliter imperfectus ēt si sic nat⁹ fuerit, totū feudū paternū f retinebit. Obert⁹ & Gerard⁹ & multi alij. Quidā tū

c Sciens hoc negauerit. illud videtur verum quando propter ignorantiā doli præsumptio repellitur ff de liber. ho. exhib. l. 3. §. is qui. & ff. de reg. iur. l. non potest.

DE CLERICO qui inue &c.

d Clericus De suis bonis. Cū clericus dat in feudum de suis rebus, similis est laico, sed cum de rebus ecclesiæ, non sic, vt hic dicitur. quòd autem hic dicitur de feudo, quòd aperiatur & non de alio, male hodie obseruatur. vnde aliud capi. quidam habent in quo contrarium dicitur, & legitur, & incipit, archiepiscopo &c.

e Omnifariam. nam quod à defuncto inchoatum est, per hæredem explicari debet. ff. de fideiusso. & nominato. & hæredibus tu. & cura. lege 1.

AN MVTVS, vel aliàs imperfectus feudū retineat.

f Mutus. Feudum paternū. nouum verò feudum non: verumtamen si feudum fuerit ita magnum, quod eo sibi ablato se exhibere non valeat: tunc debet ei tātum de feudo relinqui, vnde se sustinere possit, vt supra: epi. scop. vel ab. feud. da nō pos. §. mutus. Acc.

Non pos.

dicũt, eũ, q talis natus est, feudũ retinere nõ posse: a qa ipsũ seruire nõ valet b Sic dicim' i clerico, & i fęmina, & in similibus. c

TITVLVS XXXVII.

AN ILLE, QVI INterfecit fratrem domini sui feudũ amittat.

Vasallus si fratrem domini sui interfecit, non amittit feudũ, sed si fratrem suum occiderit proditionaliter, vel aliam feloniam commisit, vt sine verecundia in curia esse non possit, feudum amittit & transit ad agnatos si autem peccauit in dominum, reuertitur ad dominum. Bald.

SI qs interfecerit fratrem dñi sui, nõ iõ beneficium amittit; sed si fratrẽ suũ interfecerit ad hoc, vt totã hereditatẽ habeat, vel aliã feloniam commiserit, v.g. hominem tradendo, vt in curia amplius stare non possit: d priuabitur beneficio. Quia tamen erga dominum non fuerit facta, ad agnatum proximiorem feudum pertinebit, si paternum fuerit eodem prorsus obseruando quãtum ad ordinem gradus, qui cõtinetur in legibus. Cùm autem ad dominũ respicit felonia feudũ tunc domino aperitur. Non cogit e vasallus omnino secundum vsum Mediolanensem dominum adire, & seruitiũ ei offerre: f sed cũ nunciatum ei fuerit, tunc domino, si potest, seruiat.

TITVLVS XXXVIII.

DE VASALLO, qui contra constitutionem Lotharij regis beneficium alienauit.

Vasallus in quantum beneficium alienauit inscio aut nolente domino in hoc grauatur, quia alienatum ad dominum redit. Bald.

SI vasallus contra cõstitutionẽ Lotharij regis beneficium alienauerit: si totum: perdat totum: si partem, g partem perdat, & ad dominũ reuertatur. Et ideo si contra vnum dominorum, quorum cõmunis vasallus erat, fecerit feloniam, cum fortè cucurbitando eius, solius partẽ priuabitur: & si voluerit viuus, solius partem refutare, h alijs sibi reseruatis hoc facere poterit: quia vasallus etiam sine domini voluntate rectè feudum refutare potest: post refutationem tamen ad seruiendum non tenetur. i sed eũ quidẽ tunc offendere non debet. k

a Non posse. & hoc forte secundum illos potest eodẽ modo intelligi, vt de nouo feudo ꝓxime dixim⁹.
b Non valet. Sed nunquid hic si valet per substitutum seruire, possessionem retinebit * tunc.
c In similibus. vt supra, de eo qui arma bellica deposuit capit. 1. & titul. si de feud. controuersia fuerit. c. qui clericus & titu. si de feudo fœm. cap. 1. §. ex hoc. & ita videtur hic assignari ratio, quare fœmina non potest retinere feud. s. quia ei seruire non potest sicut & alibi dicitur, quod filia non recipit compositionem patris sui occisi: quia faidam leuare non potest, vt in Lombar. de ho. li. ho. §. si quis longo.

AN ILLE, QVI interfe &c.

SI quis. Nõ possit. ac si aperte dicat, si talem cõmiserit feloniam q in curia morari non põt, debeat feudo priuari: moraturi dico sine verecundia, nã q sine verecũdia non potest consistere, non intelligit existere, posse: sicut non potest exigi, qđ sine verecundia non põt postulari. vt ff de vsur. l. 3. in fin. Vnde denegatur doli exceptio cõtra patrem qa pudorẽ apud bonos & graues sugillat, vt ff. de do. exce. l. apud Celsum. §. aduersus, & ff. de obse. à li. pa. præstan. l. licet. vnde etiam si aliquis sine dedecore suo in publico non potest apparere, non posse intelligatur, nisi propter suum delictum restinatur. ff. ex quibus cau. ma. l. in eadem. sed & si arbiter in aliquo loco inhonesto litigatorem adesse, iusserit, parere non tenetur, vt ff. de arbi. l. si eum dies. §. pen. sed propter hoc verbum di... quòd portæ dignitatum infamibus claudantur, vt C. de dign. l. neque famosi. vel intelligas, vt in curia amplius &c. & ad hoc vt in curia propria amplius esse non possit, à feudo priuatur. Sed prima verior est, in hac significatione ponit, vt qñ dr. agi vt dãnũ ꝯsequat, vt ff. de aqua plu. arcen. l. si Titius. § 1.
e Non cogitur. hic possunt notari multa similia, nã si vendidi tibi meam rem ea cõditione, vt intra 30. dies promitterem tibi de duplo: postea nequiui stare intra 30. dies, & hoc non desiderasti, tibi non teneor. ff. de act. emp. l. emptorem. §. denique. Item si denuncio tibi nouum opus, non iurabo de calumnia nisi iusiurandum exigas. ff. de oper. nou. nunc. lege de pupillo. §. qui nũciat. sane argumen. sunt in contrarium C. de contrahend. & com. stipu. lege, magnam. & de iure emphy. l. 2.
f Offerre. nisi sciat magnum periculum imminere, vt s. hic si miserit lex. §. ad hoc & s. si de feu. contro. fue. licet vasallus.

DE VASALLO, qui contra constitutionem &c.

SI vasallus. Partem. hic manifeste colligitur, q non est vltra puniẽdus quis quàm deliquerit, & merito: qa nõ debet vltra progredi pœna, quàm reperiatur delictum. C. de pœn. lege, sancimus & ff ad Trebel. lege. Paulus respon & ff. de ijs q. vt indign. lege. hæres nam & cum inofficiose testatur testatori si in solo institutione delinquens conuincitur. in ea sola punitur: quia ipsa infirmatur: cætera verò manent. vt in authen. vt cũ de app. cogno. col. 8. Arg. contra. ff de tutend. rui. nau. sta. lege. 2. §. fin. & in summa quoque vij. lib. dictum quod autẽ dicitur ad dominum reuertetur, qualiter hoc sit intelligendũ, in const. Frid. determinabitur. Item qđ dicit, eius solius &c. per hoc sumit', quòd hæc non est talis felonia, quòd in curia apparere non possit: nam si esset talis, tũc à toto priuaretur, vt s. proe. c. si quis interfecerit.
h Refutare. hoc non est omittendum: quia sæpissime quæritur, nunquid idẽ ast in libellario. & in conductore: ad quod rñ. non esse idẽ, sed quæritur, quæ sit ratio diuersitatis? Respon. hoc in thesauris determinabimur.
i Non tenetur. argumen. C. de nat. libe. l. si quis in fin. ꝫ respon.
k Non debet. Hoc dictum est in memoriam fidelitatis &c.

*Glossat. hic monet qõnẽ cui nõ satisfacit, tu in hoc dicito vt p ia. Bel. hic.

Fęmina quare feudum retinere non potest.

Punitiõ debet qs vltra quã deliquit.

*Glo hic p thesauros intelligit libe. fyl. Nota in huiũ gl. decisio neque bona est, & idam cũ ea tenet Spec. 11. de loc. in §. nunc aliqua. vers. 158 & probatur p l. quicunq; C. de fun. patr. lr. 11. & in aut. de aliena tio. & emphy. §. si vero qs.

dis & infamandi sive prioris amicitiæ, sicut de decurione dicitur. nam ipso damnato nō tamen quęstioni subijcitur. itē & si desierit esse decurio, & postea dānatur: non est tamen torquendus, scilicet propter memoriam prioris dignitatis. vt ff. de decu l. fi. & simile est etiam quod dicitur de servo, qui in metallum damnatus & post restitutus est: quia licet domino non reddatur, tamen ei iniuriosus esse non debet. vt C. de sen. pas. l. frustra. Py. videntur enim durare reliquiæ prioris fidelitatis & amicitiæ. argu. ff. communi dividun. l. en hoc iudicio. §. pen. nec videtur omnino falsum, quod innatur in primordio veritatis. ff. de leg. 2. l. cum filius. § heres. Sed quid si eum offendat? Respon. punietur secundum qualitatem delicti: inspecta etiam persona domini: & eius etiā inspecta priori amicitia, & cuius culpa accidit.

TITVLVS XXXIX.

DE ALIENATIONE paterni feudi. [a]

Vasallus feudum paternum etiam domini voluntate alienare non pōt, non consentientibus agnatis: nec etiam potest vasallus filiā suam investiri facere à domino agnatis non consentientibus, nec ratū habētibus: sed agnatis licet alienare, & ad libellū dare, nec dicitur libellus, sed quasi refutatio erit. Hal.

Alienatio feudi paterni [b] non valet etiam domini voluntate nisi agnatis cōsentiētib. [c]

e DE ALIENATIONE paterni feudi.

Alienationis verbo intelligo de omnibus alienationibus, sive fuerit pignori obligatum, sive venditum sive vsusfru in eo cōstitutus fuerit, sive servitus imposita. C. de re. alie. non alienan. leg. vlt. & in cōstitutione Frid. imperialem &c. & bene dicit de servitute quòd non poterit vasallus eam imponere feudo: servitutem autem bene poterit acquirere, quoniā meliorem conditionem fundi facere potest: deteriorē verò non sine domini voluntate, vel eius agnatorū per quos pervenire ad successionē potest, vt s. de investit. rei alie §. rei autē. Sed nunquid intelliges hoc, quòd alienationis verbo intelligatur & feudi datio, vt hodie nō possit feudum dari sine permissu domini, per hoc quod hic dicitur, & in cōstitutione Frid. imperialem? Respon. vt quòd sic debeat intelligi, quoniā verbo alienationis omnis actus continetur, per quē dominium trāsfertur. C. de fun. dota. l. 1. at in vasallum transfertur saltem vtile dominium à domino, quando investitur. sic ergo habet vtile dominiū dando feudum. similiter illud transfert saltē vtile, & si transfert, ergo alienat. sic ergo cui prohibita est alienatio, prohibita est feudi datio. quod autem transferatur in vasallum vtile dominiū, probatur: quia datur ei vtilis actio pro feudo ipso, vt j. de cōtro. inter vasal. & alium ca. si cōtroversia inter vas. imo etiam quam dominus potest illud quasi vēdicare è quolibet possidēte. s. si de invest. rei alie §. rei autem. sicut alias dicitur de superficiario. s. quòd habet vtile dominiū, eo q; datur ei vtilis actio. vt ff. de rei vē. l. superficiario. & de pig. ac. l. tutor. §. fi. Idem etiam dicitur de emphyteuticario. & de eo qui nō ad modicum tempus fundum conducit, & tempus nō est finitū: quibus similiter vtilis datur, vt ff. si ager vect. vel emphy. pe. l. 1. §. fi. & l. vlt. item alia ratione, nā (vt dictū est) verbo alienationis continetur vsusfru. datio, vt dictū est p legem vlt. C. de reb. alie. non ali. at cum res in feudū datur, proprietas quidem retinetur penes dnē, vsusfructus autem ita in accipientem transfertur, vt ipse & sui hæredes (quod plus est) in perpetuū habeāt supra in quib. cau. feu. amit. circa prin. ergo per consequentiam alienat. ita. quòd sine consensu domini hoc facere nō debeat: nā & aliàs dicitur, quod vsusfructus (multis casib. est domini) pars, vt ff. de vsu fru l. 4. vnde etiam iure consuetudinario videtur hoc confirmari. s. quod hodie nō possit in feudū dari sine consensu domini: ex quo dicitur quòd res, cuius alienatio prohibetur, non potest infeudari, vt supra, per quos fiat investi. & p quos rei § sed & res. sed interdicta est alienatio feudi per cōstitutionem Frider. imperialem & per hoc quod hic dr. ergo infeudatio est interdicta. E contra videtur, quod hodie possit in feudum dari, sicut olim poterat. cum nō prohibeatur expressim, quod enim non mutatur, quare stare prohibetur? vt C. ad test. l. sancimus, & C. de app. l. præcipimus. nam quicquid nova lege non videtur expressum specialiter id videtur derelictum regulis veterū legum & consti. vt C. de app. l. præcipimus in fin. sicut ergo olim poterat, sic hodie potest, dum tamen fiat sine fraude, vt supra, qua. po. olim feu. ali. circa prin. imo per legem Corradi videtur permissum, vt supra de le. Corrad. §. similiter nec vasal. vnde videtur dicendum, q; hic & in prædict. constitu. Lothe. loquatur tantum de fraudulenta alienatione, & non de datione in feudum, nisi fiat in fraudem: puta forte pretium verū rei accipienda sub colore investiturę: quod per dictam constitutionē prohibetur. § callidis insuper &c. & ita non obstat quod dicitur, res cuius alienatio prohibetur &c. quoniam ibi loquitur de prohibitione rei specialis: puta quando prohibita est à testatore secundū quod ibi videtur dici. Vnde nec forte tutum est dicere, quòd vtile dominium in vasallum transferatur, nec etiā aliquod. nā licet dicatur, quod vtilem habeat actionem: per hoc tamen nō dicitur, quòd habet dominium aliquod. licet enim per beneficiū res sibi in feudum data ad eū spectet: proprietas tamē penes aliū remanet, s. de inve. rei alie §. rei autē. alias autē vtilis datur rei vēdicatio ei qui non est dominus directo nec vtiliter, sicuti & ei datur pub. vt insti. de actio. §. ecce pleroque, & per totum titu. de pub. ergo si non habet dominium non videtur dando in feu. alienare. Quid ergo dicemus? Respond. sine præiudicio melioris sententiæ, puto quòd hodie recte possit in feudum dari, dū tamen noverit, & sine fraude fiat: secūdum quod s. dicitur, qua. olim po feu alie. circa prin. quod etiā potest perpēdi ex prædi. §. callidis, & ex alio §. eiusdem cōsti. illud quoque præci. vt si vas de feudo suo alium vas. habuerit &c quasi videatur permittere: quod possit infeudare, dum tamen sine fraude fiat, vt dixi, puta quia secūdus vas eodē modo possit feudo servire sicut prior. itē q2 nō dat in feud. alia lege, nisi qua ipse habet. nam contra hoc nō potest facere, vt s. de lege Corra. §. ex ea lege. item quia non vendidit feudum accipiendo pretium sub colore investi quod prohibetur per prædictum § callidis: & hoc videtur hodie per totum obtinere, & ita prædi. l. est interpretanda. ergo non est hæc interpretatio immutāda, minime enim mutanda sunt, quæ interpretationem certam habent, vt ff. de leg. l. minimè. est enim optima legū interpres consuetudo, vt prædi. titu. si de interpretatione, recte enim potest dici non alienare cum nihilominus remaneat domini vasal.

Alienatio: Alienatio est verbo dis actus per quem transfert dñi continetur.

Mutari non debent quæ interpretationem certā habent.

A Lienatio feudi paterni. quod autem est feudum paternum, dicitur infra, de natu. successio. feudi. capitu. 1. in fin. & supra, de gradib. successio. in feudo. capit. primo.

c Consentientibus. tunc enim bene valeret, nec ab ipsis posset postea revocari. vt s. qui. mod. feu. amitt. § præterea.

ad quos beneficium quã doq; sit reuersurũ nec in filia [a] vasallus feudũ poterit confirmare agnatis non consentientibus, vel postea ratum non habentibus. [b] & licet prohibeatur beneficij alienatio inter agnatos: tamen si paternum fuit, cõcedetur: [c] & si bel ũ vnus alteri fecerit de feudo paterno, non est libellus, sed quasi refutatio. Si inter [†] dominum & vasallum de beneficio fuerit controuesia: coram paribus finiatur. Vbi autem dicit vasallus prius de suo recto feudo debere se à domino inuestiri: si quidem sine controuersia de alio sit vasallus, indubitanter primò inuestiendus est: & postea cognoscẽdũ est, quod sit suum rectum feudũ, aut quod non. Sed si nihil aliud ab eo tenet pro beneficio, nisi de quos controuersia est, tunc tota causa prius ventilanda est, & sic videndum, vtrum postea inuestiendus sit.

De felonia, aut de infidelitate secundum cõsuetudinem Mediolanen. non fit pugna: sed secundum legem Lomb. Bald.

Non est consuetudo Mediolani, vt de felonia aut de infidelitate pugna fiat, licet contrarium sit, quod præcipit lex Longobardorum, [d] vt de infidelitate pugna fiat. Si morte vasallus dominum liberare potuerit, [e] & non fecerit, beneficio carebit: sed licet potuerit facere, ne dominus in peccatum præcipitaretur, veluti periurium, [f] non tamen feudo priuandus erit.

TITVLVS XL. DE CAPITVLIS Conradi.

Si vasallus, vel eius hæres intra annum & diem veterem nõ petierit inuestituram à domino vel hærede eius, feudum amittit: sed Mediolani non seruatur. Bald.

HAec sunt capitula, quæ rex Conradus fecit in Romandiola de beneficijs. Constituit enim, vt si post mortem domini vasallus, vel post mortem vasalli heredes eius per annũ & diẽ steterint, [g] quòd dominũ vel heredem eius non adierint, fidelitatem pol-

[a] Nec in filiam. veruntamen si confirmauerit in filiam, filia ipsum retinebit, donec pater vixerit: sicut dominus, si sibi refutatum fuerit, licet agnati nõ cõsensarent, vt I. de suc. feu. circa princ.

[b] Non habentibus. nimirum ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur, vt ff. de so. l. non licet, & C. ad Mace. l. fina. licet sit arg. contra. ff. de offi. procon. l. obseruare in fin.

[c] Concederetur. & merito: quia tunc nõ dicitur alienatio, sed quasi refutatio, vt in si dicitur, & quæcunque sup. supra per quos fiat inuesti. & per quos recipia. §. sed & tes. hic potes repetere.

[d] Longobardorum. vt in Lombar. qua. quis se defen. de. quibuscunque. al. ãt de quibuscunque, & ita potest hic notari, quòd de infidelitate potest fieri pugna secundum quod dicit lex Lombard. puta quia in dicit dominus vas. feloniam cõmisisse, siue infidelẽ ei extitisse, & ita qđ feudum amittere debeat: & si hoc non poterit probare per testes, nunquid dominus tunc debeat per se pugnam facere cum vas. si iuuenilis vel decrepita ætas vel infirmitas eum pugnare non prohibeat? Respon. forte non: tamen pro se dabit campionem si voluerit, qui pugnabit cum vas. sicut alias dicitur de domino, qui dare potest campionem contra seruum suum qui propter appetitum libertatis se libertum appellanit, vt in Lombar. qua. qs se defen. de. si seruus. Sed dicas, q per se pugnabit, nisi prohibeatur per ætatem vel infirmitatem, cum semper principales personæ per se debeãt pugnam facere, exceptis quibusdam casibus, vt in Lombar prædi. aut. l. fina. sit autem hæc pugna militaribus armis, & ita intelligitur quod prædi. l. q buscunque. dicit in Lombar. non cum fustibus secundũ quod alias fieri debet, vt in Lombar. de testib. si aliqui cum altero, & tit. qua quis se defen. de. mentin. eodem modo puto vasal. posse pugnam imponere cõtra dominum de infidelitate, cum eodem modo possit dominus committere feloniam cõtra vas. & esse infidelis ei, propter quã cadat à proprietate feudi sic vt supra. si de feu. cau. cõ. fu. domino committẽte feloniam, & infra, qua. do à propri. ca. c. ex facto. nimi

rũ dominus tenetur reddere vicem fideli suo de ijs quæ fidelis tenetur præstare domino, vt supra de forma fide. in si. pro primo dicto. s. q dominus non teneatur pugnã per se facere, est ar. I. de pace te. §. si miles aduersus. & ita potes hic notare casũ, in quo pugna fieri potest. Sunt & alij duo casus supra de pace tenen. §. 1. & 2. alij possunt hic notari, qui in sum. Gofsia notantur.

[e] Potuerit. puta nũciando domino, q ab aliquo volebat occidi, & non nunciauit cum potuit: quod facere debuit statim cũ sciuit. vt sup. in quibus can. feud. amit. § præterea. maxime cum non poterit prohibere per se, ne occideretur: vel cum erat forte secum non liberauit eum à morte quãdo occidebatur, cum poterat eum liberare bene eum adiuuando forte, & intelligas, quod hic dicitur liberare potuerit, scilicet commode, & non postponendo mortem suã morti domini, nec enim intelligitur fieri posse, quod commoda fieri non potest, vt ff. de verbo. signifi. l. Nepos Proculo, & argum. ff. de in. doc. l. auus. in fin. licet aliàs dicitur de seruo, quòd debet salutem domini præferre propriæ saluti vt ff. ad Sylla. senatuscon. l. 1. §. hoc autem. quoniam aliud est in seruo, in quo dominus habet maius ius, quàm in vasallo. Accur.

[f] Periurium. puta q dominus forte nõ poterat soluere debitum qđ iurauerat soluere, & vasallus poterat eum liberare soluẽdo pecuniã suam pro domino quod quidem nõ tenetur facere: nec ob hoc amittit feudum, vt supra si de feu. contro fue. cap. licet vasallus. nec enim sufficit ad beneficium amittẽdum omnis occasio, per quam fidelis accepti beneficij videatur ingratus, vt I. in quibus cau. feu. amit. circa prin. sup. sicut etiam non amittunt beneficium ex ea causa, ex qua opinio vasalli grauatur, vt I. prædicto tit. § illud enim certum.

DE CAPITVLIS CONRADI.

[g] HAec sunt. Steterint. per ann. & diem nisi fuerit miles, qui potest stare per ann. & mensem supra, quo temp. miles inue. pete. debeat, capi. primo. vt sit speciale in milite: cum multa de eo

[†] Qualiter tit. §. faciat ad hũc tit. vt depet do Aluat. in 4. col. in ve. si quin ab extra.

Fieri non possa dicitur, quod cõmode non fit.

de eo fiat specialis. nam & alia habet, q; cum non potest imponi pgna nisi à milite, vt s. de pace ten. §. si miles adoersus. Vel dicas, q; idē hodie in milita quod in aliis per constitutionem Frid. imperialem. & hoc idē dicitur. s. in quib. cau. feu. amit. c. i. vnda q; ibi notata sunt circa hunc articulū. & s. quo tempo. miles inue. pet. de. & hic notare poteris.

licēdo, & inuestiturā petendo: si tale sit [a] beneficiū, vt fidelitas sit prǽstāda, ipsum perdat: sicut & antiquus cōsuetudo fuit: sed non Mediolani. Præterea vt liceat dominis oēs alienationes feudi factas, [b] nulla obstante p̄scriptione [c] reuocare. [d] Similiter in petendis hostenditiis (hostēditiæ dicunt adiutoriū, qđ faciūt Dñis Romani cū rege ī hostem pergentibus) vasalli qui cum eis non vadunt, v. g. in Lombardia de modio duodecim denarios, in Theutonica terra tertiam partē fructuū [e] facta cōputatione fructuū solūmodo eius anni, quo hostem faciunt.

Ob prælati delictum ecclesia ad tempus feudo priuatur. Bal.

Itē si clericus, veluti eps, abbas, beneficiū habēs à rege datū non solū modo p[er]sonæ, sed ecclesiæ, ipsum pp suam culpā perdat, eo viuente, & ecclesiasticum beneficiū vel honorē habēte, ad regē pertineat: [f] post mortem verò eius ad successorem eius reuertatur.

TITVLVS XLI.

DE CONTROuersia inter masculū & fœminā de beneficio.

Primò tractat qualiter decidatur cōtentio orta inter agnatū et fœminā de beneficio. Secūdò qualiter decidatur cōtentio orta inter dominū et fœminā. In tertio qualiter inter dominū & emptorem. Secunda incipit in §. sed si inter dominum. Tertia in §. itē si sit. Bal.

Item sciendum est, [g] q; si inter masculum & fœminam controuersia fuerit, masculo dicente, hoc est feudum: fœmina negante: nisi apertis probationib. fœmina ostenderit non esse feudum, credit masculo cū suo iuramento affirmanti cū duodecim.

---

a Si tale sit. quod esse semper intelligi debet. s. vt debeat de eo fidelitas fieri: nisi eo pacto sit acquisitū feudū, vt de eo sacramentū fidelitatis fieri non debeat, vt s. in quibus cau. feu. ami. §. est & alia ingratitudo. in fi. nec .a. debet inuestitura fieri ei, qui fidelitatē facere recusat: cū à fidelitate feudum dicat, vt s. per quos fiat inue. & per quos ca. nulla.

Feudum à fidelitate dicit.

b Feudi factas. sine cōsensu dominorum, vt s. de prohi. feu alie. per Lotha. l. i. & in cōsti. Frid. imperialem.

a At qđ cum vbi alienator addidit, sum hac clausula, salu domini directi iure? videto Bal. in cō. §. 38. in. ci. factum tale est. li.

c Præscriptione sed de qua præscriptione intelliges, an de præscri. 30. anno vel 40. Respō. intelligas de præscriptione q datur ei. habentib. s. 10 ann. inter præsentes, vel 10. inter absentes: secundum q; de hac dicitur. C. de præscri. lon. temp x. vel xx ann quæ memoro hic dicimus nō obstare, cum alienatio ipso iure nulla fuit. quod enim ab inicio non tenet, tractu temporis non potest conualescere. vt in constitutione Fride. imperialem. nā intelligo de præscriptione xxx. vel xl. ann. per quos omnis actio tollitur. C. de præscrip. xxx ann. sicut. contra desides enim & sui iuris cōtemptores introductæ sunt huiusmodi præscriptiones odiosæ: cum differentia debeat esse inter desides & vigilantes, vt C. de anna. excep. l. vt perfectius, & l. fi. vigilantibus autem iura subueniunt, vt ff. de iis, quæ in fran. cre. l. pupillus. in fi. nec enim credendum est Romanum principem, qui iura tuetur, huiusmodi verbo totam obseruationem de præscrip. longo tempo. multis vigiliis excogitatam atque inuentam velle euerti, vt argu. C. de in off. testam. l. si quando. i. respon etiam dicas quòd loquitur de omni præscriptione, cum indistincte loquatur: prior tamen intellectus videtur verior, vt puto.

d Permissione. aliàs enim si eorum consensu venditio fieret, bene valeret. & hoc verum est, siue dominus consentiat tacitè ipsi venditioni, siue expressim, vt argum. C. de remissio. pignor. lege. si hypothecat, & ff de re iudi. lege. creditor. qui enim alij consentit, sua iura perdit: vt C. de administratione tutorum, lege cum quidam. Sed quid si eo sciente & non contradicente vendatur? Respon. & tunc forte benè valeret venditio: vt argum. supra, si de inuest. inter do. & vas. lis oriatur, § si autem aliquis. patientia enim sine contradictione habetur pro consensu expresso, vt argumen. ff. de euict. lege quidam, & ff. mand. l. si vero, §. idem Papinianus, & C. de nupt. l. si vt proponis. Ibi intelligitur consentire. si præsens fuit & non cōtradixit. ar. ff. de dec. lege, honores, §. vltimo, nisi fortè sciat vbique ius suum durare, dum tacitè ɔsentit, vt arg. ff. quibus modis pignus vel hypoth. solui. l. sicut §. non videtur & hæc vera sunt, quādo ex certa scientia consentit. alias enim potius videretur errare, vt de iudi. lege 2.

e Commercium. puta fortè pretio ipsum accipiēdo

excogitare, [a] per quod Imperij, uel dominorum minuatur utilitas. [b] Si quis uerò contra hęc nostræ legis saluberrimæ præcepta ad huiusmodi illicitum commercium accesserit, uel aliqd in fraudem huius legis machinari tentauerit: pretio [c] ac bñficio [d] se cariturũ agnoscat. Notariũ uero, qui sup hoc tali cõtractu libellũ, [e] uel aliud instrumentũ cõscripserit: post amissionẽ officij, ipsum infamiæ [f] periculum † sustinere sancimus. Datum vij. die mensis Nouembris, M.cxxxvj.

Primo thema. Secundo quæstio. Tertiò responsio. Secũda ibi, defunctio. Tertia in versic. quas amputantes. Bal.

Imp. Lotharius August. vniuerso populo.

SAtis bene dispositum ad vtilitatẽ regni & ad perniciosam pestem destruendam, in scriptis inserere curauimus. Quidam miles bina beneficia à duobus dominis, prout solitum est, acquisiuit, qui decedens duos reliquit filios, qui paterna beneficia inter se diuidentes, alter eorum domino suo pro beneficio quod ad eum peruenit, fidelitatẽ nullo ante posito, sicut pater fecerat, fecit. Alter verò frater pro suo beneficio alteri domino suo similiter, quia nullum alium dominum habere videbatur: nullo antepostio fidelitatem fecit. Defuncto posteriore fratre sine filiis, vtiq; feudum in querimoniã venit: † vt prius personã, & sic dominus posterior talem fidelitatem quęrit, qualẽ eius frater fecerat. Quas amputantes altercationes sancimus, quod frater fecit (scilicet in dãdo simpliciter) nil superstiti obesse: licet in secundam & tertiam generationem & vsque in infinitum peruenit, si hoc actum erit.

Si vasallus intra annum & diem dolosè non petierint inuestituram, amittit feudum. Si verò iusta cã ĩpeditus nõ fecerit: nõ perdit feudũ. Bal.

Imp. Lotharius Aug. &c. Eugenio Papæ & vniuerso populo.

QVoniam [g] inter dominum & vasallum nulla fraus, nec vllum malum ingenium debet interuenire, idcirco per hanc præsentem legem sancimus, si vasallus non dolosè per annũ & diem steterit, quod à domino sui beneficij in-

sub colore inuestituræ: vel etiam pignori obligãdo, vel aliter alienando: quod quidem facere nõ potest: vt j. in consti. Frid. imperialem, §. callidis. vel forte infeudando aliis, qui non possunt feudum seruare, sicut ipse non põt, cum non sit forte miles, sicut ipse est, vel ẽt dãdo alia lege, quem ipse hẽt, quod simpliciter ꝓhibetur facere: vt j. de l. Corradi. §. ex eadem lege.

[a] Excogitare. nõ intelligas ſm literam ꝙ ex sola cogitatione quis patiatur pœnã sequentẽ: sed intelligas de ea quæ iã ꝓcesserat ad actum, & factum complenit: cum ex sola cogitatione nõ minuetur vtilitas imperij vel dominorum. & hoc est quod sequitur, per quod imperij, vel dominorum minuatur vtilitas &c. cum nemo debeat pœnam pati cogitationis, vt notatum est supra, tit. priori. ca. si voluerit. & ad hunc intellectum facit etiam quod supra dicit, pretio ac beneficio se cariturum &c. per qđ videtur, quòd completa debeat esse venditio. Vel dicas, quod bene debet pati vasallus pœnam inferiorem ex sola cogitatione, scilicet quia beneficio debet carere: vt hic sit vnus casus in quo patietur quis pœnam cogitationis & tentationis, hoc est quod infra dicit, in fraudem legis machinari tentauerit &c. & intelligas quod hic dicitur, minuatur, idest minus possit. & quod infra sequitur, pretio, scilicet quando completa erat venditio: ac beneficio quando scilicet solummodo cogitauerat vel tentauerat, priorem tamen intellectum puto meliorem.

[b] Vtilitas in hoc minueretur vtilitas imperij. si beneficia ita alienarentur: quia milites, qui beneficia vendebant, non irent amplius in expeditionem cũ dominis eorum, quod facere debẽt: vt supra no. est. & ita vires imperij attenuarentur, secundum qđ j. dicit, ꝑ quod vires imperij attenuatas &c. dominorum autem vtilitas in hoc minueretur: quoniã non possent amplius hẽre ab eis hostenditias supius nominatas, vel ẽt alia seruitia, q vasalli dñis pstare tenent. & hoc est, qđ dixit in superiori parte istius legis: vbi dicit, suorum seniorũ seruitia subterfugere.

[c] Pretio. quod pretium restitueretur bonæ fidei emptori: vt in consti. Frid. imperialem, circa fi. j. respõ. Sed quid si esset malę fidei emptor, puta quia sciebat feudum esse, quod emit? Resp. tunc non repetet, secundum quod hic vt dici: vel aliud si in fraudem, l. machinauerit tentauerit &c. quasi videatur dicere tam de emptore, quam de venditore. & ita secundum hoc poterit referre istud, cariturum agnoscat, tam ad emptorem quam venditorem. de hac materia dices secundũ quod plenius no. in d. consti. Frid. imperialem.

[d] Ac beneficio. quod beneficium dominus recuperabit nulla ꝑscriptione obstante: quia quod ab initio non valuit tractu tẽporis confirmari nõ põt, vt j. de ca. Corr. c. 1. & in consti. Friderici, imperialem.

[e] Libellum. forte qa imbreuiabis tantum cõtractum ipsum super aliqua schedula: vel forte scripsit super aliqua chartula, qualiter debeat contractus celebrari, quẽ dedit vni ex contrahentibus vel ambobus: & nihil vltra fecit.

[f] Infamiæ. & sic nõ patietur aliam pœnam notarius per constitutionem istã: nisi quia officium tabellionatus amittet, & infamis efficietur. per constitutionem autem Friderici imperialem debet similiter manum amittere, in §. illo, callidis. Sed nũquid verum erit, si sciuit siue ignorasset feudum esse, unde instrumentum fecit? non puto, quod ignorans puniatur: nam nec vasallus alienans pst ignorantiam punitur, vt j. de controuer. inter do. & impe. §. 1.

[g] QVoniam totet. Et not. quòd lex ista tantum locum habet in futurum: secundum quod dicitur in prædicta constitutione Friderici, imperialem, circa principium: vbi dicitur. vnde imperator &c. nimirum cum in hac non dicatur aliud de præteritis contractibus. leges enim & constitutiones futuris certum est dare formam negotijs &c. vt C. de legi. & constitu. l. leges & constitutiones.

† Vide hęc p Bart. col. in 2. coluñ. post princi. in versi. no. ꝙ punit.

† Côcor. C. de ses. fug. auth. nouo iur. & hoc verum ſm Bal. hic si notarius erat legitimę ętatis, s. 25. ann. completorũ: vt C. de ijs qui ve. ęta. impetra. l. 2. alias non amputatur ei manus: quia instrumẽtũ istud re vera fuit falsum sed temeritas d. Bal.

† Eguinarius Baro hunc locũ a[l]ũdosum putat, quẽ sic exponit, vt posterior, sic dominus posterior talem fidelitatẽ &c.

uestituram non petierit: feudũ non ob hoc amittat, dolus .n. abesse vr̃, si iusta causa [a] impediente steterit. D. vj. Cal. Sept. anno à Natiuitate Domini 1127. Indict. V.

TITVLVS LIII.

DE PACE TEnenda inter subditos, & iuramento firmãda, & vindicanda: & de pœna iudicibus apposita, qui eã vindicare, & iustitiã facere neglexerunt.

Primò præcipit Imperator pacem iuramento firmatam ab omnibus seruari. Secundo statuit pœnam non seruantibus. Tertio prohibet conuenticula & illicitas exactiones. Quarto confirmat sacramenta puberum licita, et cassat illicita. Quintò redit ad materiã feudorum. Secunda ibi. Si quis verò ausu temerario. Tertia in §. conuenticula. Quarta in §. item sacramenta puberum. Quinta in §. ad hoc qui allodium. Baldus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper August. vniuersis subiectis suo imperio salutem.

Hac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, vt omnes nostro subiecti imperio, [b] veram & perpetuam pacem inter se obseruent: & vt inuiolata inter omnes perpetuò obseruetur, duces, [c] marchiones, comites, capitanei, valuasores, & omnium locorum rectores, cum omnibus locorum primatibus & plebeiis, à decimooctauo anno [d] vsque ad se-

a Si iusta causa, quæ autem intelligatur iusta causa impediti. dicitur ĩ quo tẽp. mi. inue. pe c. l. sine uck. quod hæc lex & superior per maxima inueniuntur in paucis cõsuetudinibus feudorũ. vnde quia dubito, vtrum sint leges, vel non, circa eas non insisti.

DE PACE TEnenda inter sub. &c.

b Hac edictali. imperio. & ita vr̃, quod lex ista non habet locũ, nisi inter illos qui ei subditi sunt. Sed nunquid tenet Francigenas [1] & alios vltramontanos qui ei non sunt subditi? vr̃ quod nõ ex eo quod hic dicit, nostro subiecti imperio &c. Sed dicas, [2] quod eos similiter tenet, quia licet ei non sint sacramento subditi, sunt tamen ratione imperij Roma. sub quo esse debent, cum ipsi fuerint de imperio Iustiniani, vt C. de off. præfe. præto. Aphricæ. l. vlt. 1. col.

c Duces. qui autem dicantur duces & alij sequentes, dr̃. ĩ. quis dicatur mar. dux. cõ. c. 1. Acc.

d A decimooctauo ann. Et ita habes hic, quod postquam quis est 18. ann habet legitimam ætatem, quantum ad hoc vt teneatur iurare. quod pacem tenebit. Aliud tñ obseruatur in contractibus rerum minorum quia tunc postquam factus est pubes, põt iurare in ɔ̃ctu suo, vt in ĩ. ea. l. §. item sacram. pub. Sed quid si postquam factus est pubes, iurauerit se non venturum ɔ̃ pacem, quã cũ aliquo inimico suo fecerit, & postea contra eã venerit rumpendo: nũquid punietur pœna huius legis? Resp. [3] forte non secundum quod hic dr̃, vt aliud sit in ɔ̃ctu. & aliud hic: quia cum pacẽ reddit de eo, quod sibi factum est, potius vr̃ distrahere quam cõtrahere, cum ille qui in eum maleficium commisessit, erat ei obligatus: & non iste ipsi. Si enim Imperator iste vellet, quod per illud sacrm̃ teneretur, quare similiter de eo non dicit sicut dixit de maiore 18. an? Vel dicas, quod bene teneretur pœna huius legis tunc: & aliud est in generali pace, de qua lex ista loquitur, quam oẽs subditi imperij tenentur inter se seruare, & aliud est in speciali pace, quã si minor promiserit se firmã & ratã semper habiturũ & non ɔ̃uenturũ, & postea iurauerit sponte, nõ poterit postea ɔ̃uenire: cũ loco maioris tunc habeatur. Tunc. n. contraxit promittẽdo super facto suo: sed in illa generali pace, de qua loquitur hic, nullus vr̃ contrahere, nisi quia iurat ad postulationem iudicis illius loci, ui-mirum aliquã est quid licitum in specie, quod in genere non licet. vt argu. ff quod cuiusc. vni. no. l. itẽ §. si decuriones. & ff. de arb. l. itẽ si vnus. §. si in duos. & insti. de leg. §. sed si vxori. & ff. commu. præd. l. in tredendis. & ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. & ff. de cõdi. & dem. l. cum ita, & de acquir. hære. l. si quis mihi. §. vtrum. notabis ergo hic, quod ætas legitima dicitur 18. ann. ad pacem iurandam. Sic etiã iura Lombard. dicitur legitima ætas similiter xviij. ann. ad contrahendum, vt in Lombard. de prohi. alie. mi. l. 1. Item eodem iure dicitur legitima ætas 14. ann. ad sponsalia contrahenda. vt in Lomba. de prohi. nu. aduenientê nouissima, alias dicitur legitima ætas 12. ann. ad cõsentiendum patri volenti facere filios naturales sibi similes vel æquales, vt in Lombard. de suc. l. j. Iure autem Roma. dicitur legitima ætas vigintiquinque an. ad contrahendum, vt ff de mi. l. 1. alias 18. ann quantum ad hoc, vt quis possit pro aliquo postulare, vt ff. de post. l. prima §. 2 & instit. quibus ex cau. man. licet vel non. in fi. aliàs dicitur legitima ætas pubertas, scilicet ad testamenta facienda, & ad nuptias cõtrahendas, & quãtum ad hoc, vt possit quis testimonium ferre & ad contractus faciendos cum iuramẽto, vt insti. prædi. ti. § cum ergo. & instit. de nup. in prin & ff de testi. l. testium. §. lege Iul. de vi. & infra ead. l §. item sacramenta. dicitur autem pubertas in masculis xiiij ann. in fœminis 12. ann. quo tempore dicuntur viripotentes, institu. quib. mod. testa. infir. circa princ. aliter dicitur plena pubertas in masculis 18. ann. in fœminis 14. scilicet quantum ad alimẽta vsque ad pubertatem relicta, vt ff. de ali & cib. leg. l. Mela ait. alias dicitur legitima ætas, ex quo quis excessit infantiam quantum ad hoc, vt possit emancipationi consentire, vt C. de eman. l. penult. in fine. dicitur autem infans minor vij. annis, vt C. de iure delib. l. si infanti. in princip. alias dicitur legitima ætas xxix ann quantum ad hoc, vt non possit quis restitui aduersus cõtractum, quem fecit in minori ætate, vt C. de tempor. in integ. restitut. l. vltima. ex hoc, quod dicitur hic, colligi potest, quod nullus minor xviij. ann. debeat compelli iurare de pace. vnde ex hac l. potest notari bonum arg. quod minor 18 ann. non tenetur per se pugnare, [4] cum non compellatur in pugna iurare. argumen. istius legis. Ille enim qui pugnam facit, debet iurare, quod nullam rem habet quæ ad maleficium pertineat, vt in Lombar. qualiter quis se def. deb. nullus campio. debet etiam iurare de asto. vt in præd. ti. l. si quis alium asto & maxime cum iuuenilis ætas excuset eum à pugna per se facienda. vt in prædi titu. l. antepen. nec iure Lombar. inueniuntur de alijs legitimis ætatibus, nisi quas

1 Vide hic la. de Belu. qui diffuse tractat hãc materiã dirigẽdo ad ɔ̃cludẽdũ eũ ppe effectus multiplices & allegãdo iura ad hoc facientia.

2 Cõtrariũ est verũ p text. in c p venerabilẽ. q fil. sint leg. & gl. quã dicit Ias. eẽ ad hoc singularẽ in § 1. insti. de pa. po. Alex. post Bar. in extrauag. ad reprimẽ. § eo. col. 11.

3 Idẽ Ia. de Bel. & Alex. hic.

Qui ipsã ĩ specie licet. quod in genere nõ licet.

Pubertas tñ in maribus tñ in fœmellis quã dicatur.

4 Si tñ supponit in necessitate sibi imputet: qa non restituit. Bal. & Alex. p l. auxiliũ. ff. de mi.

septuagesimum [a] obstringantur iuramento, vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuent in pace tenenda atque vindicanda, & in fine vniuscuiusq; quinquennij [b] de prædicta pace tenenda [c] omniũ sacramenta renouentur. Si quis verò aliquod ius de quacũq; re, [d] vel facto [e] contra aliquem se habere putauerit, iudicialem adeat potestatem, [f] & per eam ius sibi competens exequatur. [g] Si quis verò ausu temerario prędictã pacem violare [h] præsumpserit, si ciuitas est, pœna centum libr. auri [i] cameræ nostræ inferẽda puniatur: oppidũ verò xxx. libris au. mulctetur. duces autem, marchiones, & comites quinquaginta auri libras præstẽt. capitanei quoq; & maiores valuasores viginti auri libris puniantur, minores verò valuasores, & omnes alij prædictæ pacis violatores tres libras auri inferre cogantur, & damnum passo secundũ leges resarciãt. Iniuria [k]

superius nominauimus. Accur.

[a] Vsque ad septuagesimum annum. post illud verò tempus non debet constringi iurare: sicut nec testimonium dicere compellitur huiusmodi senes maiores 70. ann. vt ff. de testibus. l. testium. & de iure immuni. l. 3. Acc.

[b] Quinquennij. hoc forte debet fieri propter illos, qui iam peruenerunt ad 18. ann. qui nondum iurauerant propter minorem ætatem, & propter illos qui iã excesserant 70. etiam vt magis reminiscantur qualiter pacem debeant seruare, nihilominus tenentur eam seruare propter prius iuramentum: ipsi non iurent ad tẽpus. perpetuo enim eam debent seruare, vt in prin. huius l. dicitur. hodie autem non seruatur huiusmodi renouatio, imo potius fit contra. renouatur enim sacramentũ societatum & coniurationum, quæ prohibitæ sunt per hanc legẽ, in §. conuenticule.

[c] Pace tenenda. subaudi & de adiuuandis locorum rectoribus in pace tuẽda atque vindicanda, & hoc est quod superius dixit, vt pacem teneãt, & rectores locorũ adiuuent &c. vel dicas, [l] non renouabuntur sacramenta, nisi de pace tenenda, & intelligas, quia ibi non dicitur, quod debeant iurare de adiuuandis rectoribus: sed dicitur, quod postquam iurauerint pacem tenere, debeant adiuuare rectores in pace tuenda atque vindicanda: & ita construas, vt pacem teneant, s. interiurando astringãtur, & facient puniũm, & volumus subaudi sine iuramus, quia adiuuẽt locorum rectores, priorem tamen intellectum puto veriorem.

[d] De quacunque re. quam forte aliquis sibi debet ex contractu, vel quasi, vel ex maleficio, vel quasi.

[e] Vel facto. quod forte sibi facere tenetur ex pacto, vel forte sibi fecit: puta iniuriam, vel quid simile. Accursius.

[f] Potestatem. Sed quid si non habeat iudicialẽ potestatem, & debitor tuus fugit, nunquid sua authoritate poteris rẽ ab eo auferre, ita vt nõ incidas in cõstitutionẽ illã. l. si quis in tantũ. C. vnde vi. vel ius creditoris amittat per legem illam, extat edictum diui Marci. vel debebit ne iudicẽ expectare? Resp. dixerunt [a] quidam quod tunc etiam non expectata iudicis authoritate poterit ei rem sua authoritate auferre, vt arg. C. de iud. & exli. l. nullus. C. de decu. l. generali. lib. 10. quod non credo verum esse. verum est enim, si ipse fugeret, quod posses eum detinere donec ad iudicem posset eum perducere, vt ff. quæ in fraud. cred. l. ait prætor. §. si debitorẽ. non tñ poteris ei per violentiam rem auferre secũdum quod satis dicitur in prædicta l. generali. & in ff. quod met. cau. super illa l. prędicta, extat edictum. Sed quid si non fugit? Respon. nec tunc sua authoritate debebit auferre: verumtamen si timet rem suam vsucapi vel præscribi, vel timet aliter actionẽ suam tempore perituram, actionem forte iniuriarum, vel aliam, debebit protestari publice in scriptis cum subscriptione tabellionum: vel si nõ poterit eos habere, subscriptione testium, quod vult agere contra eum, & per eũ non stat, sed per iudicem, qui absens est: & ho. faciet, vbi aduersarius habet domicilium: & ita interrumpet tempus: vt C. de ann. excep. l. vt perfectius.

[g] Exequatur & non sua authoritate alias enim incideret in edictum diui Marci, vel in cõstitutionem illam, si quis in tantum: vel in alias contra quas faceret, idcirco enim vigor iudiciorum & iuris, publica tutela est in medio constituta, ne quisquã sibi ipsi permittere valeat vltionem: vt C. de iudæ. & cæl. l. nullus. sed si iudex noluerit ei facere iustitiam, ipse iudex tenebitur sibi resarcire damnũ, vt j. ea. l. §. iudices verò. Si verò maior iudex fuerit, punietur in 10. libris auri. si minor, in tribus: vt ibidem sequitur, si quis verò temerario.

[h] Pacem violare q.d. nos volumus, quod omnes ita stent in pace, quam iurauerint: vt si aliquis passus fuerit iniuriam ab aliquo forte ante pacem iuratam vel et iã forte post: vel aliquid ei debeant: quòd adeat iudicem, & per eum ius suum prosequatur, & non per se sumat vindictam vel ius: aliàs quasi tanquam pacis violator punietur, & hoc est quod sequitur, si quis verò temerario ausu.

[i] Centum librarum auri. & ita debent isti puniri in 100. lib. au. & alij iudices minori pœna, secundũ quod sequitur. & ita puniuntur maiori pœna maiores quam minores, & hoc etiam verum pecuniariter secundum quod hic dicitur, multo magis enim pœna sunt digni &c. vt C. de episc. & cle. l. presbyteri. in si. hoc enim quod sunt marchiones vel duces, vel comites, habent à principe, vt supra, quis dica. dux, cap. 1. corporaliter autem maiori pœna debent puniri minores, vt C. de summa trin. l. nemo clericus. & hæc vera sunt, quod præstabunt dictam pœnam, & prætereà punientur secundum qualitatẽ criminis: & hoc est quod sequitur, homicidium quoque &c. prætereà resarcient damnum ei, contra quem pacem ruperint: vt hic statim sequitur, & damnum passo &c.

[k] Iniuria. quæ quidem iniuria inspici à iudice debebit, si fuerit atrox vel non. inspici etiam debebit in quem, & à quo facta fuerit iniuria, & quo loco, vt maior æstimetur ex psona vel loco: secundũ qđ hæc omnia dicuntur insti. de iniur. §. atrox. vt secundum qualitatem iniuriæ debeat puniri. itẽ inspici debebit, si descendit iniuria ex l. Cor. puta cum dicat se pulsatum vel verberatum, vel domũ suam per vim ingressam, an descendat ex iurisdictione prætoris sicut alia est pter pdictam, vt illa quæ descendit à lege, puniatur arbitrio iudicis, s. in vtraque pœna corporali & pecuniaria propter contumeliam: vt ff de iniur. l. constitutionibus. In prætoria [l] verò iniuriam passus æstimabit suam contumeliã; & iudex pœnã corporalẽ, vt insti. de iniu. §. pœna. & hoc inspiciet, an agatur ciuiliter, an criminaliter, quod fieri põt: vt in primo caso pœna imponatur secũdũ quod superius dictũ est, si criminaliter, extraordinaria pœna

[l] Ista gl. sequuntur Iac. de Beluis. An. de Iser. & IA mar.

[a] Et bene si res sit capientis. Andr. de Iser. Alu. & Bal. sequens si est sibi debita obligatione personali. vt sequens opi.

Iniuriã augent locus & persona.

[l] Idẽ in ciuili descẽdẽte ex lege Cornel. sed in vtraq; iudex taxabit. Iac. Al. ua. & An. de Iser.

pœna officio iudicis punietur. vt insti. prædi. tit. §. in summa. verum autē possit agi vna, si actū fuerit alia, variatur. dixerunt enim quidā, quod si agat quis pro iniuria sibi facta ciuiliter, nō poterit postea agere criminaliter, vel econtra: potest enim vtraque egi. vt ff. de iniur. l. prætor §. t. sed si agat ciuiliter pro eo quod

† seu furtū ᵃ legitimè ᵇ puniatur. ᶜ Homici-

seruus suus sit dolo malo interfectus, nihilominus poterit postea agere criminaliter, & eō, vt C. quā ciui. ac. præ. cri. l. 1. & hoc dixerunt tali rōne: quia qñ alicui fit iniuria, non habet æstimatio rei familiaris. l. dāni dati: sed tantum contumeliæ. M. verò nō cōsentit cum eis in priori casu: sed in posteriori sic, & hoc tali ratione. s. quia in eo casu quo quis habet ciuilē, iudicis est æstimare vtrunque. s. contumeliam factā, & pœnam corporalem. Is verò qui iniuriā passus est, neutrum æstimabit. in eo verò casu, in quo quis prętoriam habet, ipse æstimabit contumeliam suā tantū: iudex vero pœnam corporalē tantum, & ideo in hoc casu si egerit ciuiliter, poterit postea agere criminaliter, vt C. quando ci. ac. præiu. cri. l. 1. & intelligas, qđ hic loquitur de ea iniuria, quæ specialiter dicit̃ contumelia, quæ à contemnendo dicta est: licet generaliter dicatur iniuria, quicquid non iure factū est, vt insti. de iniur. in princ. Acc.

ᵍ Veritas est, quod quādo vtraque est deriuadis dictā. vna ꝑ alterā tollitur: secus si vna ad vindictam & altera ad rē familiarē. An. de Iser. & Aluaro.

ᵗ No. hic Ia. de Belvisi. iniuriā puniri ciuiliter & criminaliter, vt ff. de priua. delic. l. fi. & inst. de iniu. §. in summa. Fures qui sint. Furtū pœna: & qui sint fures & quotuplices.

a Seu furtum. quid sit furtum, & vnde dicat̃. habes instit. de obli. quæ ex deli. nas. §. 1. & 2. & §. furtū autem sit. & ff. de fur. l. 1. §. furtum. Fures enim sunt, q occulte & sine armis furtū committunt, vt in auth. vt nulli iud. §. quia vero nos. colla. 9. quod furtū potest puniri ciuiliter & criminaliter. ciuiliter punit̃ furtum manifestum in quadruplum, non manifestū in duplū, vt insti. de obli. quæ ex delic. § penul. & §. vlt. & de act. §. ex maleficijs. & §. dupli. §. & quadrupli. & iotem erit pœna siue quadruplum, siue duplū res enim ipsa furtiua ꝓdici per se poterit, vt insti. de act. §. ex maleficijs, & de obli. quæ ex deli. §. vlt. pro pœna vero dabitur furti actio, quæ actio quando datur ad quadruplum, est prętoria vt insti. de perpe. & tempo act. § furti quoque. quando vero datur ad duplum, est ciuilis, vt insti. de nox. ac. circa prin. & ita do nenus io. B. eat signeuit in arbore actionū. quod autem est furtum manifestum, & quod non manifestum. dicitur insti. de obl. quæ ex deli. nas. §. manifestum & § nec manifestum. criminaliter pōt puniri furtum, puta quia fur corporaliter punitur: ita tamē quod nec moriatur, nec aliquid ei abscindat̃, sed aliter castigari debet, vt in auth. vt nulli iud. §. qa vero col. ia. dum tamen in facie eius nihil inscribat̃, ne facies quæ ad similitudinē pulchritudinis cælestis est figurata, maculetur, vt C. de pœnis. l. si quis in metallum. iure autem Longobardorum contrariū fit, quoniam pro primo furto debet ei oculus erui, pro secūdo nasus scarpelari, pro tertio vero debet mori, vt in Lombar. de fur & ser. fug. l. si quis latro. & hoc est verum, quando criminaliter punitur. si autē ciuiliter punitur, tunc si masculus fuerit & liber, & furtū fuerit manifestum, sibi nonū reddet, & pro culpa soluet 70 soli. si furtum fuerit vsque ad 10. siliquas siua solidos, & si nō poterit soluere, debet mori. si autē fuerit nec manifestus, tunc ipsum nouum reddet. si autem fuerit seruus, eo modo punit̃, excepto quod pro culpa soluet tantum 40. soli. vt in Lombar. prædi. titu. l. 1. 2. 3 & 4 & hæc vera sunt in masculo si autē fuerit mulier libera, tunc pro manifesto tantum nonū reddet alia enim culpa ab ea non debet requiri pro eo. qđ passa fuerit iniuriam, cū deprehensa fuerit in furto, vt in Lombar. prædi. tit. si mulier libere eodē modo punitur pro non manifesto: vt puto, ex eo qđ dicit̃ in l. 4. eo. tit. eodem etiam modo punietur furtū ab ancilla factum, vt in Lombar præd. ti. si ancille. per l. autem istius imperatoris Frid. alias corporaliter punitur, scilicet quia si furtum fuerit valēs v. soll. vel ſ. laqueo debet suspendi, si minus, scopis & forcipe debet excoriari & tundi, vt ſ. de pace tenen. §. si quis v. soli. valens.

b Legitime punietur. secundum leges, sed quęro secundum quas leges debet puniri iniuria seu furtum: nūquid sēm leges antiquas Romanas & nouas? an sēm leges Longob. punietur iniuria sēm quod dicitur in Longo. de cōuitijs & in ti. de ple. seu fur. seruorum & aliorū, & furtum similiter secundū quod superius not. est an dices prædictam debere puniri secundū l. prædictam de pace te. §. si quis aliū & sequenti, & §. si qs. v. sol. valēs &c. Respon. secundum legem Lombar. nō punietur, cum iste fuerit Romanorū Impe. vnde intellexit tm̄ de legibus Romanis. nā ille qui Romana lege viuit ei subiacere debet, vt in Lombar. vt Rom. po. inter quales viuare velit. l. 1. Sed tamē instabis, nōne & Carolus fuit imperator, qui illā. l. si quis latro. cōdidit, q est in Lombar. de fur & ser. fugi. Resp. licet fuerit Imperator, non tñ fuit Romanus. Vel dicas quod nō fuit Imperator. imo vł. quod tantū fuit rex Franc. & Lombardorū. vt in Lōbar. qua. de lege ho. suas res ser. de. l. 1. in fi. nec inuenit̃ in illo libro, quod fuisset Impe. nisi ꝑ subscriptiones super legib. eius factas ab ijs, q cōpilauerunt Lombar. sub titulis cōpetentibus: imo per ille in legem quā fecit. s. primam. appellatur tm̄ rex, vt in Lombar. de epis & cle. l. 1. vel dicas, quod fuerit rex per multos annos Franciæ & Lombar. antequam Roma. imperium haberet. & tunc fecit. l. prædictam vt apparet per capitulare suum, si quis per ordinē inspexerit in Lombar. confusa. nō intitulata: nec. n. inuenitur nisi nouem leges fecisse postquā fuit Imperator, siue x. vt in vlt. charta capitularis sui reperit̃, nō enim ille fuit Carolus, qui dr̃ filius fuisse Pipini, sed fuit ille, qui fuit pater Pipini, vt in ꝓdic. c. inuenit̃. char. vlt. & in Lombar. de epis. & cle. l. & hoc sentimus. & ita dices secūdū quod superius dictū est quod non punientur per legem Lom. imo nec per leges prædi. ſ. de pace tenen. cū forte ipsa. nō est lex, ᵃ nec pro lege debet seruari, maxime in isto casu. nec imperator ille voluit eam legem esse, nisi vt seruaretur id quod est in ea: donec conderet legem de pace tenen. & super ijs quæ in ista cōtinent̃. vnde postea hanc legem fecit generalem, quam voluit ꝑpetuo debere obseruari, secūdum quod in prin. legis dicit̃ in perpetuum valiture &c. quod illa nō sit lex, probat̃ ex eo quod in ea dicit̃ in prin. s. & omnibus ad quos literæ illæ peruenerint. per quod videt̃, quod non est lex, sed fuerūt literæ, quas mittebat ꝑ subditos suos, non faciēdo mentionē de oībus subditis suis, sed de his tantū, ad quos peruenerint: tū forte nō peruenerint, nisi ad paucos & eas forte misit statim, cū receperat coronā, sicut faciūt oēs imperatores. nec n. seruauit in ea stylum condendæ legis quem ipsemet seruauit in ista dicens, hac edictali. l. & alijs quas fecit & qualē debebat seruare, & ēt seruauit Iustinianus secundum quod dē. C. de leg. & consti. l. vt generales, & l. humanum. quā ēt seruauit Lotharius in sua. l. superiori. remanet ergo, quod ꝑ illas leges Romanas debent puniri: & punient̃ secundū quod superius no. est. Nec. n. voluit imperator iste derogare alijs legibus per ꝓdictā legē. ſ. de pe. te. si lex est, imo voluit quod in suo vigore deberent ēi ꝑmanere, & hoc ꝓbat̃ ex eo quod in eadē dr̃ circa prin. vbi dr̃: inde ē quod nos tā diuinas quā humanas leges i suo vigore manere cupiētes &c. & hoc ēt qđ hic ꝓxime dicit ſ. & dānū passo sēdm leg. &c. & non dicit sēdm leges, qđ eodē modo debet hic intelligi legitime puniant̃. i. secūdū legē. sicut in prin. huius gl. expositū est. nec voluit tātū recapitulare verbum illud sēm leges, cū pulchrioris dicterus, vel dicas, & hoc verū puto ʲ quod ꝓdicta lex bene est lex

a Contra: ibi est verum per text. ibi ſ verbo edi. Alua.

Legis formę quæ sit.

ʲ Idē An. Bal. & Alua.

dium [a] quoque, & mébrorum diminutio, [b] vel aliud quodlibet delictū legaliter vindicetur. Iudices † verò, & locorū defensores, vel quicunque magistratus ab Imperatore, vel eius voluntate cōstituti [c] seu cōfirmati, qui iustitiam facere neglexerint, [d] & pacē violatam vindicare legitimè supersederint: damnum omne iniuriam passo resarcire compellantur: & insuper si maior iudex est, sacro ærario pœnam decem librarum auri præstet: minor autem pœna trium librarum auri mulctetur. Qui vero ad prædictam pœnam [e] persoluendam inopia dignoscitur laborare: corporis sui correctionem cum verberi-

& pro lege debet seruari. nam quod principi placuit legis habet vigorem, quęcunque enim per apistolam & subscriptionem statuit, vel edicto præcepit, legem esse cōstat, vt ff. de cōsti prin. l. 1. satis enim in ea cōtinet vocabulū edicti, sm quod in §. illo. §. si qs aliū dr, cum ibi dicatur, si quis aliū &c. quasi fuerit illud pacis edictū quod fecit de pace tenēda, imò videtur iussisse, quod per omnes partes regni deberet seruari, hoc quod ibi dicitur circa princi. per vniuersas regni partes &c. quod sufficit ad hoc vt vim obtineat edicti, vt C. de legi. & cōsti. l. 3. Et secundum hoc dices, quod iniuria puniri debeat secundum quod dicitur in illa. l. in casibus, in qbus loquitur s. qñ fit post pacem. verumtamen si iudex videbit magis [1] puniendum inspecta atrocitate iniurię & inspectis psonis iniuriā patiētus & faciētis, & loco, magis puniet, vel etiam minus puniet, si viderit minus puniendum prædictis inspectis: secundū quod dicitur insti. de iniu. & ff. de iniu. cum per illam l. id nō prohibeatur. quod enim non mutat &c. vt C. de test. l. sancimus. quicquid enim noua. l. nō est specialiter expressum, id ex veteribus il. videtur relictum, vt C. de ap. l. præcipimus. in fi. hoc idē intelligas de pœna furti: nisi forte quantum ad pœnam corporalē. quæ debebit forte fieri secundum quod dicitur in pdicta l. c. §. si quis quinq; solidos valēs. &c. in fi. licet enim videatur perquā durum, lex tamen ita scripta est, & seruanda. vt ff. qui & a quibus ma. li. bāt vel nō l. pspexit legislator. nisi quia forte hodie derogatum est ei per contrariam consuetudinem.

[a] Homicidium. ille enim qui homicidium fecit, capite puniri debet, vt s da pace tenen. §. 1. in fi. tenet enim l. Corne. de sica cuius pœna talis est. vt insti. de pub iudi. §. item lege Corne. de sica. eodem etiam modo punitur, si causa hominis occidēdi cum telo ambulauerit, vt ibidem dicit. & C. ad l. Cor. de sica. l. 1. qui cum telo, imò & si causa furti faciēdi cum telo ambularet, eadem lege tenetur, vt ff. ad l. Cor. de sica. l. 1. & hoc verū est, quod ita punietur homicida, nisi per pugnam vel aliter pbauerit, quod ad sui defensionem illud fecit, vt s. de pace tenen. §. 1. is enim qui aggressorem vel alium in dubio vitæ discrimine cōstitutus occiderit, nullam calumniā ob id factum incurrere debet. vt C. ad l. Corn. de sic. l. 2. & 3. quod enim qs ob tutelā sui corporis fecit, iure fecisse existimatur, vt ff. de instit. & iure. l. vt vim. item hoc est verum. si habuit voluntatem occidendi. si enim nō voluntate, sed forte casu eum occiderit, impunis erit quoniam crimen non contrahit, nisi voluntas nocēdi intercedat. ea enim quæ improuiso casu potius quam fraude accidunt, fato nō noxię plerunque imputantur, vt C. ad l. Corn. de sica. l. 1. & l. 4. in maleficijs enim voluntas non exitus spectatur, vt ff. ad l. Cor. de sic. l. diuus. item hoc verū est, quod ita debebit puniri, vt dictum est, & præterea bona eius fisco applicabūtur, si non reliquerit ascendētes, vel descendentes vsque ad tertiū gradū: quo casu eis cōcedentur excepto crimine lęsę maiestatis, salua tñ dote vxoris vt C. de bonis damna. authen. bona damnatorum. & C. ad l. Iuliam maie. l. quisquis. Si autē homicida à facie iudicis fugerit: tūc res eius mobiles publicari de-

Facit ad hoc autē. vt in. fine quoque suffr. circa pri. & ff. ad l. Iul. l. t. in eo. de Bel.

1 Hoc tamen ē in eius arbitrio, secūdùm Bal. & Aluar.

Homicida capite puniuntur.

bēt in populo, & dispensari, alia vero immobilia debentur hēdibus suis iurantibus & obseruātibus sm quod continetur. s. de pace tenē. §. si verò pacis violator. & hæc vera sunt in violatore pacis, in alio verò puto seruādū, quod in prædicta auth. dicitur, nisi forte diceres, vt maleficiū nō remaneat impunitū: quod saltem legitima tantū ascendētibus & descendentibus vsque ad tertium gradum relinquatur. interest enim reipublicæ, ne maleficia remaneant impunita, vt ff. ad legem Aquil. l. ita vulneratus. parricidium autem punitur secūdum quod dicitur, ff & C. ad l. Pompeiam de parri. & insti. de pub. iudi.

[b] Diminutio. pro quo delicto forte manus delinquentis amputabitur, cū pro solo vulnere manus eius amputaretur, si pacem violauerit, ut s. de pace tenē. §. si qs aliū. imo (vt puto) in plus punietur, si iudici visum fuerit secūdū qualitatē criminis imò & capite puniatur, si animo occidendi eū percussit, vt s. notatū est. & hoc similiter intelligas secūdum determinationē superius notatā, s. se defendendo, aut non: aut voluntarie, vel non hoc fecerit.

[c] Constituti. & ita not. hic, quod ab Imperatore debent iudices, & locorum defensores, & alij magistratus, vel eius voluntate constituti, & hoc verū est excepto in Lōbardia. q̄ priuilegiū hēs ab eo, vt Lōbardi p se iudices faciant, dum tñ ab eo confirmentur: quod mala seruatur, secundum quod continetur in pace, quā imperator Constātiæ fecit cū ipsis, q̄ scripta est ī inferius in quaterno signato hīc. in fi. & hoc est et quod dixit, seu ɔfirmati, qd forte dixit, pp pdictā pacem. & hoc verum est, quod debent iudices in ciuitatibus ɔstitui, s. qui iura reddere possint. Parum est enim ius esse in ciuitate: nisi sint, q iura reddere vel regere possint, vt ff de orig. iur. l. 2. §. post originem.

[d] Iustitiam facere neglexerint. ita quod eam nullo modo fecerint: idem puto & si ɔtra ius litigatoris fecerint, puta sniando contra quē non debebant, forte corrupti pretio enī gratia iqn tunc nō patietur solū pœnam æstimationis dispendij. sed etiā ipsius litis, cū eā suā fecerit, vt C. de pœna iudi. q mala iud. l. vlt. Debet. n. tunc cōdēnari ad verā litis æstimationē, [1] nisi forte filiusfamilias, q cōdemnatur quatenus peculiū patiatur vt ff da in. l. filiusfa. hęc vera sunt, qñ dolo malo ita iudicauerit, si aūt nō dolo sed per imprudētiā male iudicauerit, tūc ɔdēnari debebit, quatenus æquum visum fuerit iudicanti, vt inst. de obli. q̄ ex quasi deli. nas. cir. princ. & ff. de na. & ra. cog. l. fin.

[e] Ad prædictā pœnā. hoc refertur ad pximū dictū s. ad iudices qui prædictā facere neglexerint. s. vt puniatur. vt ī. sequitur, si prædictā pœnā nō potuerint soluere. Sed nunquid ad violatores pacis posset referri. s. qui propter inopiam non possunt soluere pœnam cōtra eos statutam superius, scilicet, vt eodē modo debuerint cū verberibus procul ab eo loco, in quo habitās abijei? & quare non? vt dicas q referatur ad superius dictū, & ad proximū. & maxime cum violator pacis non cōmisit homicidium, vel aliud delictum ppter qd debet capite puniri in ipsa violatione pacis, imo multo fortius deberet referri ad ad eos, cum sit tela delictū pp qd etiam deberēt capite puniri. nam milles turbator pacis capite punit, vt ff. de re. mili. l. hn.

Cum

1 Et actiō corporali tēr potest puniri secundū ia. de Belui. Bal. & Alnar.

1 Imo totum interesse secundùm Alu. per l. hic alleg.

Inopia pœnam non aufert sed auget.

a Cum verberibus. No ergo, quod non liberatur q̃s à pœna propter inopiam, imo maiorem pœnam sustinet: cũ corporaliter verberibus debeat puniri, & præterea à loco suo expellis longe per l. miliaria. istut enim fustium maior pœna est qualibet pœna pecuniaria, at ff. de pœnis. l. in seruorum. in fin. cum aliàs dicatur, quod saltem minorare potest propter inopiam, vt C. de mo. mulct. l. eos. in fi. sed hoc quod hic dicitur ꝯiungit propter enormitatem criminis.

se, vt in Lombar. de. fur. & serui. fugit. l. quicunque post missam.

f Destruatur hic non inspexit Imperator iste deformitatem vrbis propter destructionem domorũ, q̃d alia lex inspicit: quoniam interest reipublicæ, ne vrbes deformentur ruinis, vt ff. ne quid in loco pub. l. fi.

bus [a] patiatur: & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Domus vbi conuenticula, aut conspirationes fiunt confiscatur: & recepitans violatorẽ legis pari cũ eo pœna punietur. Bal.

Cõuenticula [b] quoque in ciuitatibus omnesque coniurationes, [c] & extra, & ẽt occasiõe parentelæ, & inter ciuitatẽ & ciuitatẽ, & inter personam & p̃sonã, siue inter ciuitatem & personã, modis omnibus fieri, p̃hibemus: & in præteritũ factas cassamus, singulis cõiuratorũ pœna vnius libræ auri puniendis. Episcopos verò locorum ecclesiastica censura violatores huius sanctionis, donec ad satisfactionem veniant, volumus coercere. Receptatoribus [d] etiam malefactorum, qui prædictã pacẽ violauerint, & prædã emẽtibus, nostrã indignationẽ subituris, & eisdem pœnis feriendis; [e] præterea bona eius publicẽtur, & dom⁹ eius destruatur. [f] Qui pacẽ iurare & tenere noluerit, beneficio & lege pacis nõ fruatur. [g] Illicitas [h] etiam exactiões maximè ab ecclesiis [i] (quarum abusus iam per longa tempora inoleuit) per ciuitates & castella omnino condemnamus, & prohibemus: & si factæ fuerint, in duplum [k] reddantur.

Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum inuiolabiliter obseruentur iuramenta verò per vim & metum extorta etiã à maioribus: maximè ne querimoniam faciãt maleficiorum commissorum nullius sint momenti. Iac. de Bel.

Itẽ sacramẽta puberũ [l]

g Non fruatur. cum in eã committat nolendo iurare pacem. nec eam tenere. frustra enim legis auxilium inuocat, qui in eam committit, vt ff. de mi. l. auxilium. in fin.

h Illicitas. quas præses prouinciæ prohibere debet, vt ff de off. p̃sic. pr̃z. l. illicitas.

i Ab ecclesijs. nec enim debet extraordinarium aut superindictum ab ecclesijs efflagitari, vt C. de sacrosan. eccl. l. placet. à quibus autem exactionibus debeant esse immunes ecclesiæ, & à quibus non, dicitur & notatur in prædicto tit. & in prædicta lege & l. ad instructionem pontium.

k In duplum. imo forte si ab ecclesia facta fuerit illicita exactio, pœnam perpetuæ deportationis post excommunicationem, quæ erga sacrilegos iure promenda est, patientur exactores, vt C. de sacrosan. eccle. l. placet. in fine.

Facit ad hoc C. de episco. & cle. l. conuenticula & de his qui ad eccle. cõfu. l. denũtiamus. & de monopo. l. i.

b Conuenticula. sic & alias prohibentur cõuenticula fieri collecta multitud. ne in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuscunque loci, vt C. de his qui ad eccle. confu. l. denũtiamus. & de episc. & cle. l. cõuenticula.

Cõcor. 22 q. 1. c. coniurationũ. & ca. si quis clericorũ.

c Coniurationes. qualitercunque ergo fiant coniurationes, prohibẽtur per l. istã & cassanẽ, quod male hodie obseruaẽ: imo totum cõtrarium faciunt ciuitates, maximè Lombardiæ per partes, quæ sunt in ciuitatibus & compagine, vt ita loquar. sic etiam aliàs prohibentur coniurationes negociatorum s. vt species diuersorũ corporum negotiationis non minoris, quã inter se statuerint, venundentur: vt C. de monopoliis. l. i. Accur.

Receptatores qui sint & eorũ pœna.

d Receptatoribus. pessimũ est genus receptatorum, sine quibus latere nemo diu potest: & perinde debẽt puniri sicut latrones ff. de recep. l. i. & de ini. p̃si. l. congruit. Idẽ forte esset si eos nõ receperint: sed cũ eos possent apprehendere, accepta pecunia vel parte subreptorũ eos dimiserint. cũ in pari causa videãtur cũ eis. arg. ff pr̃z. u. l. i. in fi. imo iure Lombar. si postquam deprehenderint eos, dimiserint. oẽ dãnũ pro quo deprehensi fuerint tenentur emendare, vt in Lombar. de fur. & ser. fug. l. si quis furem.

e Feriendis. puta cum in pari facinore sint cũ ipsis violatoribus quasi cõsentiendo. quos enim par facinus coinquinat & æquat, vtrosq; similis pœna comitatur, vt C. de epis. & cle. l. si quẽquã in fi. facientes enim & cõsentientes pari pœna cõstringuntur, vt C. de sacrosan. eccl. l. iubemus. § œconomus. hoc est verum, [z] nisi forte ille qui recipit, sit eius affinis vel cognatus, quia tunc deberet absolui, nec forte seuerius cõsẽnari. nõ est n. par eius delictũ, & eius qui nihil ad se pertinentes malefactores recepit, vt ff. de recep. l. fin. iure eũt Longobar. non inspicimus sit affinis vel cognatus: imo etiam si pater filio vel propinquo latroni mansionem post missam sancti Ioannis baptistæ dederit: quasi latro & infidelis dẽt iudicari. vnde qui illum susceperit, similis est illi, nisi iurauerit cũ x. Francis (si Francus est) quod nesciret eũ latronem fuisse

z Approbatur cõmuniter & scribẽ. hic.

l Item sacramenta puberum. idest iuramenta super sacrosan. corporaliter præstita. proprie enim dicunẽ sacramenta, cum quis fidẽ suam vel mentẽ super sacro iuramẽto astringit, vt puta super altare vel libro continente sacrosancta Euangelia. quid ergo si super librum alium iurauerit, vel forte super aliquo ligno, vel lapide? Rñ. nihilominus valere: q̃a ad cor respicit dominus. vnde non minus peierat qui contra facit. Nã tactus libri cuiuscunque nõ id operatur, sed sola voluntas & abnegatio nominis Dei omnipotẽtis, vt C. de transa. l. si quis maior. in prin. hodie tamẽ nõ videtur valere iurãtandũ per nomen domini, vel caput, vel capillos, vt in auth. vt nõ lux. cõtra nat. col. 6. licet sæpe Romani contrariũ faciant. hodie tamẽ, vt de cõsuetudine est obtentũ, iuratur per sacrosancta Dei euangelia. vt in auth. iusiurãdum quod præ. ab his. in prin. col. 2. quod constat esse seruandũ: q̃a diuturnos mores &c. vt inst. de iu. na. §. ex nõ scripto. Quid si iurauit verbotenus, vt quia dixit, per Deum non veniam contra? Respon. non valet, [2] plus tamen operatur tactus libri ratione maioris solennitatis, quod etiam probari potest, vt C. si mi. se ma. di. l. si alterius. §. vltimo in princip. licet sit argu. contra. C. de episc. & cle. auth. sed & iudex. & de iu. l. rem non nouam. sed speciale ibi. Quid si nõ ipse, sed alius pro ipso & super animam sua iurauerit, vt fit interdũ? Resp.

Iurare q̃s quis dicatur.

2 Secus de iure can. quia sicut simplicẽ loquela & iurare per deum non facit differẽtiã vt 22. q. 2. c. quacunq; & 22. q. 5. c. iuramẽti. faciẽte ea. si vero aliq̃s. extra de iureiurando.

sponte facta [a] **super contractibus.** [b]

Rñ. idem est ac ipse iurauerit: si tamen iuratũ fuerit eo mandante, vt arg. ff. de admi. tu. l. ita autẽ. §. gessisse. & ff. quod eu. vni. no. l. item eorum. §. t. r. ih ar. contra. C. de ijs qui ve. æta impe. l. t. in prio. & de in. emphy. l. vl §. pe. [3] Quid si impubes iurauerit: nunquid tenebitur eius sacramentum, vt contractus cum eo habitus valeat? Arg. quòd sic ff de iureiure. qui iurasse. §. respon. sed 9 puto: quia illud verum est in sui emolumentũ & aduersarij præiudicium, vt ibidẽ probeť, quinimo impubes prohibetur iurare, cum ẽt de eius vtilitate tractať, vt ff. de in litem iurao. l. videamus. in prin. in casu tñ: pnta cum iurauerit se daturũ patrono operas, & minienlator est vel histrio i obligať vt ff. de li. cau. l. vlti. pterea cũ lex ista loquať tm̃ de pubere, nihil noui videtur statuendũ p hoc in impubere: quia quod nõ mutať &c & C. de te. l. sancimus. Puberem [4] autem accipimus masculum maiorem 14 ann fœminam autem maiorem 12. vt insti. qui. mo. tu. fin in priu. item puberem accipias sanæ mentis, nã si furiosus sit, nec iurein. se obligat. quia similis est pupillo infanti: adeo quod nullum negotium recte gerit, vt inst. de inut. sti. §. furiosus. & § sed qđ diximus, ipse enim habeť loco dormientis & absentis, [5] vt ff. de iu. co. l. 1. § furiosus. & ff. de acq. r. pos. l. r. §. 1. Quæro, nunquid sit intelligendum hoc de pubere patreta? Respon. idem in filiofa. pubere, id quia lex non distinguit, tum quia ipse ea omnibus causis obligatur qbus paterfa excepte causa mutui, vt ff. de act. & obli. l. filiusfa. sed nunquid tantum in pubere libero? Respon. [5] & idem in seruo quãtum ad hoc vt naturaliter cum effectu obligetur. nam qui est seruus naturaliter oblige. vt ff. de condi. inde. l. naturaliter. vt nec contra illam naturalem posset restitui. item quãtum ad hoc. vt dominũ obliget de peculio: vt ff de pecu. l. si quis. §. etiã vbi nec ipse dñs restitui posset: quod tamẽ et sine iuramento cõtingeret, vt ff. de mi l. 3. § seruus. Sed quid de impubere libero, qui credebat se seruum? Rñ. [4] idẽ quod in vero impinato libero: quia plerũque contra id quod agiť, tacita obligatio nascitur, vt ff. cõmo. l. si vt qui. §. si libero. & ff. de acqui. re do. l. libe. homo. itẽ quæro, an sit hoc intelligendum in pubere curatorẽ habẽte, si sine curatoris authoritate cõtrahẽdo iurauit? Rñ. vtique secundum eos qui dicũt, quod sacramentũ repræsentat eũ maiorem. nam si maior esset, nõ restitueretur. Sed contra videť, cũ pupillo similis habeať, vt C. de in inte. resti. mi. l. si curatorẽ habens. in quẽ nõ cadit plus cõsilio suo, vt ff. notauimus: ergo. potest intelligi lex ista in pubere habente curatorẽ, & cõtrahẽte eius authoritate: & in pubere non habente curatorẽ cõtrahẽte per se solũ. Sed instabit quis dicẽs, lex ista non distinguit in pubere habente, vel nõ habente curatorẽ: ergo nec tu distinguere debes? Resp. imo. q̃uis lex ista non distinguat, e religione iudicantis omittẽ nõ debet, vt ff de testi. l. q̃ũiũ. vel dic. quod licet hęc lex nõ distinguat, debet tamen distingui per alias. vt ar. C. de ap l. vlt. § si & in auth. de admi. offi. §. si. nã & posteriores leges interdũ trahendæ sunt ad priores, vt ff. de le & senatu. con. l. sed posteriores. sed licet ita videatur posse dici & distingui: rñ verius [5] videť vt siue curatorẽ habeat. siue non. teneat contractus, nec possit rescindi: quauquem secundũ leges sit ipso iure nullus. nam & secundum leges veteres vẽdita re sine decreto, ipso iure nulla est vẽditio, vt C. de præ. & elijs re min. l. 2. & 3. C. de admi. tu. l. lex quæ tutores. §. vlt. & tamen, si corroboretur iuramẽto, valida fit. & tenet per hanc legem.

[a] Sponte facta. quia secus si per vim vel metũ, vt j. eo. §. per vim autẽ. Sed quid si dolo fuit inductus minor, vt interdum faciunt tutores finita tutela, q eos blãditijs vel adulationib. ad talia inducunt? Resp. nõ videtur tãtũ spontanea volũtas, vt ar. C. de rap. vir. l. r. cir. fi. Quid ergo? Rñ. si maior esset, haberet actionem de dolo, cum res processit ad traditionẽ: sed qa minor est, videť quod cesset restitutio in superstites vt ff. de dolo. l. 1. §. idem Pomponius, restitutionẽ autem tollit iuramentum interpositũ: qa repræsentat eũ maiorem, vt hic. sed ipsũ siue eius effectũ tollit interpositus dolus, qa non debet ex eo lucrari: vt ff. de dolo. l. nec ex dolo. quid ergo? nunquid res erit in circulo, vt ff qui po. in pi. ha. l. Cleuglus Felix? Resp. non. sed minor [6] postulabit restõnem cessãte actione de dolo, q non pôt habere locum, & si opponať de iurã replicabitur de dolo: quia dolo induxit eũ ad id, vt arg. C. de transac. l. sub prætextu & l. si ex falsis & ar. ff. de iudi. l. si prætor § Marcellus. & hoc cũ ɔstat adhibitum doľũ. forte persuadẽte ei, qui in nullo ei tenebatur, & quòd ipse longẽ plus erat ei obligatus. vel simili modo. Quid si elias suis blanditijs minorẽ induxit ad hoc, forte dicendo q ex fide fecerat, quã quã in aliquo minus bene fecisset ei, & talia: vel qa valde pro bono haberet, si sic cum eo cõtraheret: nũ quid tenebit si iurauerit, quãquã in aliquo læsus sit, vt nec restituatur? Resp. vtiq; [7] quia nõ alicui interdicendũ, si aliquid ea sua industria ɔsequi possit, vt C. arbi. tut. l. si defunctus. & C. si quis ali. test. prohi. l. fin. ff. de leg 2. l. Lucius §. Sempronia. & ff. si qs ali. te. pro. l. si. item quod dicit spõte, nõ dicit ad differẽtiam eius quod interdum ex iuris necessitate fit: vt cum cedit vni actionem contra alium, vt C. de di. ui. tu. l. 2. §. vlt. & idem in similibus.

Notandum a est in feudo, quod de cauena seu camera dicitur, non debere dari: nisi cùm sit in camera vel cauena, vnde solui possit: vel si ita euacuata sit cauena sine culpa promissoris, expectandum est, donec interim de cauena vel de de camera dari possit. Dominum autem feudi dare posse intelligitur, omni ære alieno deducto. Non enim æquum est quẽ videre egẽtem, quam prius habuit in coniugẽ vel amicum. Quòd autem pares tantum debeant interesse inuestituræ feudi, & non alij: hoc tunc verum est, cum dominus vasallo alios habuerit. Alioqui adhibeat dominus, quos meliores poterit, liberos tamen: argumentatione legis de vltimis voluntatibus in Lombarda, ſ. illa quæ dicit. Si quis donationem facere voluerit de suis rebus alicui vel inuestituram: adhibeat sibi de parentibus suis (& per eandem legem iurant) duos testes idoneos, vel tres, vel plures. pluralis enim locutio duorum numero contenta est. Item sciendum est, nõ esse impedimentum inuestituræ, & si inuestituram faciat de re, quam communem dominus habeat cum aliquo, quia si sponte diuidere noluerit ille, cum quo habet rem communem, qui inuestiuit: potest cogere per iudicẽ ille, qui inuestitus est, vt diuidat. Item hæredes eius necesse habent tenere firmam inuestituram, quam pater fecit. Item eadem lege & eodem iure debet habere rem iste, qui inuestitus est, quam haberet, qui eum inuestiuit cum cohærede suo, scilicet vt adequatio per currat vsque ad quadraginta annos. Item inuestitura per se, vel per suum nuncium dari & accipi potest. quæ omnia supradicta colligi possunt per supradictas leges Longobar. titulo de vltimis voluntatibus. l. si quis, & C. com. diuid. l. 1. & 2. Idcirco pares necessarij sunt in instrumento inuestituræ, & non alij: nequid excogitetur falsitatis in perniciẽ domini, alijs testibus inductis, corruptis fortè pecunia, vel odio, vel gratia, quæ non sunt suspicanda in paribus. Si instrumentum diceretur falsum à domino, daretur defensio vasallo, qui instrumentum ad se deferre: vt in Lombard. qualiter quis se defende. l. de chartis, & auferetur domino, qui veritatem nouerit, & iniquum erit, si aliquis ex dono suo conuenia tur. Domini est defensio ex ordine, cum vasallus non possideat. Notãdum est, ꝙ de omni controuersia, quæ inter dominum & vasallum oritur, si pares veritatem nouerint, omnino cogi debere à domino & parib. dicere veritatem. qui si dicant se nescire, cum sciant & vasallus postulet dominus eos coget iurare, & veritatem dicere: vt C. de test. l. si quando, & in Lombar. vt iudex vnus &c. in tit. qualiter quis se defen. de. l. si qualiscunque causa. & titu. de testi. vt quicunque, & l. vlt. Cùm datur domino defensio de inuestitura, quæ dicitur esse facta: iurare debet se inuestiturã non fecisse. Cùm verò datur successori eius, iurare debet se non credere inuestituram factam esse ab antecessore suo. Si qua inuestitura facta esse dicetur, semper debet nominare dominum, à quo inuestitura facta dicitur: cùm multùm discrepet sacramentum hæreditarium à principali sacramento. C. de re. cre. & iureiur. l. 3. & l. generaliter. & vt habes de tutore, qui iurat quod credit, & existimat, vt C. de iura. ca. l. 2. De conscientia enim sua iurare debet, & non de alieno facto, cùm iniquum sit aliquem iurare de alieno facto, hæres vel successor, nec etiam filius, vt ff. rerum amot. l. Marcellus. sed contrarium reperitur in Lombard. quia licet filius minorem virtutem habeat, quàm pater: tamen debet præcise iurare patrem suum non fuisse debitorem: vt in Lombard. qualiter quis se defendere debet. l. si contigerit.

F I N I S.

CONSTITVTIONES FRIDERICI SECVNDI IMPERATORIS INCIPIVNT.

TITVLVS I.

DE STATVTIS ET CONsuetudinibus contra libertatem ecclesię editis, & immunitate locorum religiosorum vbique morantium, & fori priuilegio, & Gazaris, & Patarenis, & alijs hæreticis, eorumque successoribus, & nauigijs, peregrinis, & aduenis quocunque locorum hospitãtibus, eorumque successoribus, & de agricolarum securitatibus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator semper August. marchionibus, comitibus, cunctisq; populis, quos clementiæ nostræ regit Imperium, Salutem & gratiam.

IN die, qua de manu sacratissimi patris nostri Summi Pontificis recepimus Imperij diadema, curauimus ad Dei & ecclesiæ suæ honorẽ edere quasdam leges, quas in præsenti pagina lusimus annotari, per totum nostrum imperium publicandas. Per imperialia vobis scripta præcipiendo mandamus, quatenus eas quisque literas in suo districtu irrefragabiliter & inconcusse seruet, & sunt hæ leges.

AD decus & honorem Imperij, & laudem Romani principis nihil omnino magis videtur accedere, quam vt expurgatis † quibusdam erroribus, & iniquis quorundam statutis penitus destitutis, de cætero ecclesia Dei plena quiete vigeat, & secura gaudeat libertate. Sanè adeo infidelium quorundam & iniustorum iniquitas abundauit, vt non dubitent contra apostolicam disciplinam & sacros canones statuta sua configere contra ecclesiasticas personas & ecclesiæ libertatem. † Cum ergo dispositione diuina fauente nihil velit ecclesia (quæ nihil debet præter bonum appetere) quod nobis eodem concursu & eadem non placeat voluntate.

NOs Fridericus Romanorum Imperator semper August. hac edictali lege irritamus & irrita nunciamus omnia statuta & consuetudines, quæ & ciuitates, vel loca, potestates, consules, vel quæcunq; aliæ personę contra libertatem ecclesię vel ecclesiasticas personas edere, vel seruare aduersus canonicas, vel imperiales sanctiones præsumpserint, & ea de capitularibus suis mandamus intra duos menses post huius publicationem edicti penitus aboleri. & si de cætero similia attentauerint, ipso iure decernimus esse nulla, & eos sua iurisdictione priuatos, superiori protinus applicanda: necnõ locum, vbi deinceps talia præsumpta fuerint, banno mille marcharum præcipimus subiacere: potestates verò, consules, rectores, statutarij, & scriptores dictorum statutorum, necnon & consiliarij locorum ipsorũ, qui sm statuta, vel consuetudines memoratas iudicauerunt, sunt extunc ipso iure infames, quorum sententias & actus alios illegitimos præcipimus aliquatenus non tenere. Quòd si per annum huius nostræ constitutionis inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum nostrum imperium mandamus impunè ab omnibus occupari: saluis nihilominus alijs pœnis contra tales in generali in cõcilio promulgatis. Itẽ nulla potestas vel persona publica vel priuata collectas siue exactiones, angarias vel parangarias ecclesijs, vel alijs piis locis, aut ecclesiasticis psonis imponere, aut inuadere bona ecclesiastica præsumant, quod si fecerint, & requisiti ab ecclesia vel ab imperio emendare contempserint, triplum refundant, & nihilominus banno imperiali subiaceant, quod absq; satisfactione debita nullatenus remittatur. Itẽ quęcunq; communitas, vel persona per annum in excommunicatione facta pp libertatem ecclesiæ perstiterit, ipso iure imperiali banno subiaceat: à quo nullatenus extrahatur, nisi prius ab ecclesia absolutus fuerit. Itẽ statuimus, vt nullus ecclesiasticã personã in criminali quæstione vel ciuili trahere ad iudicium seculare præsumat ꝙ constitutiones imperiales & canonicas sanctiones: quod si fecerit, actor à iure suo cadat, & iudicatum non teneat, & iudex sit extunc iudicandi potestate priuatus. Statuimus.n. vt si quis clericis, vel personis ecclesiasticis iustitiam denegare præsumpserit, tertiò requisitus, suam iurisdictionem amittat. Gazaros, Patarenos, Leonistas, Speronistas, Arnaldistas, Circuncisos, & omnes hęreticos vtriusq; sexus, quocunq; nomine censeantur, perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, præcipientes, vt bona talium confiscentur, nec ad eos vlterius reuertantur, ita ꝙ filij ad successiones eorum peruenire non possint, cùm longe grauius sit æternã, q̃ temporalẽ

gG 2 offen-

† Facit ad hoc Bar. dicta quod ibid. libertatis ... [illegible]

offendere maiestatem. Qui autem inuenti fuerint sola suspicione notabiles, nisi ad mãdatum ecclesiæ, iuxta considerationem suspicionis, ac qualitatem personæ, propriam innocentiam congrua purgatione monstrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur: ita quòd si sic per annum manserint, ex tunc eos sicut hæreticos condemnamus. Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt potestates, consules, seu rectores quibuscunque fungantur officijs, pro defensione fidei præstent publicè iuramentum, quòd de terris suę iurisdictioni subiectis vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebunt, ita q amodo quandocunque fuerit quis in potestatem, siue perpetuam, vel tẽporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramento firmare. alioqui nec pro potestatibus, nec pro consulibus habeantur: & eorum sentẽtias irritas ex tunc decernimus, & inanes. Si verò dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate: post annum à tempore admonitionis elapsum, terram illius ipsis exponimus catholicis occupandam: qui eam exterminatis hæreticis, absque vlla contradictione possideant, & in fidei pietate conseruent, saluo iure domini principalis: dummodo super hoc nullũ præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum opponat. eadem nihilominus lege seruata contra eos, qui non habent dominos principales. Credentes prętere receptatores, defensores, & fautores hæreticorum bannimus: firmiter statuentes, vt si postquam quilibet talium fuerit ab ecclesia excommunicatione notatus, satisfacere contempserit intra annum, extunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia seu concilia vel ad eligendum aliquos ad huiusmodi, neque ad testimonium admittatur: sit etiam intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus prætere ei super quocunque negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quòd si fortè iudex extiterit, eius sententia nullam habeat firmitatem: nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per eum confecta nullius penitus sint momenti. Nauigia quocunque locorum peruenerint, si quo casu contingenti rupta fuerint, vel aliter ad terram peruenerint, tam nauigia ipsa, quàm nauigantium bona illis integra reseruentur, ad quos spectabant ante, quàm nauigium illud periculum incurrisset, sublata omnium locorum penitus consuetudine, quæ huic aduersatur sanctioni: nisi talia sint nauigia, quæ piraticam exerceant prauitatem, aut sint nobis vel Christiano nomini inimica. Transgressores verò huius nostræ constitutionis bonorum suorum publicatione mulctentur: & si res exegerit, eorum audacia iuxta mãdatum nostrum modis aliis compescatur. Omnes peregrini & aduenæ liberè hospitentur, vbi voluerint, & hospitati, si testari voluerint, de rebus suis ordinandi liberam habeant facultatem: quorum ordinatio inconcussa seruetur. Si qui verò intestati decesserint, ad hospitem nil perueniat, sed bona ipsorum per manus episcopi loci tradantur hæredibus, si fieri potest: vel in pias causas erogetur. Hospes verò si aliquid de bonis talium contra hanc cõstitutionem nostram habuerit, triplum episcopo restituat, cui visum fuerit assignandum: non obstante statuto aliquo seu consuetudine seu priuilegiis, quæ hactenus contrarium inducebant. Si qui autem contra ꝑsumpserint, eis de rebus suis testandi interdicimus facultatem: vt in eo puniãtur, in quo deliquerint: aliàs prout culpæ qualitas exegerit puniendi. Agricultores & circa rusticitatem occupati, dum villis insident, dum agros colunt, securi sint quacunque parte terrarum, ita, vt nullus inueniatur tã audax, qui personas vel boues, agrorum instrumenta, aut si quid aliud sit, quod ad operam rustica lem pertinet, inuadere, capere aut violenter auferre præsumat. Si quis autem huiusmodi statutum ausu temerario violare præsumpserit, in quadruplum ablata restituat, infamiam ipso iure incurrat, imperiali animaduersione nihilominus puniendus. Nos verò Honorius episcopus seruus seruorum Dei has leges à Friderico Romanorum Imperatore filio nostro charissimo pro vtilitate omnium Christianorum editas laudamus, approbamus, & confirmamus tanquam in ętern num valituras: & si quis ausu temerario, inimico humani generis suadente, quocunque modo has infringere tentauerit, indignationem Dei omnipotentis, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum se nouerit incursurum.

FINIS.

a QVOMODO IN LÆSÆ MAIESTAtestatis crimine procedatur.

Iste titulus est magistraliter positus causa cōmodioris allegationis. & aduertendum est, q. liber authenticorum diuisus est in nouem collationes, postea superueniit liber feudorum: quem x. collationem vocamus. postea superuenerunt istæ constitutiones, quas vndecimam collationem appello 1 ipsesque glossata volui ego Barto. de Saxoferrato ciuis Perusin⁹, vt multa vtilia, quæ in eis sunt, omnib⁹ innotescerent & etiam ad laudem diuinæ recordationis domini Henrici Imperatoris, imperialium constitutionum auctoris aui Illustrissimi Domini, Domini Caroli Quarti, Romanorum Imperatoris nunc regnantis, cui debito fidelitatis astringor: quia me suorum consiliariorum & domesticorum 2 numero aggregauit, & me, meosq; posteros quos legū doctores esse contigerit, legitimationis & concessionis veniç ætatis, aliisq́ue priuilegiis & gratiis decorauit. In nomine igitur Dei omnipotentis ad laudem & reuerentiam præfati dñi Imperatoris suique aui & studantium vtilitatem glossaui eas ordine infrascripto, supponens quicquid per me dicetur correctioni cuiuslibet melius sentiantis. & quia text. est breuis, nullus me de glossarum longitudine inculpet. sunt. n. multæ glossæ ex quibus hęc collatio multo vtilior redditur.

1 In hoc sēc. stādū cōi denominationi vtētur. Alua. in pręlu. feu. in 3. colla.

2 Idest multū familiari. Io. de Pla. l ni. de dome & ꝓtect. li. 12.

EXTRAVAGANTES cum apparatu siue glossis Domi. Bart. quas nonnulli xi. collationē appellāt, feliciter incipiūt.

TITVLVS I.

QVOMODO IN læsæ maiestatis crimine procedatur. a

b D reprimendū. Primò ponit cām legis condendç. Secundò statuit generale in ordine procedendi in crimina læsæ maiestatis. Tertiò statuit speciale in modo procedendi ꝯ contumaces. Quartò ponit clausulā derogatoriā. Quintò declarat, ad quos casus extendatur. Sexto quo tempore firmat vigorē.

c Multorū. sed cū multis grassantibus iudici à lege antiqua concedatur arbitrium, vt possit pœnas augere, vt ff. de pœ. l. aut facta. §. fi. & no. ff. de iufa. l. quid ergo. §. pęna grauior. ideo hoc casu hęc. l. necessaria non vr. Solut. antique iura dabant arbitrium iudici imponendi pœnam maiorem maleficio liquidato: hæc de nouo statuit circa modum liquidandi dans potestatem. & hæc, scilicet consuetudo delinquendi est causa finalis legis condendæ, vt ĩ. dicam.

d Ruptis. determinat verbum conantur, quod est ĩ. nec resoluitur in cōditionem: quia determinat verbum præsentis, vel præteriti temporis, secus si esset verbum futuri temporis, vel respiceret futurū tempus, vt l. à testatore. ff. de condit. & dem. & de vsu. l. cuictis. quod tractaui. ff. de condi. & dem. l. 1.

e Debitæ. iure diuino & humano. vt ĩ. dicetur.

f Fidelitatis. Quædam est fidelitas, quæ debetur ꝓximo. s. nō offendere eum, nec ei insidiari. ff. de iust. & iur. l. vt vim. non autem tenetur eum defendere, vt no. ff. de reg. iu. l. culpa caret. Alia est fidelitas q̃ debetur patri, quem quis ēt tenetur defendere verbo: quia debet patri indicare, quæ cognoscit ꝯ eum, vt ff. ad l. Pomp. de parric. l. 1. in fi. & l. seq. debet ēt ei reuerentiam, vt in titu. de obsequiis. non autem reperio, q. quis teneatur patrē defendere facto. s. opponēdo se. vel simili mō. Tertia est fidelitas maior

Fidelitas triplex.

quā quis tenetur dño suo: quem non solum tenetur non offendere, sed indicare verbo, & defendere facto, vt 10. co. de for. fide. c. 1 & de no. fi. for. c. 1. ista debet quis principi. s. nō offendere. & si sciuerit. indicare, qd̄ petet: qd consciu ēt tenent̄, vt C. ad l. Iul. maie. l. quisquis. § fi. tenet̄ defendere eum ff. de re mili. l. omne delictum. §. fi. verè ergo hic dicitur toti⁹: quia tota fidelitas debetur principi. Est. n. Deus in terris. C. de sa. san. ecc. l. iubem⁹ nullā nauem. & ibi no. & de eo scriptum est, Diliges Dominū Deum tuum ex toto corde tuo, & tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis.

Henricus VII. Diuina fauente gratia Rom. Imperator semper August.

AD reprimendū. b multorum c facinora, qui ruptis d totius debitæ e fidelitatis f habenis, g aduersus Romanum imperium, in cuius tranquillitate h totius orbis i regularitas requiescit, ...

g Habenis. sicut. n. per habenas equus rectè ducitur, ita per fidelitatem 1 ducitur subditus à domino: quæ fidelitas habet duas habenas. s. in faciendo quæ fieri debent, & non faciendo quæ fieri non debant: vt modo dixi, q̃ duo præcepta sunt duæ habenæ per quas homo subditus ita ducitur sicut equus, & alia animalia ducuntur per habenas: & ita per ista duo præcepta homo ducit̄ & pacificus fit, sicut equus per habenas, quas timet. & fuerunt hæc duo ꝑcepta facta primis duobus parentibus: super quibus pendent leges & prophetæ: & super quibus totum vtriusq; iur. corpus fundatum est, vt no. ff. de iust. & iu. l. 1. & ideo bene dicit. habenis.

1 Quæ fidelitas, & qualiter debeat haberi i prīcipe, vide plene Ias. in l. 1. ff. de pa.

h Tranquillitate hoc patet: nam cum Imperiū fuit in statu & tranquillitate, totus mundus fuit in pace & tranquillitate: vt tempore Octauiani Augusti: cum etiam imperium fuit prostratum insurrexerūt tyranni, & hæc fuit huius opusculi causa fi.

i Totus orbis. ꝯ quia maior pars mundi non obedit principi. Sol. Illud de facto, sed de iure secus 2 similē habem⁹ de Daniele. 9. c. vbi de Nabuchodonosor, qui erat vniuersalis Imperator, sic ait. Tu rex regum es: Deus cęli regnū, fortitudinē, gloriā, & imperium dedit tibi, & oīa, in quibus habitarēt filij hominū, bestias agri & volucres cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. & intelligendū est de iure: quia de facto non obedierunt sibi o.a: vt legitur in chronicis, vt in d. c. per gl. item ꝯ, quia in terris ecclesiæ nullam habet iurisdictionem, vt in c. pastoralis. ex̃ de re iu. in cle. Sol. ecclesie habet ex donatione principis ēt eius, qui hanc legem ꝯdidit, vt in c. 1. extra de iurein. in cle. vnde ipse princeps habere vr̃, vt in l. 1. §. oia n. C. de vete. iu. enu. vel licet 3 alicuius particulæ dominiū nō sit suū: tñ verum est, qd̄ hic dr̃, sicut dr̃ dñs gregis ēt si vnū pecus nō sit suū, vt ff. de rei ven. l. 2 & 3. & per hoc patet, q. imperator recte dr̃ dñs mūdi. s. vniuersalis: licet singulares sint dñi prędiorū suorum: vnde ē possessore ipse posset vēdicare mundū, vt l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr. & ff. ad leg. Rho. de iac. l. deprecatio nec opus est, q. dicam⁹, q. omnia sunt sua quo ad protectionē &c. vt no in cōstitutiona. ff. in prin. quia imo verè oīa sunt ipsius, si vniuersaliter consideretur. Vel tertiò 4 inhærēdo opinioni sanctę ecclesię: primo fuit Imperiū Babylonis. secūdo fuit imperiū Persaru & Medorū. tertio fuit imperiū Græcorum quarto fuit imperium Roma. vltimo aduenientę Christo istud Romanorum imperium cœpit esse Christi imperium, & ideo apud Christi vicarium est

2 Vide gl. i pragma. sanctio. i proœm. in verbo dei & Ias. i l. cūctos populos. C. de sum. tri. & fide catho.

3 Istā solutionem sequit̄ Ias. i l. cūctos pop. C. de sum. trin. & fi. cath.

4 Istā sequuntur Ia. & Alu. in c. 1. qe dicat̄ Dux Marchio.

scit: hostili animo [a] armati conantur nedum humana, verum etiam diuina pcepta, quibus iubetur, quòd omnis anima Romanorum principi sit subiecta, [b] scele[c]ratissimis facinoribus [d] & assiduis rebellionib' demoliri, ne ex eorum absentia, [e] in detestãdo læsæ maiestatis crimine

vterque gladius.s.spiritualis & temporalis.Christus enim est lapis abscissus sine manibus: cuius regnum non dissipabitur: de quo prophetauit Daniel. 10 d.c. 9. vbi hæc omnia imperia describuntur expressè. dia ergo, q ante Christi imperium Romanum dependebat à Deo solo: & imperator rectè dicebat q dominus mundi est: & q oia ei' sunt post Christum verò omne imperium est apud Christũ & eius vicariũ [1] & transfertur per Papã in Principẽ secularem, vt extra de el.c. venerabilẽ. vnde si dicimus, oia sunt imperij Romani, qa tunc Christus verũ est, si referam' ad psonã Christi. si verò referamus ad personã imperatoris secularis: nõ propriè dicit omnia sunt sua vel sub sua iurisdictione: q a oẽ terræ ecclesiæ. illas.n. sibi reseruat Papa: in quo principaliter est imperiũ. in hac ergo pstitutione si se retulit ad imperiũ. vel si se retulit ad psonam suam locutus est caute: nõ enim dicit, q totius orbis iurisdictio sit sua: sed q totius orbis regularitas in eo requiescit. nã & terras ecclesiæ ipse habet certo modo regulare s.defendẽdo eas, & seruãdo in deuotione ecclesiæ, vt iurauit in c.s.extra de iureiu. in cle. & hoc pro nũc transitoriè dico, quo niã opus per se requirit quæ dico, quare sic credo tenere ecclesiã: sic credo imperatorem sentire: & si malè hoc vel aliud intelligerem, sum paratus corrigere

[1] De electione & coronatione imper. vide plen. Aluar. l dic. cap. r. q dicatur dux &c.

[a] Hostili animo.i. nil debentis subiectionis & reuerentiæ. secundùm Hug.

[b] Subiectas. ad Romanos. 12.c. sed ibi non dicit Romanorum principi, sed potestatibus sublimioribus Sed de illo intelligendũ est sub quo Christus voluit nasci & crucifigi, hoc imperiũ ecclesia approbat, &c.

[c] Facinoribus.i. conspirationibus in malã partem, vt not. ff. de publi. l. quæcu & facit. C. ad legẽ. Iu. maiesta. l quisquis. in principi.

[d] Rebellionibus quid sit, dicitur. J. Ipsoxi.

[e] Absentia. hucusque posuit causam impulsiuam.i. vnam causam finalem seu rationem legis condẽdæ. nunc ponit aliam: hoc modo. Primo quomodo tempore factæ legis multi conabantur contra imperatorem. & hæc fuit causa impulsiua legis, nõ finalis, qđ patet. quia cum lex ista sit vniuersalis & ppetua. cũ & futura facta respiciat: illa facta præsentia vel futura non fuit eius causa finalis: tendit enim ad aliũ finem, sic ff. de post. l. r. §. sexuum, & in auth. de nõ alie. in prin. col. 2. & in omnibus legib' relatis ad singulas personas, quæ tamen vniuersaliter intelliguntur, vt in 1. const. C. in fi. & ff de leg. l. nõ singulis & ideo si ista causa cessaret, quia non essent multi, sed pauci sic delinquentes, non cessarent leges. vt in d. §. sexuum & patet ex hac lege, quę loquitur etiam quando contra vnum proceditur. & quocunq casu sub crimine læsæ maiestatis & si in aliqua lege vniuersali, vel communi vel municipali poneretur aliqua causa impulsiua, nõ posset opponi, q illa causa nõ sit vera quia non nocet, vt C. de fal. cau adiec. l. 1. de pdit & dem. l. cũ talc. § falsam. & patet ex pdictis, secus si princeps aliqd particulariter rescriberet, quia tunc factũ voicũ sub quo scribit, posset eẽ cã finalis rescripti vt C si ℨ ius vel vtil. pu. l. pscriptione. & de diuc. rescr. per totũ. idẽ si ciuitas vel ordo decurionũ aliqd specialiter ordinaret super quodã facto nõ vero, esset. o. decretũ ambitiosum, vt ff. de decr. ab or fa. l. ambitiosa. Posuit enim vnã causam finalẽ imperator seu rationẽ legis cõdẽdę, dũ dixit, ad reprimẽdũ multorum facinora. Ista enim nota vniuersalis ppetua & futura respicit. & est finis ad quẽ tẽdit imperator: & hoc apparet ex natura gerundij: quæ est, vt cũ ponitur in accusatiuo, significet causam finalẽ. ff. de dolo. l. r. §. 1. in definitione doli, & de tut. l. 1. in definitione tutel. & ff ad exib. l. 3. § 1. licet qñq significet modum. l. quibus diebus. §. 1 ff. de cond & demõ. sed certè ille modus non est cã finalis ibi, sed modus appellat, qñ cõtinet onus explicãdũ ab eo ad quẽ refert, vt ibi dixi. Idem si ponat in gerundio casu cũ hac dictione cã, vel cũ hac dictione aio, vt ff. ad leg. Corn. de sic. l. r. l prio. & l §. 3. & 2. & C. e. l. is qui cũ telo. nũc autẽ imperator ponit alias duas causas finales s. ne processus vel sententia retardetur. Itẽ ne talia maleficia remaneãt impunita. Sed cũ in l. sunt plures causæ finales, an requirat, q omnes concurrãt gl. ex de rescr. c. 2. aut qlibet causa per se est sufficiẽs ad producendũ effectũ, & sufficeret vna: & tunc copulatiua ponit pro disiunctiua, vt l. sæpe. ff. de ver. sig. alias requiritur concursus omnium: quod verũ est, qñ in l. ponunt plures causæ, hoc est plura facta, ex qbus debet sequi iuris effectus. Tunc enim de facili cognoscitur, an quodlibet factũ de per se sit sufficiẽs ad pductionem effectus iuris: cum ius certum sit: v l. 2. ff. de iur. & facti ignor. Sed quandocunque in l. ponuntur plures causæ, hoc est plures finales effectus, q ex lege sequi sperantur, vt in l. ista. & tunc an omnes requirãtur, est dubiũ, sed qñ illi effectus fuer separati & distincti. sufficit alterã ex illis causis adesse, vt in sti. de oep §. athoritatis. & no ff. de his, q no. infam. l. liberorũ. §. 1. & de pri. cre. l. si vẽtri. §. in bonis. Sed si illæ plures causæ & plures effectus tendũt ad idẽ: & tunc si vna causa ponit vt ratio, alia vt ratio rationis. vel vna ponit tanquã maior, altera vt minor ad probandum idẽ: tunc vtraq requiritur ff. sol. mat. l. 1. & de petit. hære. l. sed si lege. § item si rem. & hoc apparet hic. nã prima ratio seu causa finalis est maior propositio: aliæ duę quęlibet per se facit minorẽ hoc modo dicit imperator, Nos intendimus ad reprimẽdum multorum facinora &c. sed ista reprimũtur, si sententia & processus nõ retardẽtur: ideo statuit. q procedi possit contra absentes. Alio modo coniungit & cũ secunda causa. Tertia est, si cõiungitur cum prima. intẽdimus ad reprimendũ talia facinora. Sed ista reprimentur, si non remanebũt impunita: ideo statuit. q possit procedi summariè & de plano. vt ei videbit. & sic facilius inueniat. prima ergo causa generalis est. & respicit vnum effectum cũ qualibet aliarum, & illę respiciunt separatos effectus: vna ne retardetur, alia ne punitio extinguatur: & habet locũ siue procedatur contra absentẽ, siue contra præsentẽ vt J. patebit, & nõ extenditur hæc lex ad aliũ casum ex identitate rationis, quia contra ius cõmune est, vt l. qđ ℨ ff. de legi. vnde non tollitur. nisi quatenus exprimit. C. de appel l. præcipimus. in fi. regulariter enim omnis causa requirit plenã cognitionẽ, vt C. de iudic. l. iudices & regulariter in causis capitalib' non potest absens cõdemnari. colligitur autẽ ratio legis diuersimodè, nã quædam sunt leges declaratiuæ & ratio illarũ est regula iuris præcedentis, vt patet ferè per omnes leges iurisconsultorũ: maximè in d. §. item si rẽ. & ff de verb. obli. l. stipulatio ista. §. alteri. & quasi per omnes, & illa propriè dicitur ratio. Quædam sunt leges mere positiuæ: quia ad illud nulla ratio iuris antiqui urgebat, & tunc ratio ex ipsa l. sumitur, vel eius præfatione, si in ipsa exprimat, vt hic & ff. de hære. insti. l. no. & ad Macedo. l. 1. & ista proprius appellatur causa finalis, quàm ratio legis, vt l. cũ pater §. dulcissimis. ff. de leg 2. & de cond. & demon. l. illis libertus. & de iur. pat. l. adigere. §. quãuis. fina-

Causam finalẽ denotat gerũdiũ positũ cũ accusatiuo.

finalis ergo intentio legis est ibi: qua cessante cessat lex vt d.ll. vbi vero ratio nō apparet, debemus propriæ significationi verborum stare. vt ff. de exer. l. 1. §. is quanem. cum similibus. Accur.

Retardentur. sic C. de pœnis. l. ne diu. & l. correis. Et subaudi, ne. & sic sunt duæ rationes.

Impunita, vt ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. cum simi.

Hac edict. Hic incipit secūda pars in qua ponit statutū generale. & in eo ponit ordinem procedendi tam contra præsentes, quàm contra contumaces ex eo,

processus & sententia retardentur, a & tanti sceleris nefanda temeritas remaneat impunita: b hac edictali c Deo propitio perpetuò valitura lege sancimus, vt in quocunque d læsę maiestatis crimine, & maximè e ubi contra Romanorum imperatores, f uel reges g aliquid, quod dictum tangat, h asseratur i commissum, possit k procedi per accusationē, l inquisitionē, m

quod dicit edictali, apparet quòd est generalis, vt l. tertia. C. de legib. & infra dicit generaliter.

Propriè tamē dicitur committi crimen læsæ ma. quando aliqd fit contra personā principis, vel cōtra eos q. ad eius latus assistunt, vel cōtra rempubl. secundū Io. de Pla. in §. t. instit. de pu. iudi.

In quocunque. cum. n. lex Iul. maiestatis, habeat multa capita, vt ff. eo. l. 1. 2. 3. & 4. in quocunq. crimine, cui compet aliquod dictorum capitum, habet locum hæc ex.

Et maxime. hic pręcedit genus, .s. omne crimen quod incidit in l. Iul. maie. additur species quādo cōmittitur in Imperatorē vel regem: & ideo nō ponitur implicatiue, cum totū sit expressum: sed significat rationem in expressis legibus fortius vigere. sic C. ne fi. pro pa. auth. habita. sed si genus nō pcederet, tunc aut per conditionem maximè additur conditio, & tunc inquit idem esse in casu contrario. s. cōditione non existēte: nisi ratione contrarietatis euitādæ oporteat dici, quod dictio maximè. attēdet, vt C. de ma. testa. l. fi. & ibi no. in gl. super verbo maximè sed si per hanc dictionem adijciatur ratio, tunc indicat illam esse potissimam rationem, licet alia sit ratio, vt l. & si maximè. ff. de serui. leg.

Imperatores post coronationem &c.

Reges. ante coronationem, vt extra de ele. venerabilem. & no. diligenter. q. ante coronationē habetur vt generalis dñs. si enim esset priuata persona, cōtra eum facientes non inciderēt in l. Iul. maie. vt hic patet: & sic pōt administrare & dare priuilegia, vt ex. de priui. c. super quibusdam. in cle. & de iniciur. c. 1. & ibi gl. & sic cessat disputatio Iac. de Are. quam ponit Cy. in l. bene a Zenone. C. de quadri. pręter. potest et. & facere cōdēnationes, vt patet ex literis domini Caroli Imperatoris cōcessis cōmuni Perusij: cum ego tūc apud ipsum legatiōe fungerer: vbi inter cętera sic ait: omnes & singulas sententias, processus & condemnationes, mulctas & ordinationes per quoscūq. diuos Romanorū Imperatores & Reges prædecessores nostros contra vos & singulas ciuitates cōmunis & Perusij p sonas latas seu promulgatas tollimus & relaxamus. Potest etiam ante coronationem concessiones aliorū Imperatorū tollere & reuocare. qđ patet ex alijs literis eiusdē Imperatoris: vbi inter cætera concessit quædam & adiecit tandiu, quandiu per successorem nostrum Regem Romanorum seu Imperatorem non fuerit reuocatū: quę literæ sunt Perusij sub bulla aurea, & prædicta vera postquam persona est electa in Romanorum Regem, & per sedem Apostolicam fuerit approbata. antē autē videtur tenere glo. in d. c. 1. de iureiu. in cle. quod etiā electi in discordia possunt administrare.

Istā. gl. reputat nota. & eā sequit. Ia. in l. q. sepatis. in 8. colum. C. vnde li be.

Tangat. q. d. non solum si ipsum crimē cōmittitur sed si aliud quod ipsum tangat: hoc autē cōtingit qñque per modū antecedentis, vt mandatū, consiliū, persuasio: de qb. plenè dixi in l. nō solū. §. mādato. ff. de iureiu. qñq. per modū subsequētis tēpore quo deliquitur, vt auxiliū & opem dare. de quo dixi in l. furti. §. ope. ff. de fur. qñq. per modū cōsequentis, vt in his qui præstant consiliū ad euadēdū, vt in l. 1. C. de rapto. virgi. & dixi in d. §. ope. vel receptatore, vt C. de his q la. l. 1. & ff. de recep. l. 1. facit ad pdicta. ff. ad Turpil. l. 1. § incidit. & C. de hæ. auth. credētes. quandoq; p modū alterius actionis, vt si qs nollet venire ad perhibendū testimonium contra reū de hoc crimine, facit aliqd qđ tangit hoc crimē. & hic hēt locū hæc. l. idē si faceret, vt reus captus euaderet, vt ff. ad l. Iul. maiē. l. si cuius §. itē q. cōfessum. & facit ex. de off. & po. iu. del. c. 1. simile per Inno. & est simile verbum ex. de hære. c. vt inquisitionis officium. lib. 6.

Vide Bar. Are. & Ias. l. 1. C. de ser. fug.

Vide tres pulcherrimas rationes ad istā dictum per Iaso. in §. pœnales. in 18. col. insti. de acti.

Asseratur. quandoque per glossatorē additur, et verū sit, vt ff si qua. pau. fe. di. l. 1. in prin. & vi bo. rap. l. ait prætor. in prin. alibi dicit gl. etiā si verū nō sit, vt ff. de do. l. 1. in gl. super verbo, diceretur. & istud placet in his, quæ respiciunt modū procedēdi, vt hic sed in his quæ respicerent sententiam & executionē aliæ glo. procedunt. probatur. ff. de procu. l. qui omnia. verb. planè.

Idē tenet Bart. & Bal. in l. 1. ff. de do.

Possit. non ergo imponitur necessiter. & in causis sommarijs licet non seruetur ordo, & procedatur solenniter, nō viciatur processus, vt extra de verb. sig. c. sæpe in cle.

Per accusationē. hoc ius cōe est. sed in hoc speciale est, quòd ad accusandum admittunt infames. serui, milites, mulieres. ff. ad l. Iul. maiest. l. famosi. & in l. in q̄stionibus. & accusatio est nomen iuris. sicut enim actio est ius persequendi in iudicio, qđ sibi debet, insti. de act. in prin. sic & accusatio est ius persequēdi vindictā pub. vt inst. de pub. iu. in prin. & ius ex quo sumit vindicta, est duplex. s. accusatio. & officiū iudicis. hoc autem officiū exercetur quādo p inquisitioné ad alterius denunciationē proceditur. Nā super denunciatione inquirit. vt de cust. re. l. diuus. & j. dicam. quandoque per inquisitionē factā proprio motu iudicis. potest enī sumi accusatio pro libello accusatorio, vt de accusa. l. si cui, in princ. & ad Turpil. l. 1. §. accusationē. & illo modo sumit hic. Sed quæro, quid si accusatio est ineptè formata: an valeat beneficio huius l. in hoc crimine? quod videtur: quia cū non sit necessaria figura iudicij ergo nec libellus, q. est de ordine & figura. & hoc videtur expressum ex. de verb. sig. c. sæpe. in cle. in contrarium facit: quia hic permittitur procedi altero de tribus modis. s. p accusationē, denunciationē. & inquisitionē: & sup quolibet istorū permittitur procedi summariè & de plano sine strepitu & figura iudicij. vbi ergo per accusationē proceditur: oportet accusationē esse factā rite: vt l. non putauit. §. non quæris ff. de cōtra tab. alias si non est rite facta, non est accusatio: nec per eam delictum in iudiciū deducitur, vt ff de adul. l. accusatorus. & ad Turpil. l. 1. § accusationē. ibi, nulla erit &c. licet ille. §. faciat cōtra, quia est necessaria abolitio, vt ibi. & de accu. l. libellorum. § quod si libelli. ergo videt accusatio aliqua. Sol. licet accusatio sit nulla: tamen qualisqualis est, saltē de facto: & ideo est necessaria abolitio, vt ibi patet. sed hic requiritur, q. accusatio sit rite facta in forma sua, vt super ea possit procedi secundum formam huius. l. facit quod no. ff. de fur. l. si quis. §. 1. Bart. de Saxoferrato.

Infames & serui quādoq. ad accusandū admittunt.

Ius ex quo vindicta sumitur duplex est.

Inquisitionem. hoc ius est nouum nā de iure cōmuni non potest procedi per inquisitionē. nisi in certis casibus no. in l. 2. § si publico. ff. de adul. & ibi dixi, q. quatuor sunt regulæ, in qbus potest proced. Prima p officiales denūtiationū. l. diuus. ff. de cust. re.

No. hic inquisitionem accipi p inuestigatione facti: vt no. An. de cohab. cleri. & mulie. ca. nostra. vers. not. quod verbū extra.

gG 4 &c.

& C. de acc. l. ea quidem & de decu. l. t. lib. 12. Secunda regula est propter incidentem cognitionē iuris. nā vbicunque iudex cognoscendo principaliter reperit incidenter delictum esse cōmissum, potest de illo cognoscere, vt hic est casus, & in d. §. si publico & C. si aduer. lib. l. pe. & de condictio ob turpem causam. l. cultā

seu denunciationem [a]

di. & de calū. l. pen. Tertia regula propter pcedentem gñalem inquisitionē. nam vbicunque iudex inquirendo gñaliter de malefactoribus reperit aliquē deliquisse, potest ad inquisitionē n specialē descēdere, vt l. congruit ff. de offi. præsi & ad l. Iul pec. l. 4. & auth de eo § iubemus. col. 9. Quarta regula est pp magnam offensionem. vbicunq; .n. crimē cōmittit corā iudice, iudex potest super illo per inquisitionē procedere, vt C. de calum. l. 1. & de test. l. nullū & de prob. l. pe & idem eadē ratione in omnibus delictis quæ committerentur coram iudice, aliàs non potest procedi per inquisitionem de iure commun l. rescripto § si quis accusatorē ff de mun & ho. Sed specialee est hic, vt nulla ex pdictis regulis accedēte possit procedi, vt hic. de iure canonico potest procedi p inquisitionam præcedente fama, vt ex de acc. c. qualiter & qñ. & de simo. licet Hely. Sed tunc hoc est specialai quia procedi posset etiam fama non pcedente vt hic patet: quia sufficit quocunque modo dicat. & probatur j. i. proxi. ibi. publicè vel occultè. sed cum in accusatione requirant solēnia accusationis, vt s. dixi, quare non requiruntur solennia inquisitionis Respon solennia accusationis intelligo circa formā ipsius, vt dixi. quod autem in inquisitione prçcedat aliquod pludiciū: nō est de forma inquisitionis: sed est vt aliquod antecedēs & processus valeat, si nō opponatur. extra, de accu. c. t. lib 6 sicut testamentū est testamentum ſm sui formam, licet testator dicatur filiusfa. vel seruus, vel quid simile. vt C. de edict diui Adria tol. l. 2 secus si in ipso deficeret hæredis institutio. Sed an forma lqsitionis sit sicut forma accusationis? gl insti. de pub. iud in princ dicit quod nō Inno idē extra de pur. ca c. si. & de Bar. insti de acti. In princ dicit quod eadem forma & eadē solennitas requiritur præterquam in inscriptione ad pœnā talionis: quia cum locū accusatoris subeat iudex, & inquisitio loco accusationis, eiusdē debet esse naturæ. vt l. 1. § hæc actio. si q̃s test. lib esse ius fu. & hoc placet quantum ad hoc, vt insarat locus & tempus eodē modo: quia non debet in tālo crimina vagari, vt ff de iniur. l. prætor edixit in princ & de dolo. l. idē exigit. facit: quia si idem delictum opponitur p modū exceptionis l. 1. §. t. ff. de doli except & extra. de elect. c. vt circa lib. 6. dixi plenè ff. de exce. l. t. nec obstat extra de procu. c si. & quod ibi per Inno. q̃ ibi fit inquisitio cōtra certam personam, tamē generaliter quo ad delicta secus si fieret de speciali delicto. Itē accusatio dēt i scriptis offerri, vt l. libellorū d ac. & C. de li. præs auth offerat. sed cū inquisitio nō offerat iudici, sed ipse ingrat nō est necesse, q; prius formetur in scriptis, & postea: redigat in actis. ex quo sequitur, quod si in processu nō apparet, quādo fuerit exhibita accusatio, nō valet cū sit de substātialibus, vt d. l. libellorū. q; no. C. de acc l. in causis. Sed si nō apparet dies inquisitionis formatæ, nō vitiatur processus: q a dicit quo ge citat sup inquisitione, vel dies quo rñdit illi, poterit dici dies formatæ inquisitionis cū iudex semp inquirat: sed nō pōt dici dies exhibitæ accusationis, cū hoc nō pertineat ad iudicē. multa alia dixi circa materiā inquisitionis in d. §. si de pub.

Iudex per Iquisitionem procedens est loco accusatoris.

[a] Denunciationem. de iure antiquo non admittitur denūciatio, nisi per officia[1] vt l. diuus. de cust. reo. & C. de accu. l. ea quidem. & ff. de offi. præf. vrb. l. 1. §. sanè. de iure canonico admittitur denunciatio pçcedente charitatiua monitione, vt extra de iudic. c. nouit. & ex de simo. c. licet Hely. hæc ergo lex introducit nouū in hoc crimine quia p denunciationē factam à quocunq; posset procedi, de officialis denūciatione. & de ista materia plenè dixi in d. l. diuus. sed de isto denunciatore priuato dico[2] q; hēt vim cuiusdam mādatoris seu instigatoris, ideo desistēdo incidit in Turpil. vt ff. ad Turpil. l. 1. §. incidit & l. ab accusatore §. denunciationes. a ti. & si desistat denunciator, impunè iudex ex illa causa dimittit pces sum, sicut delator mādatore subtracto, vt ff. de iur. fisci. l. res quæ. §. si. quod est verū si in procedēdo fuit nominat⁹ denūciator, aliàs secus. ff de iu. fis. l de eo. ergo hic pōt procedi ad denunciationem alterius denunciantis non nominato. vt d. l. de eo. quia ex mero officio iudicis proceditur. Item cum in casu illius l. isti tres modi procedēdi sunt æquè auxilia ordinaria, puta quod si pendente inquisitione ex officio, vel per denunciationem superueniat accusator, non debet recedi ab inquisitione: cum cesset ratio, quam ponit Din. in regula, actor legitimi. de regu. iur. lib 6 Et quid si ex forma statuti cōceditur. quod iudex generaliter possit inquirere de crimine? de hoc dixi in l. si maritus § fi. ff. de adu & hoc de denunciatione quæ fit ad vindictam publicam. ad priuatam verò quādoque denunciationem iudex procedit in his, qui agere non possunt de iure, vt cum serui à dominis opprimuntur. ff. de iis qui sunt sui vel alieni iur. lege secunda. & de offic præfect vrb. l. 1. §. quod autem. Item ad denunciationem patris vel patroni conquerentis de filio vel de liberto, vt d. l. 1. §. cum patronus. & de offic. procon. & leg. l. nec quicquā. §. de plano Item quando homines humiles opprimuntur à potestate[3] vel eis aliquid aufert vel ab eis promissio vel cautio exigitur. vt ff. de offic. præsi. l. illicitas in princip & quasi per totam legē: & hoc sentit Spec in ti. de denun. §. quis denunciare & Io. Andr. in c. nouit. ex de iud. vbi dictas leges sic intelligunt: quod est notandum: quia ad boni iudicis officium pertinet facta ei querela de prædictis ex officio eius procedere: cum tales per seipsos agere non possunt, vel nō audent: quod placet: quia interpretatione adiuuandum est quod reipublicç vtilitatem continet. Est & alia denunciatio priuata, quæ locum habet in foro ecclesiastico, inducta per legem Euāgelicam: vt d. c. nouit. de iud quæ quotidiana est. & per eā multa q̃ sūt iuris ciuilis remedio destituta, reparari possunt: ideo ea prosequor declarando q̃dam ab authoribus iuris cano. intacta In hac enim requiritur, q; quis primo moneat[4] aduersariū suū, qui peccat in eum, inter se & ipsum solum, dicendo, quod cum in eū peccet retinendo rem ad eum pertinentem, vel nō soluendo ei tantā quātitatem sibi debitam, quòd exeat de peccato quod si nō faciat, iterū dicat idē adhibito vno teste vel duobus testibus, quod si non faciat tunc dicat eccle. & sic ad forum ecclesiasticum recurrat, petēs quod cum peccet talis in eū. & de tali causa requisitus & monitus & prima requisitione & secunda secundum doctrinam & regulam Euangelicā emendare neglexerit, & exire de peccato in periculū animæ suæ, & etiam contra conscientiam: implorat eius officium, vt eum ad pœnitētiā cogat, vt in d. c. nouit super hac denūciatione offert libellus:[5] lis cōtestatur, & sententia in scriptis fertur secūdū Ho. & Io. An. in c. nouit. licet in dicta decre dicatur, q; pcedatur de plano. quod quid importet, infra dicā, & contra personas sic denunciātes non potest opponi, quod sit infamis. si tamē sit correctus de crimine, potest, secundum Inno. & omnes potest autē opponi q; est criminosus, seu in peccato mortali. qualiter n. mouetur bono zelo ad correctionē alterius, qui non est ipse correctus: ſm Ber. & Inn. Sed Io. And. dicit,[6] q; in hoc genere denūciationis, vbi prosequit quis p prium interesse, admittit eū criminosus. sed ei ob.

excom-

[1] Idē tenet Pan. in c. nouit in 14. col. in uerfic. nunc condescendo de iudic.

[2] Idem tenet Panormi. vbi s. dictū est.

[3] Et idē si monachi vel cōuersi opprimerentur ab eorum prælatis. Pan. vbi sup.

[4] Nisi iusto timore Ipediretur monitionē: quia tunc potest sine ea pcedi. Anc. de Bur. & Panor. in d. c. nouit

[5] Idem tenet Pan. in d. c. nouit.

[6] Ista opinio placet Panor. in d. c nouit sed An. ibi tenet opinionē Innocen.

[b] PRiuilegia omnia. Nota ex isto textu, q̃ si bona rebellium tempore rebellionis alijs sunt concessa personis, facta pace sunt reddenda primis dominis, textus est hic valde notabilis: ita quòd ipsa pax non habet vim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrum. quod tene menti.

[c] Iniuriam. Sed quomodo potest princeps concedere aliquid in iniuriam alterius, vt C. de preci. Impera. offe. l. 2. & l. rescripta. & ie. nec damnosa: & ff. de iustitia & iure. l. iustitia. in princ. & §. iuris præcepta & C. si contra ius vel vti. publi. l. fi. & C. de operibus publicis. l. præscriptione. Sol. hæc causa guerræ fuerunt concessa, & contra rebelles imperij: nec est hoc nouum secundùm Odofre. Ex quo nota quòd rebelles sunt extra legis protectionem. vide C. de natura. lib. l. 1. per Cyn.

[d] Cassentur. Nota, quòd sublata guerra tollitur omnis eius effectus secutus propter guerram. ut ꝟ. eod. § finem quoque. Odofre.

[e] Et in irritum deducantur, quòd dicit cassentur, intelligas ipso iure: quod autem sequitur, in irritum, intelligas ipso facto. Odofr. Et sic no. quòd verbum cassentur, iunctum cum verbo irritentur, signat ipso iure, non enim sequitur hic alia sententia, licet tex. vtatur verbo futuri temporis: quod est notabile.

[f] In ciuitate. hic dicit, quòd si episcopus per priuilegium Imperatoris vel regis est comes alicuius ciuitatis quòd cõsules siue decuriones debẽt inuestiri de ipso cõsulatu per ipsum episcopum, sicut fuit hactenus obseruatum. aliàs in qualibet ciuitate consulatus recipitur authoritate Imperatoris, & inuestitur consul per nuncium ipsius Imperatoris. Item dicit, q̃ de quinquennio in quinquenniũ quælibet ciuitas mittat ad Imperatorem pro inuestitura iurisdictionũ renouanda ac priuilegij eligendi sibi consules: q̃ tutabũt ipsi Imperiali nuncio, & per ipsum ingredientur officium. & idem dicit in successoribus suis obseruandum. Not. quòd multi sunt episcopi qui habent ciuitatem, & iurisdictionem temporalem ab imperatore vel Rege. Quæro igitur, vtrũ isti episcopi teneantur coram Imperatore vel rege comparere non solum quo ad consilium, sed etiam quo ad auxilium, si sint conuocati? Respond. sic non tamen possunt personaliter distringi. vt notat in cap. 1. de cle. coniuga. in nouel. Bal.

[g] Consules. de iuramento consulum dicitur extra de iureiur. cap. venientes. & no. in Specu. de iureiuran. vbi etiam nos. de multiplicibus iuramentis.

[h] Finito hoc hodie non seruatur: imo totum contrarium fit. sed non est vis: eum ex priori inuestitura perpetuo inuestiti intelligantur. & nõ ad tẽpus, vt ꝟ. e. ti. §. nos Romanorum. in prin. in verbo, in perpetuum. Odofr. Mittit. s. nuncium. hic dicitur simplex nuncius, quem vulgo Italici appellant syndicum. & habent concepta verba hoc modo. Ego domine Friderice Romanorum Imperator à vobis inuestituram fieri communi Bon. & mihi recipienti nomine & vice communis Bon. lege restante. ff. de consti pec. l. qui autem. §. fin. & l. licet, & per hunc syndicum acquiritur ius inuestituræ communi Bon. vt ff. de consti. pe. l. eum qui §. si actori municipum. Vniuersis enim redditur, quod pro voto omnium primatib. indulgetur, vt C. de adu. diuer. iu. l. restituendæ. Odof. Dicitur autem syndicus secundum gl. quasi singulorum causas vno complexu uno nomine dicens. Vel secũdùm Nicolaum furiosum qui fuit discipulus Ioannis, dicitur syndicus [a] quasi plurium simul causam dicens, & si plures sunt erunt syndi ab vniuersitate, gerunt publicam personam & videtur quòd habeant mandatum insolidum. arg. ff. de admi. tu. l. decreto, etiam in ijs, quæ requirunt speciale mandatum, vt ff. de iureiur. l. iniurãdũ & ad pecunias. §. defensor. & per Iaco. de Are. C. etiam per procuratorem causam in integ. resti. agi pos. l. 1. Sed in rius est dicere, quòd in requirentib. speciale mandatũ debeat syndicus speciale mandatũ habere, vel generale cum libera, vt not. in cap. præsentium de test. lib. 6. in nouella. Illud est nõ dignum, quòd q mittit nũcium vult obligari per seipsum, non per aliũ, & ideo potest reuocare mandatum clam, sed ille qui procuratorem mittit, vult obligari per alium, & non per seipsum, vt legitur & nota. C. si quis alteri vel sibi. l. multum. itaque transferet consensum suum in procuratorem

[a] Recta videtur lectio. Laudum arbitratorũ pp bonũ pacis tenet æquitate naturali. Pet. Vẽd.

Cassari verbũ iunctũ verbo irritari quid importet.

[a] Syndicus, vox Græca cõmunẽ defensorẽ indicans à verbo Græco σύνδικος quod est ad esse, patrocinari ac defendere & in cõi causa patrocinium suis offerre, quo fit vt σύνδικος sit mui iudex, qui que eãdẽ causã defendit. dicitur. Nã vt ait Bu. qui ex singulis vibibus eliguntur patroni at vnius prouinciæ causã tuẽdam, syndici dicũtur.

mus: tunc enim à nobis [a] recipiet. Eadem obseruē tur [b] i successore nostro. Et oēs inuestituræ gratis fiant. Cū aūt nos Impera tor diuina vocatione [c] decesserimus, vel regnū filio nr̄o cōcesserimus [d] simili modo à filio nostro vel eius successo-

ratorem: nec valet reuocatio, nisi in notitiam deducatur, vt nota. in cap. cū. vltimo. de procura. libro sexto, in nouel.

a A nobis. & non à nuncio & hoc, si principi placuerit, vt j. eod § & si qua. Odofre.

b Eadem obseruentur. hoc vult dicere litera ista, quòd idem seruetur in personam successoris nostri, quod in nostram personam ordinamus: sic. C. de quadrien. præscriptio. lege bene à Zenone. ibi, siue ab alijs qui postea &c. & hæc forma datur subditis erga successorem, salua semper authoritate successuris, cui non potest antecessor imponere legem, vt C. de legibus, lege, digna uox.

a Diuina vocatione. Deus enim in hora mortis nos vocat de temporali seculo ad perpetuum: Odof. etiam si quis sua morte moriatur, sed gladio dicitur mors Dei iudicio prouenire, vt nota institu. de cap. dimin. post princ. & in Euangelio, Sciens quæ ventura erant super eum.

d Concesserimus. hic primo attende, vtrū Imperium iure hæreditario transferatur, vel nō. Secūdo quis eligat principem, & quis possit eligi princeps & ex quibus debeat eligi. Circa primum pro & contra allegabimus: deinde quod tutius visum fuerit nobis, aligemus. Videtur quidem primo imperium successione deferri, hoc autem litera ista manifestè innuit Nam iste Fridericus qui nunc viuit, Henrici filius fuit, de quo Henrico hic loquitur, qui quidē imperator fuit. ar. de hoc C. de fun. patri. l. hi quibus, & insti. de done. §. sed primus quidem. & in authent. vt defun. seu funera. §. si verò etiam moriente. & est argumen. ad hoc quod hic dicitur, in decretis 63. dist. ca. in synodo congregata, & 23. distin. in nomine domini. vbi dicitur, quod princeps potuit sibi eligere successorem, vt & hic videtur. Contra autem videtur, quòd ex electione non ex successione imperium deferatur his rationibus. Primo, quia imperium habere, in fortuna est, vt C. de vete. iur. enu. l. 2. §. sed quia diuinæ. & in auth. de consu in fin. Vnde dicitur, Si fortuna volet, fies de rhetore consul. Si volet. hæc eadem, fies de consule rhetor. & à Deo hominibus datur, vt C. de offic. præfec. prætorio. Afr. l. in nomine domini, in prin. & in authent. quomodo oportet episcopos, in prin C. de quadri. præscrip. l. fin. in fin. & in authent. vt in medio lit. nō fient. §. si. C. de offi. ma. mi. l. vl. in prin. & in auth. de fide instru. §. 2. C. de vete. iure enu. l. 1. in prin. & in auth. de consul. in fi. & in Lombar. de prohibitis nup. l. quoniam nobis, in prin. & supra de pri uil. accl. l. si in prin. & quia episcopus eligitur, vt in authen. de san. episc. § 1 & 2 & 3. C. de episco. & cle. l. si quanquam, & omnis dignitas & omne officium. vt ff. de decre. ab ord. fa. l. 1. item & aduocatio successione non defertur, sed electione, vt Lombar. de aduo. & uice dominis. l. singulis, Et remotis omnibus iur. ambagibus, ego puto imperium electione deferri, & non successione, extra de elect. c. venerabilem. §. insuper si prædictus rex. extra de pact. cap. accepimus. Non obst. quod hic dicitur, nā si quis rectè inspiciat, nusquam hic dicitur successione deferri, sed dicit posse concedi, & sic concordat in decretis. 23. dist. in nomine domini, & 63. dist. in synodo congregate. Sed illi qui ita eligunt, authoritatem eligendi ab apostolica sede acceperunt. examinatio tamen, promotio, vnctio, consecratio, coronatio, manus impositio ad dominum Papam spectāt, vt d. c. extra de ele. venerabilem. §. 1. & 2. Vnde dominus Papa ex causa poterit principem deponere, vt in decr. 15. q. 6. c. alius item Romanus Pontifex &c. & in authen. de defen. ciui. § . nō habente, & in authen. de colla. § & hoc custodiri, & argu. ff. de regu. iur. l. eius est nolle. & argumen. C. de offi. præfec. præto. l. si quos. & in authen de manda. princip. §. festinabit, & in Lombar. de offic. vica. l. fina. cum Imperator iuret ei fidelitatem, vt in decre. 63. distin. c. tibi domino. & quod non transmittat ad posteros, habes validum argumen. C. de aduoca. diuer. iudic. leg. petitionem. Quis autem eligit principem, posset quæri. ad quod dic, eliget senatus. C. de offic. præfi. l. 2. & ex senatoribus, cum in numero eorum connumeretur, vt C. de digni. l. ius senatorū, lib. 12. cū senatores sint pars corporis principis, vt C. ad legem Iul. maie. l. quisquis. quare & legē facere possunt, vt & princeps, vt ff de le. lege non ambigitur. & quia præses creatur ab ordine & in eorū ordine remanet, vt ff. quando appellan. sit l. 1. §. solent. Vel dic, quod à principibus populi suffragio, vt institut. de iure naturali §. sed & quod principi. & argum. de offi quæsto. l. 2 in princip. vel ab eis sine populi suffragio, authoritate tamen apostolica electione eis cōcessa, vt supra notatum est. Vel dic quod eligitur ab his, qui soliti sunt eligere. Sunt enim certi nobiles qui authoritatem & priuilegium ab apostolica sede habent principem eligendi, & illi eligent, & nullus alius debet electioni interesse, vt in Lombard. de Pontificibus l. 3. Posset autem dici, quòd quilibet posset in principem eligi in quē eligentes consenserunt, sed tamen prius videndum est, vtrum electus imperio sit dignus, vt C. de quadrien. præscrip. l. bene à Zenone, ibi siue ab aliis &c. Qui enim indignus est inferiori ordine, indignior est superiori, vt ff. de senatoribus lege, qui indignus. Vnde de dignioribus est eligendus. nec dedignentur alij milites, & barones, qui non sedent in tam alto cubiculo, quoniam potentioribus pares esse non possunt, vt ff. de alie. iu. mu. causa fa. lege 2. circa princip. Vnum tamen non omitto, quòd imperium semper est, licet desit esse eius gubernator, vt in authentic quomodo oportet episcopos & cæteros. §. quæ igitur. C. de officio eius qui uicē alteri. ger. l. 2. Odofred. Dicit Iac. de domino Ardizo. Veron. in summa sub tit. de succes. Imperij, quòd olim principes poterant sibi eligere successores: vt in decretis. 63. dist. in synodo congregata, & 23. di. in nomine domini: in medio. Sed hodie quidam principes eligunt Imperatorem, qui potestatem eligendi ab apostolica sede acceperunt: sed examinatio, promotio, vnctio, coronatio, & manus impositio ad dominum Papam spectant, vt extra de elect. c. venerabilis. §. 1. & 2. & dominus Papa ex causa ipsum poterit deponere, vt in authentic. de defen. ciu. §. non habente. & de forma fide. c. alius. & de regu. iur. leg. eius est nolle. ar. C de offi. præfe præto. l. si quis, in authentic. de col. §. sed hoc custodiri, & in authentic. de man. pri. §. festinabit & in Lombar. de offic. iudi. l fina. quòd successione deferatur, est argu. C. de fun patri. l. hi quibus, & insti. de dona. §. sed primus quidem. & in auth. vt defuncti seu funera §. si verò etiam. Nam & Imperator Carolus fuit pater Pipini: & Imperator Pipinus fuit pater alterius Caroli Imperatoris: & iste Carolus fuit pater Ludouici Imperatoris: & Ludouicus fuit pater Lotharij Imperatoris, vt in Lombard. de furt. lege, cuiuslibet. de episcopis, & clericis. vbi pro tempora. & de capitulis per legem tenendis, lege prima. Nam & Imperator Fridericus videtur innuere in pace Constantiæ in. §. in ciuitate illa, in fin. quòd potest concedere regnum eius filio Henrico, & quòd eius filius ei in regno succedat, sicut de facto fuit, & iste nūc Fridericus Rogerius Imperator fuit filius Hērici

* Tu vida in c. venerabilē, de elect. &c. ad Apostolicæ, de re. iudi. li. vj.

Sed tu dicas, quod hoc contingit potius electione principum, quam successione. ista sunt formaliter verba Iaco. de domino Ardizo. & hoc vltimum verbum suū est ipsa veritas, & ita seruatur & de facto de rege Vuenzeslao filio Caroli imperatoris. Nomina electorum. Et ounquid principes seculares, ad quos pertinet electio, posset Papa priuare potestate eligendi? & an propter eorum negligentiam Papa solus posset eligere imperatorem? dic vt not. de re iudic. c. apostolicæ. lib. vj. & quod not. ff. de leg. l. non ambigitur, per gl. & Cyn.

re inuestituram recipietis. [a]

IN causis [b] appellationum si quantitas vigintiquinque librarum imperialium summam excesserit, appellatio ad nos fiat: saluo iure & moribus Brix. ecclesię in appellationibus: ita tamen vt non cogantur in Alemaniā ire: sed nos habebimus proprium nunciū in ciuitatibus vel episcopatu, qui de ipsa appellatione cognoscat: & iuret, quòd bona fide & sine fraude causas exa-

[a] Inuestituram recipietis. Certū est, quòd regnum Siciliæ est ecclesiæ Romanæ. Pone ergo quòd regno vacante Papa contulit plures comitatus regni pluribus cōitibus in feudum: deinde creauit ibi regē: quæritur, an illi comites teneant regi facere fidalitatē tanquam ipsius vasalli? & dicit Odof. quòd est hic casus quòd sic. verba Odof. hæc sunt. hic habes expresse, quod in generali feudi alienatione, quam facit princeps, cōtinent vasalli, quod est contra id quod legit. ū de fen. va. fuerit interpellatus c. in generali. Sol. verū est, nisi dicat expressim: & hic satis expresse dicit. Vel solue, quòd nō habet successor ius istorum vasal. ex eo cessione ista, sed ideo quia princeps. & fa. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. sicut. §. illud & ius istorum vasallorum acquisitū est imperio, & ea quæ fiscalia sunt principis esse intelliguntur, vt C. de quadr. præscr. l. bene à Zenone & sic nō ob. dictum. c. in generali. Odofr. ex hoc infero. quòd cū dicti comitatus sint de territorio regni, quòd videtur iurasse fidelitatem Papæ tanquā regi: & iō regno translato regē sequūtur: sicut mēbra sequūtur caput suum, à quo discedere nefas est. Item intentio particularium sumitur pro vniuerso.

[b] IN causis. no. hic quod appellans italicus nō tenetur ire in Alemaniā secundū istā pacem, sed imperator debet habere iudicem appellationū in Lombardia à 25. lib. imperialium §. qui cognoscat & definiat: & iste iudex debet præstare iuramentum, quod bona fida causas examinabit, & definiet secundū mores & leges illius ciuitatis intra duos menses à contest. litis, vel à tempore appellationis receptæ: nisi iusto impedimēto vel cōsensu vtriusque partis remanserit. hęc sunt verba literæ multum notabilia. Et primo, quod vbi maior est quantitas, imperialis debet statuere auctoritas, vt C. de ope. pub. l. si quando, & dicitur hic maior quantitas à 25 libris imperialium supra: sed de iure communi alitar cauetur. vt C. de ap. l. in offerendis & l. præcipimus. Secundo no. de iuramento qd debet præstare iudex appellationū. Tertio not quod iudex debet iurare quòd feret sententiā secundum leges & consuetudines illius ciuitatis. & alias dicit lex: iudex sententiam proferat legibus & moribus cōsonam. tem. in auth. vt eum de ap. cog. §. 1. C. de aedifi. priua. l. si ss. C. quæ sit longa consue. l. 1. C. de sen. & interlo. om. iu. l. nemo. Porrò si est quæstio de processu, seruabitur consuetudo primi fori. si de re vel causa, seruabitur per iudices appellationis illud ius, quod primus iudex debebit seruare: quia id quod debebat secundū iustitiam causæ & fori facere primus iudex, debet facere iudex ap. quia ei succedit vt confirmator vel reformator: & ideo quia non est iniquū, sed æquū iudicem à quo, non grauat partem. & ita non grauamine in iuste appellaretur, vt in dicto authen. vt cū de ap. cog. in princ. p. saluo quod ex nouis actis nouam potest ferre sententiam, & etiam veterem confirmare. & quod

cum eo. l. Tirianus. Quarto no. quòd hic statuitur tempus duorum mensium ad causam appellationis decidendam: sed de iure communi statuitur annus, vt C. de tempo. appell. auth. ei qui. Sed quæro, ounquid elapsis duobus mensibus appellatio sit deserta? & videtur quòd non: quia meta duorum mensiū videtur præfixa cognitori, non persecutori, quia verba dirigunturr iudici, & non appellatori: iuxta nota. C. de iudi. l. properandum. in prin. in contrarium dico: quia illi duo mēses succedunt loco anni. Nam quia constitutio duorum mensium facit mentionem, tacite videtur prohibere, ne vltra tempus fiat. argu. ff. de lega. 2. l. statuliberum. §. si nihil. Itē tacite hoc colligitur ex litera. vbi cōsidera quod aut tempus apponitur iudici cum pęna & tunc debemus esse contenti pœna. aut sine pœna & tūc vt aliquid operetur temporis appositio, videtur appositū ipsi liti & causæ. Præterea qd diceret litera. nisi iusto impedimento vel consensu &c. si duraret ipsa appellatio & eius vigor etiam post duos menses? item ex eo quod dicitur de prorogatione tēporis per consensum partium, apparet manifestè, quod sine prorogatione deserta est appellatio, & hoc tenet Odofr. Sed quæro, quatuor litera dicit, à contestatione litis vel tempore appellationis receptæ? Respon. vult dicere. quòd si appellatus vel appellans non vult litem cōtestari, iudex potest habere litem pro cōte. vt C. de temp. ap. l. fi. §. illud. & ea tunc currēt tempora duorum mensium. du iure autem communi, quando incipiunt currere tempora appellationis prosequendæ. dic vt in auth. de iudicibus. § appellationes. Quinto nota, quòd tempora assignata per statutum possunt prorogari per litigantes, & huc quando tempus est breue: quia præsumimus appositum fauore litigantium & etiam fauore sententiæ. & ideo post terminum legis vel prorogatum. sententia & appellatio est deserta: qd est no. & idem in tempore statuto inper reductione arbitramenti. Nā intelligitur statutum fauore arbitramentalis sententiæ latæ sed in lege properandum, non est ita quia ibi nulla procedit sententia, cuius fauore videatur statutum. Idem quod in sententia seruabo in instrumentis guarentigiæ habentibus vim sententiæ per statuta Tusciæ Bal. in sex. ibi, vel à tempore. hic alternatiue loquitur, nā in causa appel. iudex potest ferre sententiā & ante litem contest. si vult, vt C. de temp ap. l. fi. §. illud & no. quòd quicquid iudicis potestati permittitur, id iuris necessitati nō subijcitur, vt ff de iud. l. nō quicquid. ibi, impedimento. & hoc probatū fuerit. vt C. de temp. ap. l. fi. illud. Quid ergo si nō iudicet intra tempus statutum, an potest postea iudicare? Rēd. non, & si iudex tulit postea sententiam, sententia nō valet, & ex ea solutum repetitur: nam expirat iudicij instantia, vt C. de iud. l. properādum. §. huius, & §. si. vbi de hoc plenè adnerte tamen, rota dia clamant quæ dā, pereunt acta, & expirauit iudicij instantia, vt C. de iud. l. properandum. Sed certe qui ita diffuse allegat, idiota est, nam non omnia acta pereūt. dic ergo lapsu temporis ea acta perire, in quibus non imminet magnum periculum: Sicut est de libelli oblatione. forte enim vel sine forte melius formabit nunc quā primo fuerit formatus, vel saltem ita bene. itē de nouo lis debebit contestari, & in hoc etiam nō vertitur magnum periculum. Item perit sacramentum calumniæ, vnde iterū iurabitur de calomnia. acta autē in quibus vertitur magnum periculum, vt sunt confessiones & testium

minabit, & definet secundum leges & mores ipsius ciuitatis a intra duos menses à contestatione litis, vel à tempore appellationis receptæ, nisi iusto impedimento vel consensu b vtriusque partis remanserit. Consules, c. qui in ciuitatibus constituentur, tales sint, qui fidelitatem fecerint nobis, vel faciant ante, quàm consulatum recipiant.

Vasalli tanquam vasalli, & cæteri omnes tanquam subditi iurare debēt fidelitatē principi: nisi sint tales personæ, quibus iuramētū remittatur. B.

Vasalli nostri d à nobis inuestituram recipiant, & fidelitatem faciant, sicut vasalli. cæteri omnes sicut ciues à sex

stium attestationes nō pereunt, nō enim pereunt cōfessiones: quia potest esse, q cōfessus est litigator in prima instantia iudicij aliqua, quæ sunt cōtra eum & nunc pœniteat, modo in alio iudicio nō confiteretur, q ea confessio cognita sibi præiudiciū generarat. Item attestationes non pereunt, qe potest esse, quod testis non ita recordatur modo sicut & tunc, cum memoria hominum labilis sit, vt ff. de proba. l. si arbiter. & ff. ad Carbon. l. 3. §. duæ. Vnde quia in his magnum est periculum: ideo dicendum est, quòd non pereunt. nam probationib' pinguius est subueniēdum: vnde facultas probationū non est angustanda: vt C. de hære. & Manichæis. l. quoniam in fi. cum occasione defectus. probationū ius reddi non valeat: vt ff. de test. tut. l. duo sunt Titij. & quia acta vnius causæ in alia valēt. vt C. de arb. l. pe. in fi. & C. de ra iu. l. fi. & de liber. c. l. iubemus. de testi. l. fi. Odof De citatione an pereat? & videt q non, quia traxit executionem præscriptionem interrumpentem. vt C. de præscrip. 30. an. l. sicut. & l. si & malam fidem in possessore inducendo, vt ff. de peti. hære. l. sed venit. §. petitā. cum. n. mala fides sit facti, non pōt pro infecto haberi. vt ff. de cap. l. in bello. §. factæ. in cōtrarium est glo. ordi. C. de fruct & lit. expe. l. litigator. Distingue ergo, aut citatio induxit suum effectum respectu actionis præscriptionem interrumpēdo & talis effectus durat aut respectu officij mercenarij iudicis: & tunc in alia instantia non durat quo ad actiones quæ officio mercenario veniunt in iudicio. & ita loquit gloss. in d. l. litigator. vel dic vt ibi dixi. Quid autem de vitio litigiosi, an duret: dic vt no. in l. 1. C. de præscrip. long. temp. & l. cum lite mortua ff. iud. sol. Quod dictum est de attestationibus, intellige publicatis secus si nō essent publicatæ: quia nō habent publicam authoritatem antequam publicentur: vt no. ff. quæ in frau. cred. l. 1. 3. §. gesta. Sed hoc videt contra rationem. ī. assignatam per dominū Odofre. nam ex quo testes solenniter deposuerunt in iudicio, illud quod est omissum de publicatione in primo iudicio, æquum est suppleri in secundo iudicio, sicut testes qui non essent publicati in causa prima possent publicari in causa appellationis. Ad hoc facit extra vt lite non conte. c. qm frequenter. Sed qui tenent primam opi. hac vtūtur ratione, quia publicatio testium fit officio iudicis mercenario, qd perit perempta instantia, quo ad ea quæ non sunt executa, sed exequenda, vt d. l. cū lite mortua. & ideo publicatio impossibilis videtur.

a Secundum mores & leges illius ciuitatis. Nota ex eo q dicit mores, q licitū est cuilibet ciuitati habere cōsuetudines proprias. Et ex eo q dicit leges, no q licitum est ciuitati habere ꝓpria statuta cōfirmata per præsidē prouinciæ. Sed si ciuitas sit sibi ipsi pses, sufficit q potestas ciuitatis cū decurionib. faciat statuta, vel ciues eius accedēte authoritate superioris. nā cū facere statuta sit iurisdictionis & illa quantū ad actum exercitij sit in magistratibus, vt ff. de orig. iu. l. 2. §. post originē. merito requirit magistratus, nisi alia esset cōsuetudo loci quæ pōt dare iurisdictionem ipsis decurionibus sine magistratu, vt C. de diuer. offi. l. vitos lib. 12. vel si ciuitas ille pro tempore illo careret magistratu, vt ff. de tut. & cur. da. ab his. l. vbi ab

sunt. ita intelligit qd not. in d. l. 1. §. si quis apud eū ff. qd quisq; iur. & ibi omnino vide Iac. Bu. Barto. & me. Aduerte tñ quòd si statuta tangerēt iurisdictionem principis, vt in causis appellationum, talia statuta non valerent, vt hic, & extra de iureiur. c. venientes. Et est notā. q in causa appellationis ideo non habet locū prorogatio iurisdictionis: quia causæ appellationem sunt mistii imperij & pertinent ad authoritatem superioris: vnde & vtraque parte consentiente non possunt ventilari apud iudices incompetentes: vt C. de iud. authen. ad hæc. Sed nunquid tabellio de cōsensu partium sine præsentia iudicis possit recipere test. iuramenta & dicta nulla sibi facta per iudicem commissione? Respon. non: quia non reperitur. q tabelliones possunt recipere talia iuramenta: vt not. C de testa. l. hac consultissima §. pe. quod tene menti.

b Consensu. No. consensu partium prorogari tempora appellationis. ad qd fa. C. de te. ap. l. vlt. Odof et si causa appellationis ventiletur per priuilegiū vel speciale statutū principis vt hic, quod est notabile. Bal.

c Consules. Consules nō possunt ingredi consulatū nisi iurauerint vel iurēt fidelitatē, antequā cōsulatū recipiant. hoc dicit. adde de cōd & demō. l. Publius.

d Vasalli nostri Recipiunt ergo hi inuestiturā tanq̄ vasalli, & iurabunt tanquā vasalli: & tale qdē erit eorum iuramentū vt canetur. ī. de forma fidelitatis. c. 1. de noua forma fidel. ca. 1. Cæteri autem iurabūt tanq̄ ciues, vt habes in d. c. 1. de for. fi. & ī. e. c. in nomine cui qdē sacro adijcere debēt qd dr ī. eo. §. oēs. Sed en q iurent tanq̄ vasalli iurare dn̄t tanq̄ ciues? vr q non: quia hic dicit sōclusiue cæteri tanq̄ ciues iurent per qd vr innui q solū qui non sunt vasalli Principis, iurent tanq ciues. Sed hoc non innuitur, imo diuersum. s. q qui vasalli non sunt, iurent tanquam ciues, & non tanquam vasalli. Vnde pōt dici q vasalli teneantur iurare & vt vasalli & vt ciues, cum separata sint facta, vt ff. de cal. l. fina. & C. de do. inter vir. & vxo. l. si maritus. Sed tamen vno sacramento quis iurabit & vt vasallus & vt ciuis, arg. ff. de auth. tu. l. accipientis. Odofre. No. quòd qui iurat simpliciter, videtur iurare in omnē casum ex qua iurare tenetur. ff. de fideiu. l. si quis pro eo. §. si nummos. Sed hic quæro nū de periurio possit cognoscere iudex laicus? & dico q sic, vt not in c. licet. de iureiu. in nouel. lib. 6. nam istud est crimen cōe vtriusque fori, vt in authen. de man. princ. §. si vero canonicum. Quæro, quid si isti consules intrauerūt consulatum prætermisso iuramento? Respond. quia malo ordine intrauerūt, sunt extra mittendi, & etiam puniendi, vt in l. 1. §. necessario ff. si mulier. ven. no. & ī. de mil. vas. qui contumax est, ca. 1. §. si vero. vbi dicitur, q malo ordine actum debet reformari, certe nec in canonica possessione consulatus pōt esse, nā in possessione canonica cōcurrere debet iuris adminiculū vt no. in c. ad decimas. de resti. spo. lib. 6 in no. & plene not. per Acc. in l. 1. in princip. ff. de acq pos. in dubio tamen ex quo sunt publice in possessione consulatus præsumam canonicum ingressum & oia solenniter acta ff. de officio prætoris l. Barbarius.

e Sicut. Ista dictio quandoque est aduerbiū similitudinis, quandoq; aduerbium qualitatis, vt quādo po

 nitur

decim annis vsque ad septuaginta: nisi tales personæ sint, quibus debeāt & possint sine fraude sacramenta remitti. Vasalli, qui tempore [a] guerræ vel treugæ non postulauerint inuestituram, vel debita seruitia nobis non exibuerint: hac occasione feudum non amittāt [b] Libellariæ [c] & precariæ

nitur pro tanquā, vt hic, & ff. de acce. l. si pater. §. q à domino. & C. de hære. insti. l. 1. no. ergo de tāquam sed nunquid rogatus tanquam tabellio videtur etiā rogatus tāquam testis? videtur q sic. ff. de test. l. Domitius. nam nomē testis est generale, & dic q respectu suæ scripturæ est tanquā tabellio, sed si scriptura nō est solennis, poterit recipi ad pbationē negotii p teste, nō ad supplētionē sui instrumēti sed ad niuā vocē, tanquā testis vnius vicē gerēt: vt C. q test. fe. po. l. hac cōsultissima §. fi. p Acc. Cy. Iac. But. & alios sibi videas. in tex. ibi. 70 hi qui supra hanc ætatē sunt merentur excusationē à tutel. vt C. qui æta. l. vnicina. vel à præstatione munerū personaliū. vt C. qui æta. l. fi. lib. 10. Quibus autē personis debeat remitti iusiurandum, quæritur? videtur quòd solis seruis. cum illi soli excipi videātur, vt j̄ e. c. in nomine eit. fi. Sed certe & furiosi excipiuntur: cum pupillis similes habeātur, vt ff. de acq. hæt. l. pupillus. & est ad hoc qd̄ aliàs dicitur, furiosus [a] loco quiescentes & dormientis habetur, vt ff. de iure co. l. e. § furiosus. & C. ad Tre. l. fi. & ff. de iureiur. l. vbi non. §. furiosus. Sed nunquid fœminæ iurabunt? resp. nō vt j̄. e. c. in nomine circa fin. itē nunquid vnus tantum pro domni? Respon. imo omnes qui intra hanc ætatē sunt, vt j̄. eo. c. in nomine eit. fi. Item excipiuntur clerici, vt C. de epi. & cle. l. cum cleri. & in Lombar. de aduo. & vicedo. l. quicunque. & l. quoniam. Sed in dic. q imo iurabunt clerici: vt extra de iureiur. c. fi. Monachi autē & talium ordines non iurant, cū hoc ad eos nō spectet. vt C. de epi. & cle. l. decernimus. et. l. omnes & l. generaliter. Item quæ pro mortuis repetant, vt C. eo. l. fi. & in auth. de nu. § distrahūtur. & in auth. de amone § illud. Odofr. Extra quæro, nūquid ille q est in articulo mortis, possit tanquā testis examinari? & videtur quòd nō q: e mēs mortis cogitatione turbata nō ita bene memorari potest, vt C. q test. fa. l. hac consultissima. § et cum humana. & in teste est opus scientia & memoria, vt ff. de fur. l. quidam tabularium. Contrarium dico. nam cum posset facere testamētū: vt ff. de leg. 3. l. Pamphilo § propositū. ergo & esse testis, nam non minus est testari. quā testificari, vt ff. de te. l. cum lex. & etiā nos videmus, quòd si lingua sit ingrossata propter infirmitatem, nō tamē omnino præpedita, potest quis facere testamentum vt C. de test. l. quoniā indignū. in verbo, semineci. & no. e. ti. l. Iubemus. & puto quòd interrogatorie debent breuiari, vt nō interroget nisi de substantialibus, & de his de quibus lex iubet expresse testē interrogari puta an sit odiosus, nam odioso nō creditur quantū cunque in infirmitate acceperit corpus Christi. et. ff. ad Syl. l. si quis in graui. dictum etiā ipsius potest reprobari de falso quia nō omnis qui moritur, est Ioānes Euangel. vt C. de test. l. varia testamenti. De eo q moriens confessus fuit se mutuum, vel dotē recepisse, verum hæres eius poterit opponere exceptionem non nu. pecu. dicit glossa quòd nō: q: nequaquā moriens expectabat futuram numerationē. ista est gl. singularis in l. 1. C. de fal. causa adiect. legato.

Furios* loco quiescentis & dormientis hētur.

Non omnis q moritur, Ioānes est euāgelista.

a Vasalli q tempore Hic dicit quòd vasalli q tēpore guerræ non postulant inuestituram à domino, & non exhibēt seruitia, eo q ciuitas eorū est in guerra cum illo domino: q nō ppterea perdunt feudum. qd̄ est no dignū. Et nota quòd treuga magis accedit guerræ quàm paci: & quod de guerra & treuga idem ast iudicium. Item nota quòd tempore treugæ non est tutus accessus. facit c. pastoralis. de re iudic. in c. e. & j̄. eod. §. sententiæ quoque.

b Non amittant. dicit Cato, Pugna pro patria. fac C. de abolitionibus. l. felicitet. & ff. de iusti. & iu. l. ut uim. iusta enim sunt bella, quæ fiūt pro patria defendenda, vt in decret. 23. q. 7. ca si nulla. Odofre. Sed an guerra connumeretur inter casus fortuitos? Resp. sic, nisi tempore contractus poterat prouidere, quia tūc culpæ cōnumeratur, vt ff. loc. l. ex conducto §. si uis tēpestatis. p Cy. q allegat eo. tit. l. habitatores. §. vlt. & ff. de damno inf. l. q bone. §. de illo quod tene menti: verba Cyn. hæc sunt in d. §. si vis tēpestatis, in verbo, incursus hostiū. Hic quæritur de quōne facti quidā cōduxerāt à cōi Pistorij certas possessiones p certū tēpus, puta quinq; annorū: exactor pro cōi petit pensionem: conductores dicūt se non debere teneri, quia non potuerunt colligere vel colligi facere prædictas pensiones ppter incursus hostium, q morant in castro Sancti Lucæ. quæritur quid iuris sit? Ego distinguo: aut superuenit guerra & incursus prædictorum hostium post contractū locationis: & tūc remittit pensio: vt hic dicitur. aut ante erat guerra. & tunc imputandū est eis qui sciuerunt conditionē & statum rei & non præuiderunt: vnde nō excusantur à pēsione. et. j̄. de dam. infe. l. qui bona. § de illo. & eius quod no. d. l. habitatores. §. vlt. Cy. Sed qd. ecce materia erat præparata ad guerram: tamē nondū erat mota guerra inter duos principes. fecerūt inter se treugam seu sufferentiā duorum annorum. Quæro, vtrum elapso tempore sit necessaria diffidatio [a] ad hoc, vt ille qui ingreditur territoriū alterius non dicatur esse in truncilator? & videt quod nō sit necessaria diffidatio. ar. ff. de l. 2. l. stat liberum. § stichū. Sed contrarium est verum: quia vbi non procedit dispositio, ibi lapsus temporis pro se nō habet dispositionem inducere. itē verba quæ sunt ordinata ad negandum vel psuandum, non disponūt. vt ff. de manumi. test. l. Titia. § fi. & ff. de hæred. insti. l. ex facto etiam agitatum. Sed si guerra præcessisset, ex priuato tempore sufferentiæ, ipso facto remanerēt in guerra nec esset noua diffidatione op*, vt ff. de pac. l. si vnus §. si cum reo. & vide nota. in c. pro humani. de hō. lib. 6. in nouel. &c.

Tu vero quid diffidatio operetur & quæ diffidat* dicatur vide Ioā. An. in ca. pro humā. de homi. lib. 6. & Host. in ca. felicis. de pœnis. eo. li.

c Libellariæ Dicit quòd libellariæ & pcariæ de feudi factæ p vasallos, in suo statu pmanent. in eodem habitu. vt ff. de condi. ob causam. l. qd̄ Seruius. secūdum cōsuetudinē vniuscuiusq; ciuitatis. s. de societate Lombardiæ non obstante lege quæ diceret contrarium: & est Imperatoris Friderici. Extra no. quòd libellariæ ecclesiarum & amphyteusis possunt per emphyteusā donari & legari saluo iure ecclesiæ, vt no. extra de loca. ca potuit. in nouella. Sed Bar. cōsuluit contrarium p l. vniuersas. C. ne rei dominicæ vel téplorū Sed ini loquitur, quādo respectu proprietatis & non vtilis dominij contractus in fraudē celebratur. & sic non ob. & fa. C. de hære. insti. l. hæredites. in verbo, annonæ ciuiles ibi, non obstant, quæ est de prohi. feu alie. p Frid. & sic colligitur. quod imperator dum concedit aliquod rescriptū quod sit contra legē aliquam, debet specificare legem, dicens nō obstante tali lege: & tunc valet, vt hic. alias non videtur valere, vt arg. ff. de le. 3. l. si q in princ. & ff. de adop. l. nam ita. Quid ergo si dicat generaliter non obstante l. aliqua vel rescripto sup hoc indulto, an teneat hoc quod quidam dicunt. Alij dicunt. refert vtrum Imperator rescribat contra legem, an contra rescriptum. Si contra legem, tunc dicit tali lege nō obstante. Si contra rescriptum, tunc generaliter sufficit dicere non obstante aliquo rescripto. & ita tenetur.

Ratio

in suo statu permaneant secundum consuetudinem vniuscuiusq; ciuitatis, non obstante lege nostra, quæ dicat, Imperatoris Friderici dāna [a] omnia & ablata, etiam iniurias, quas nos per nos & per nostros ab vniuersitate [b] societatis, vel ab aliquo de societate, vel coadiutoribus societatis sustinuimus, per nos cum nostra parte remittimus gratis, & plenitudinem nostræ gratiæ eis damus. Moram superfluam [c] in ciuitate vel episcopatu pro damno ciuitatis non faciemus. Ciuitates [d] mutare, [e] vel extra munitiones facere eis licet. Item societatem, [f] quam nunc habent, tenere, & quoties voluerint

Ratio est illa, quia facilius tolluntur iura positiua siue priuilegia quam iura communia: vt in auth. de non alie. aut perm. §. illud. Sed quid si ita dicat Imperator, concedo tibi priuilegium hoc non obstante lege aliqua: & non obstantib. illis legib. quæ dicunt generaliter dictum non valere, nisi in casibus specialiter nominatis. & hoc dicit per l. sed & si quis §. quæsitum. ff. si quis caut. & C. ad Velei. l. iubemus? Resp. credo, quod teneat. arg. ff. de lega. 3. l. si quis in princip. & C. de testa. authen. hoc inter liberos. C. de in. off. test. l. diuus. §. licet. Odofr. Illud est consideratione dignum, quod licet princeps rescribat contra proprium statutum, & sic ex certa scientia, tñ cum apponat factum dānatū, requiritur clausula non obstan. e. idem si factum non est damnatum, sed est data ei forma, vt requiratur hæc clausula. C. de test. auth. hoc inter liberos & ibi no. & eo. ti. l. si nō speciali. De clausula suppletiua de plenitudine potestatis scias, quod P. Roma antequam transferret imperium ad Cæsarem, hac clausula nunquā fuit vsus, nec in iure ciuili inuenitur hæc forma, nisi dicat, & bene, quod includitur sub illis verbis quicquid principi placet legis habet vigorem. ff. de consti. prin. l. 1. & C. de legi. l. vlt. & ad de quod Specu. dicit, quod contractus feudalis, emphyteuticarius siue libellariæ conditionis eiusdem naturæ sunt, vt ipse notat in Specu. de feu. § qm. ver. 40. circa fi. & sic in solo nomine est discrimen: vt & alias dicit lex. C. de agri. & cen. l. definimus. Sed Spec. non dicit verum, nisi forte loquatur in feudo quarundam ecclesiarum Lombardiæ pro quo præstatur seruitium, seu census pecuniarius ad instar ficti, puta certa quantitas pecuniæ vel frumenti, vel aliud simile, vt vna spalla porci, vel vnum par caponum quolibet anno, quia ecclesia Lombardiæ non curat de seruitijs armorū: sed de redditibus bursarū. & ideo in talibus feudis puto, quod succederet mutus & surdos etiam à natiuitate, & quilibet hæres, vt C. loca. l. viam veritatis. nisi tenor inuestituræ repugnaret, consuetudine etiam ecclesiæ semper salua. Bal.

[a] Damna. Hic imperator remittit omnia dāna in rebus, omnia ablata facta de rebus, & omnes iniurias factas in personis ab vniuersitate societatis, vel ab aliquo de societate, vel coadiutoribus. Et hic nota, quod imperatori fit iniuria non solum per se, sed per suos. facit ff. de relig. l. cessa. in fi. & qđ no. Bar. ff. de cap. l. hostes. & Inn. extra de app. ca. dilectis. Item no. quod imperator remittit omnia illa, licet non appareat de alio mandato. Et adde quod habes extra de iniur. & dam. da. ca. in nostra. Item not. quod ligæ & confœderationes faciunt vniuersitatem.

[b] Ab vniuersitate. Hic habes, quod vniuersitas dānum dare dicitur, & sic per consequens dolum committere: vt ff. de dolo l. sed si ex dolo. § 1. licet illa videat dicere contrarium. Metum dicitur inferre, vt ff quod me. cau. l. metū. §. animaduertēdū. qđ. n. maior pars facit, tota vniuersitas fecisse videtur. vt ff. de reg. iu. l. aliud §. refertur. & ad muni. l. qđ maior. Itam & si potestas, cōsiliarij & anciani hoc faciāt, tota vniuersitas fecisse vř, arg. ff. de vi & vi ar. l. 1. à me. Et ideo nos videmus, quod vniuersitas accusat, & defendit per syndicum habentē speciale mandatū à ciuibus: vt C. de re milit. l. tam collatores. lib. 12. nec requiritur quod illæ singulares personæ quæ deliquerūt nominantur in syndicatu, quia nō cōstituunt syndicus nomine ipsorū, sed nomine totius vniuersitatis: vt l. item. §. vniuersitatis. ff. de rer. diu. Et no. quod facilius fit inquisitio contra vniuersitatem, quam contra singulos: quia delictū magnæ vniuersitatis non potest esse nisi notoriū & famosum. Vnde quando fama quæ fama apud acta est præsens, & clamosa vox populi magis clamet in rebus notorijs, est verum, quod in notorio actus transeuntis requiruntur postea probationes plenæ, vt ff. de off. rec. prouin. l. illicitas. & ordo iudiciarius, ar. extra de iu. e. exhibita. salvo eo qđ no. insti. de pub. iud. in prin. & no. in c. fi. de fo. compe. in nouel. lib. 6. Si autem iudex vult inquirere contra singulares personas, oportet quod fama specialiter sit contra eos, & nō admittuntur per procuratorē si cā exigat detentionē seu carcerem personæ, vt in c. eos qui. de sent. excom. lib. 6. Et aliqñ ista detentio est arbitraria, aliqñ necessaria, si qualitas pœnæ sit personalis. Sed nūquid fideiussores possunt se obligare ad pœnā corporalē? Et quid de obsidibus? dic vt no. xxiij. quæst. v. non homo. & dic quod non de iure, sed de consuetudine in quibusdam locis seruatur contrarium, quod consuetudo habet potestatem in sanguine hominis. ff. de extraor. cri. l. sacularij §. sunt quædam. Bal.

[c] Moram superfluam. Hic dicitur, quod imperator in ciuitate vel episcopatu nō debet facere superfluā morā in dannum ciuitatis vel episcopatus seu territorij, per quæ transit. Et est ratio, quia fere impossibile est, quin exercitus eius dāna non inferat, vt ff. loca. l. ex conducto §. sed si habes. ver. idemque.

[c] Superfluam. arg. C. de mata. l. dauntnm & in auth. de quæstore §. si vero forsan. Sed quādo dicatur mora superflua? Respon. iudicio ecclesiæ, populi, vel si ibi moretur vltra sex menses, ar. C. de cens. l. fi. Odofre. vel arbi. boni viri, vt ff. de ver. ob. l. continuus. §. cum ita. & ff. ad Tertul. l. 2. §. si mater. & l. 1. ff. de superficiebus. Bal.

[d] Ciuitates. Hic dicitur, quod licitum est vniuersitati societatis seu ipsis societatibus ciuitates mutare, & extra ciuitatem munitiones & fortilitia facere.

[e] Mutare. Hic est triplex litera aliter murare, vel munire, vel mutare, & quælibet bona est. & est simile ff. de operibus publicis. l. de operibus. C. de ædif. priua. l. per prouincias. ff. rerum di. l. sacra. § pe. in authen. quomodo oportet episcopos. §. si quis apparuerit. l. fi. aliter autem, nisi iustum haberent à principe, hoc facere non possunt, argumen. C. de ope. pub. l. si quis. & l. nemo iudicum. & facit ad id quod no. s. eod. §. nos Romanorum imperator &c. in fi. illius gl. r. sine præfinitione temporis &c. Odofr. C. de sac. sanc. eccl. l. ad institutionem. Bal.

[f] Item societatem. Dicit quod ciuitates, quæ venidit in ista pace possunt fœdus & societatem, quā inter se habent, manutenere & etiā renouare toties quoties eis placuerit, & eis videbitur expedire. Conuenticula hic conceduntur: de iure autem cōmuni prohibētur: vt sup. de pace tenen. §. conuenticula. C. de episc. & cler. l. conuenticula. C. de his, qui ad ecclesi. confu. l. denunciamus. de pa. & sacri. l. 1. & in auth.

remouere, eis liceat. Pactiones [a] timore nostro. vel per impressionẽ nunciorũ factæ cassentur, [b] & pro infectis [c] habeãtur nec pro eis aliquid exigatur. Pacta [d] Placẽtinorum scilicet pactum pontis Padi, & fictum eiusdem pontis, & regalium, & datium, & pactũ, quod episcopus Hugo fecit de castro arquato, & si aliqua facta sunt similia ab ipso episcopo vel à communi, [e] vel ab alijs de societate nobiscum, vel nostro nũcio, ipso ponte remanente cũ omnibus suis vtilitatibus Placentinis: ita tamen [f] quòd teneantur persoluere fictum [g] abbatissæ sanctæ Iuliæ de Brixia, & & si suæ sunt similes.

Dicit, quòd sententia per Imperatorem lata contra rebelles occasione rebellionis & partialitatis, rescinditur facta pace: secus si nõ occasione rebellionis si alias iustè sũt lata, puta ex cãmutui vel depositi.

Sententiæ quoque, [h] quæ de iure & secundũ leges, & consuetudi-

de interdic. col. hære. circa prin. C. de sum. trin. & fi. cath. l. 2. & de hære. l. cuncti. & hæc societas à principe approbata est hic. Ideo q; licitum est eis societatẽ seu cõuenticulũ tenere: & quoties voluerint renouare: vt hic. & ar. C. de Iudæis, l. 2. Sed nunquid aliã societatẽ poterunt cõtrahere cum alijs ciuitatibus, cum quibus nullam societatem habebant? Respond. non: cum dicat iste text. quam nunc habent &c. & facit infra eo. §. pacta inter ciuitates. Odofred. Quæro: facta est liga inter duas ciuitates per quinquennium duratura: vitũ si post quinquennium præstant sibi mutuos fauores: intelligatur liga tacite renouata? videtur quod sic, sicut dicimus in contractibus rerum: vt ff. loca. l. item quæritur. § qui impleto. Contrarium dico, nisi renouetur expresse: vt hic. & est ar. C. loca. l. si cum Hermes. præsertim si fuit contracta prius per stipulationem: quia stipulationes verba desiderant. Similiter in contractibus in quibus requiritur scriptura, non fit tacita renouatio, vt ro d. § qui impleto. Itẽ no. quod iste tex. loquitur de renouatione voluntaria: sed aliquando fit renouatio necessaria, vt in cõtractibus emphyteuticis * & feudalibus: vt notat Cyn. C. de sacrosanct. eccle. authent. & quæ.

* Intelliges tamẽ in libellarijs à vasallo, vel emphyteuta ioxit quoniam in emphyteusi necessaria si est: vt per Ludo Ro. in consi. 46. incipi. viso proœ.

[a] Pactiones. hic dicitur, quod pacta inita timore Imperatoris, vel per impressionem nunciorum suorum sunt irrita & cassanda: ergo imperator non potest inferre metum sicut nec quælibet priuata persona. Itẽ no. quod illud quod fit per metum Principũ, nõ valet. Dicit Spe. quod indicit nõ debet nouitas in homagijs vel in actis fidelitatis: vt in. Spe. de feu. §. quia vers. ego talis iuro. dicit Ioan. An. quod indebita seruitia præsumuntur à dominis per metũ extorta. in cap. 1. de præscrip. lib. 6. in nou. Et contra potestates præsumitur. C. de testa. l. nolumus. C. de fundis lim. l. 1. lib. 11. & C. de omni agro deser. l. qui p potentiã præsertim erga rusticos. C. ne. rusti. ad vllum obsequium deuo. l. 2. not. tamen, quod nisi voluntas condescendat cõpulsioni, non potest cogi. C. de hære. [illegible] l. 3.

[b] Cassentur. Sed an ipso iure, vel demum opposita exceptione? Respon. ipso iure. vt ff. quod met. causa. l. si mulier. §. si dos. su. dic vt not. 3. de pace iura. fir. §. item sacramenta.

[c] Pro infectis. factæ enim fuerunt cõtra legẽ: & quę contra leges fiunt, pro infectis habẽtur: vt C. de leg. l. nõ dubium. & C. de sacrosan. eccl. iubemus §. sane. Odofr. Sed an contractus principis habeat vim legis. vt ff. de pub. l. Cæsar? Respon. sic: quando caret vitio. sed hic nõ caret vitio, quia est cõtra ius naturale, vel saltem contra bonos mores. Et no. hunc. §. valde ad contractus, qui tota die fiunt cũ dñis terrarũ. Sed nũquid debet proponi actio, q̃d metus causa ad rescindendum? Resp. non: quia non est coram quo agatur. Item quia metus Principis est quodammodo vis ꝑcussa, quæ omnino tollit consensum. & adde q̃d not. Ino. ex. tra de rend. c. super hoc. & ibi ponitur q̃d qui habebit probare in huiusmodi iudicijs, licet enim dixerim, quod non est corã quo agatur de facto: tamen de iure si imperator facit iniustitiam, potest adiri Papa per supplicationem vel denũciationem: vt extra de proba. c. j.

[d] Pacta. Dicit hic, quod ex speciali clausula præmissa subijcitur generalis. sic. ff. ad legem Aquil. l. si seruus seruum. §. inquit lex. sic contra. C. de sacrosan. eccle. l. generali. & l. illud. & l. sancimus. & d. l. si seruus seruum. §. rupisse. Odofre. & ff de postul. l. j. §. hoc edicto.

[e] Communi. i. tota vniuersitate: quia tota vniuersitas commune appellatur. quod autem dicit ab alijs. scilicet singularibus personis pro priuato facto suo. Odofre.

[f] Ita tamen. Ista dictio habet determinare præcedentia. Odof. ff ad Trebellia. leg. Lucius. §. quæ habebat.

[g] Persoluere fictum. Differentia est inter fictum & seruitium sicut inter pecuniã & censum & operãs & aliquando fictum appellatur census C. de dona. l. sensualis. de acquirẽ. re. do. l. quę quiq; C. sine censu. vel reliquis. l. omnes. Et an quicunq; nõ soluẽs censum tempore à iure statuto perdat rei dominiũ? Dicendũ est quod sic. si ille cui debet censum solat, habet directũ dominiũ rei: vt C. de sacrosan. ecc. authentica. q. rem huiusmodi. secus si præstatur in signũ alterius subiectionis de re propria. vt not. Innoc de relig. domi. cõstituius. & facit optime. C. de fund. patri. l. fundi possessionem tamen nullus perdit, donec eijciatur foras: vt in ff pro soc. l. cum duobus. § idẽ respondit. Et qui nõ reuocat ab ecclesia, videtur iuri suo renunciare. vt no. c. 1. de preca. in nouel. & infra eo. ca. ego iuro. scilicet, quando venit ex necessaria consequentia præcedentis contractus.

[h] Sententiæ quoque. Iste §. est valde no. ad extrinsecos terrarũ: vt sciamus qui processus facti contra eos rescindãtur, eis ad ciuitatem reuersis. & qui nõ. Adde quod not. in c. 1. de cle. nõ resi. lib 6 in nouel. & in c. statutum. de rescri. eo. lib tangit de istis extrinsecis. & si quidem licet non per se, tamen per procuratorem potuerunt comparere: citatio arctat eos. secus si nec per se, nec per procuratorem: quia nullus audebat tanquam procurator cõparere: vt ff. ad Trebell. de ætate. & in ca. pastoralis. de re iudica. in clemen. ti. & in capitu. bonæ de electio. & si erant banniti omnibus bonis eis ademptis, iudicia non tenent: vt lege. si constante. §. finali. ff. sol. matrimo quia nodi exularunt: vt ff. de cap. de. l. tutelas. §. si libertate. & compromissa soluuntur. ff. de noua. l. quinres. §. fin quia habentur pro mortuis. C. de hæredi. institu. l. 1. & facit quod not. in l. ad cognitionem. ff. quib. ex cau. in pos. ea. in glo quę dicit not. hic pro bannito. Quid de sententijs latis ex compromisso facto inter extrinsecos & intrinsecos? Respon. tales sententiæ valent pro rebus compromissis sed extra compromissum non valẽt, etiam si post compromissum nominatim homo legetur laudũ. Nã ex puelle dicit decretalis, quod nõ potest homologari laudũ. super quo nõ processit compromissum, extra de cõsis. vti. vel inutil. c. examinata.

ad quod

ad quod facit. ff. de pecu. l. 3. §. si seruus, & qđ ibi no. per Guli. de Cu. & est ratio, quia est ordo substantialis peruersus. nam vbi nõ procedit ordo, ibi sententia non procedit, nec valet authoritate partium ordine prætermisso, vt C. de sen. & inter. om. iu. l. prolatam

pe. §. fin. & arg. fami. erci. l. in hoc iudicio. Odofred. Et no. q in istis restitutionibus, quæ fiunt vigore capituloru pacis, obstat exceptio doli facis: qđ est no. dignum. Sed quid si quis nesciat dicere confines suarum possessionum? Res. sibi imputet, quia nemo sibi incertus esse debet quantum possideat, vt ff. de ver. sig. l. subsignatum. §. fin. Acc.

